1 Clauſula generalis nonnunquam ad ſpecialiter enumerata ſubiicitur, eadem omnia comprehendens.
2 Clauſula generalis ſubiecta, ad enumerata ſpecialiter minimè referri debet.
3 Regula non ius ipſum conſtituit, verum ex prius conſtituto iure ipſa elicitur.
4 Clauſula ſiue titulus generalis aliquando ſtatim in principio, quandoque etiam in fine collocatur.
5 Genus ipſum cognitioni prius obiicitur, quàm ſpecies.
6 Vocabula non eo ſunt numero, vt rebus ipſis reſpondere valeant.
Regula in iure variis ſumitur acceptionibus.
7 Regula qua ratione pro ordine abſolutè ſumatur.
8 Regula pro ratione adiuncti interdum accipitur.
9 Regulæ iuris, hæc duo verba, dupliciter in iure ſumi poſsũt.

MAXIMA & incomparabilis videtur præſentis tituli vtilitas: & ex eo facilè iudicari poteſt, quòd vtriuſque Iuris cẽſura in regulis, aut regularum exceptionibus reſoluitur. Idcirco ſtudendo vtilitati veſtræ quantum poſſum, eius interpretationem in lectionibus extraordinariis videbimus. Et quia in regulis breuiter proceditur, in qualibet regula eius reſolutionẽ concluſiuè & ad text. explicabo.



VNIVERSITARIA

¶ †Primò continuatur iſte tit. vt in gl. dum inquit, non 1
eſſe nouum vt quibuſdam ſpecialiter enumeratis gene-
ralis clauſula ſubiiciatur, quæ omnia comprehendat. l. ſi
ſeruus ſeruum. §. inquit lex. in verſi. ſed non eſt nouum.
ff. ad leg. Aquil. facit tex. in c. qui ad agendum. de procu.
in vj. & in c. quoniam contra falſam. de proba.

¶ Sed tamen in caſu iſto non bene adaptatur quod glo.
dicit, quòd omnia comprehendat. †Nam generalis clau- 2
ſula [a] quæ ſubiicitur, non refertur ad præcedentia, de qui- A
bus ſpecialiter dictũ fuit. l. doli clauſula. ff. de verb. obli.
l. ſanctio legum. ff. de pœnis. l. alimenta. §. baſilicæ. ff. de
alim. & ciba. lega. l. quid ſit fugitiuus. §. quod aiunt. cùm
gl. ff. de ædil. vnde eſſet ſupplendum, quòd omnia com-
prehendat quæ non ſunt ſpecificata. Et ideo continua-
tio melius adaptari poteſt.

a Quando generalis clauſula comprehendat caſus ſpeciales, vide Abbat. ca. ſedes. de reſcript. in fin. col. & ibi Dom. Phil. pe. colum. Hiero. Cucha.

¶ † Primò, vt colligitur per glo. in rub. eod. tit. in vj. 3
Nam cum regula ex iure prius ſcripto colligatur. l. j. in-
frà eod. conueniens fuit quòd vltimo loco hic ponatur.
facit glo. inſtit. de actio. in prin. dum ibi ponit continua-
tionem. Et quod no. Bal. in l. j. in prin. per illum tex. ff. de
iuſti. & iur. Vel ſecundò, vt Abb. dicit in rub. extra. eod. in
antiquis. quia pro deciſione caſus concurrentis prius ad
caſus particulares recurritur ſi reperiantur, & in ſubſi-
dium ad communes regulas Iuris, meritò titulus iſte
hîc reſeruatur.

¶ Circa continuationem glo. opp. ſecundùm glo. in
rub. eod. tit. in vj. † Quia non videtur verum quòd ge- 4
neralis clauſula ſiue titulus generalis vltimo loco re-
ſeruetur: quia plerunque à principio ponitur titu. gene-
ralis, vt patet in rub. extra de proba. & de reb. eccle. non
alie. & in rub. de ſeruit. & in rub. de bo. poſ. cùm ſimi.
glo. reſpondet in d. rub. eod. tit. in vj. quod in iſto tit. hoc
factum fuit, vt oſtenderetur quod ius non ſumitur ex re
gula ſed quòd regula ex iure ſumatur. l. j. infrà. eod. &
§. dictum eſt. Et iſta reſponſio videtur bene procedere
quantũ ad ſituationẽ iſtius tit. Sed per hoc non reſponde-
tur ad quæſitum gl. de aliis tit. general. cui plerunque
præmittuntur. Vnde aliter reſpondendum videtur, vt di-
camus quòd quando Legiſlator magiſtraliter procedit
tradendo doctrinam ad inſtructionem iuuenum à gene-
rali titulo inchoandum eſt: †quia ad cognitionem ſpecie 5
rum debet præcedere cognitio generis, vt no. Bald. per
illum



illum tex. in l. j. no. ff. ſi cert. pet. facit tex. in l. j. in prin. &
& quod ibi Bald. ff. de iuſti. & iure. Et hoc modo bene pro
cedit generalis tit. de prob. de ſerui. de bo. poſ. cum ſi. Sed
quãdo clauſula generalis ponitur poſt aliquos caſus ſpe-
A ciales, venit ad ampliandum [a]: quia omnes caſus ſpecifi-
6 cari nõ poſſunt: †quia plura ſunt negotia quàm vocabu
la. l. natura. ff. de præſcri. verb. Et tali caſu vltimo loco
clauſula generalis ponitur. d. c. qui ad agendũ. d. l. doli
clauſula. cũ ſi. Iſta tamen latiorẽ poſtularent indaginem,
quia vario modo iura loquuntur: ſed quia incidenter hîc
occurrit, non inſiſto. ¶ Vlterius ad intelligentiã præmit-
tendum eſt, quod regula ſumitur dupliciter, vt no. Bar. in l.
j. in prin. ſ. eo. Et pluribus aliis modis regula dicitur: vt
tradit Archi. iij. diſt. c. regula. ¶ Et breuiter placet vt di-
7 camus† quod regula abſolutè pro ordine [b] accipitur, eo quod
B regat & rectè ducat: vt colligitur in d. c. regula. iij. diſt. in
prin. variatur tamen ſecundũ ſubiectam materiã, vel ra-
tione qualitatis adiunctæ. Nam quandoque pro modo &
ordine viuendi accipitur. d. c. regula poſt prin. Et iſto re-
ſpectu quęlibet lex, etiã laicorũ, regula appellatur. lib. ij.
in fi. §. de legi. & in proœ. Decret. in prin. in verſ. ideóque.
Quãdoque pro ordine eccleſiaſticorũ. xlvij. diſt. in c. quo-
niam. †quandoq; ratione adiuncti declaratur: vt quando
8 dicitur Regula Minorũ. liiij. diſt. in c. multos. ibi ſecun-
dùm regulas patrũ. & xij. diſt. in c. de his. ibi, regulas ma-
giſterij. & in c. quemodmodum. §. fi. de iureiur. ibi, ſecun
dùm regulã Euangelij. Et facit tex. lxj. diſt. in c. bene no-
uit, dum loquitur de ſacris regulis. Ad idem tex. in §. ſan-
cimus. in auth. quomo. opor. epiſ. & in auth. de monach.
in §. fi. Et ſic patet quòd regula ſemper ordinem ſignifi-
cat: & ſecundùm ſubiectam materiã variatur, vel ratione
9 adiuncti, vt hic elicitur de regu. iuris. † Et iſta verba, de
regulis iuris, duobus modis intelliguntur: tranſitiuè, &
intranſitiuè: vt not. Bar. in l. j. infrà. eod. & ibi in ij. not.
declarabitur.

a Ampliãdũ. Fallit vbi expreſſa mentio requirit̃, quia tunc quãtũuis generalia non ſufficiunt. gloſ. Geminia. Phil. Fran. c. inquiſitores. de hære. in vj. Gemin. c. quia periculoſum de ſen. excom. in vj. Mathe. Affli. deci. Neapo. 220. nu. 16. & quando etiam vniuerſalia reſtringunt̃ vide Oldra. q. cxlviij. in fine. Alberic. j. parte ſtatu. q. xvj. in fi. Ioan. And. in mercu. in generali eo. in vj. Iaſ. l. j. colũ. iij. de lega. j. Aym. conſi. iij. conſi lxx. C. M.

b Ordine. Qui dicantur propriè habere regulã, vide Philipp. Franc. in rub. eod. tit. li. vj. Hiero. Cuchalon.

PHILIPPVS Decius Valentiæ.

## In regulam primam Argumenta.

1 Regula Iureconſulto Paulo quid dicatur, & quid Sabino.
2 Regula breuẽ cõtinere debet narrationẽ, & velutiſummariã.
Leges regulam tradentes nil ſuperfluum admittere ſolent.
3 Breuitas in cũctis rebus cõmẽdabilis, veluti prolixitas odioſa.
4 Obſcuritas breuitatis prætextu non admittenda.

 Clarit

Claritas ſeu perſpicuitas ipſam legem maximè decet.
5 Regula ex iure colligitur, non autem ipſum conſtituit.
6 Regula ſuperuenie͞tes co͞tinet caſus, veluti gen⁹ ſuas ſpecies.
Regula ipſa nixus, in caſibus non definitis intentionem fundatam habet.
7 Sententia ſecundum regulam proferri debet, ni contrarium ſit probatum.
8 Regula ſeu diſpoſitio generaliter loquens, perſonas etiam priuilegiatas includit.
Statutum vniuerſale in cauſa dotis aut etiam militis locum ſibi vendicare poteſt.
9 Statutum diſponens inſtrumenta publica non probare niſi regiſtrata, non intelligitur de inſtrumento dotis.
10 Regula quare cauſæ coniunctio dicatur.
11 Plerunque dictio, quam ob cauſam regulam faciat.
Præſumptio à co͞muniter accidentibus ortum habere ſolet.
12 Regula ex oratione vniuerſali aut etiam indefinita ferè ſemper conſtituitur, & nume. 16.
Indefinita à lege prolata, vniuerſali eſt æquiparanda.
13 Regula co͞munis ex benignitate procedens qua͞doq; excluditur, veluti, etia͞ naturalis ęquitas pacta ſuade͞s eſſe ſerua͞da.
14 Regula aliquando vitiata, ſuo ipſa officio priuatur. & nu. 19.
15 Diſpoſitio generalis latius ipſa patet quàm regularis.
17 Teſtes ante litis conteſtationem regulariter non admittendi.
Indefinitè aliquid dici aut fieri, idem eſt quod generaliter.
18 Generaliter aduerbium, ſtrictius eſt aduerbio vniuerſaliter.
Venalia in legato vniuerſali co͞tinentur, in generali non ite͞.
20 Exceptiones tametſi contra regulæ diſpoſitione͞ eſſe dicuntur, de genere tamen regulæ conuincuntur.
21 Exceptiones quibus caſibus regulam co͞firment. & nume. 22.
23 Legatum generale, quæ in domo ſunt venalia includere non præſumitur.
24 Exceptio regulæ reſtringendæ gratia fuit adinuenta.
25 Procurator generaliter ad omnia conſtitutus, nil poteſt in his quæ mandatum ſpeciale requirunt.
26 Princeps excipiens caſum quo non vult tertio præiudicare, præſumitur in cæteris velle præiudicare.
27 Interpretatio eatenus fieri debet, quatenus valeat actus, non autem pereat.
Exceptio regulam qualiter ampliare dicatur.
28 Regula per exceptionem non ampliatur, quando verba regulæ repugnant.
Regula ſtatuti qualem recipiat exceptionem.
29 Regula generalis ꝑ qualitate exceptionis exte͞ſione͞ patitur.
Epiſcopus vicario omnia, quæ ipſe poteſt, concedens, non cenſetur conceſsiſſe ſeruata ſibi ſpecialiter.
30 Exceptio quibus caſibus regula͞ ampliet, & quibus reſtri͞gat.
31 Regula amplia͞t vigore exceptio͞is, vbi ſequit͞ correctio iuris.
32 Exceptio in quibuſdam admiſſa, ad ſimiles caſus eſt porrigenda. & nume. 35. & 36.





33 Renouatio priuilegij vel inſtrumenti quare ſpecialis caſus dicatur.
34 Exceptio vna quando reliquas tollere credatur.

REGVLA PRIMA. PAVLVS.

1 *REGVLA eſt, † quæ rem, quæ eſt, breuiter enarrat: non vt ex regula ius ſumatur: ſed ex iure, quod eſt, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, & (vt ait Sabinus) quaſi cauſæ coniunctio eſt: quæ ſimul cum in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum.*

ISTA lex non ſummatur, quia eius dicta ſunt pro ſummario. Et diuiditur per gloſ. in quatuor partes, prout quatuor ponuntur dicta quæ de ſe patent: ex quibus colligam quatuor not. & in his totam materiam l. complectar.

2 ¶Primo noto ibi, breuiter enarrat, † ꝙ in regula breuis narratio & ſummaria eſſe debet. Et ideo per illu͞ tex. dicit Bal. in l. Gallus. §. j. in iij opp. ff. de libe. & poſth. quòd in legibus trade͞tib. regula͞ nihil ſuperfluu͞ eſſe debet. Et dictu͞ Bal. intelligitur maximè procedere in legibus tradentibus regula͞: quia idem eſt in aliis legibus, in quibus omnis ſuperfluitas reiicitur: vt no. Bal. per illu͞ tex. in l. j. ff. quod met. cau. facit tex. in §. quibus. in j. conſtit. C. vbi Bal. & in procem. Decretal. pen. §. ibi, reſecatis ſuperfluis.

3 †Et generaliter etia͞ in aliis breuitas co͞me͞datur. l. fi. §. j. C. de app. l. fi. ſ. de precib. impe. offe. & l. fi. C. de dona. facit tex. in l. j. in princ. ff. de offi. præf. præt. xxij. diſt. in pri͞. & lxij. diſt. in prin. Et ideo dicit gl. j. in l. j ff. ꝙ met. cau. ꝙ gaudent breuitate Moderni. facit tex. in l j. ſ. ſi cer. pe. ibi, pauca. & in l. j. de præſcript. verbis. ibi, agam paucis.

4 ¶Et hoc intelligitur † du͞modo obſcuritas no͞ inducatur: vt no. Bal. in l. fi. C. de app. Et ne co͞tingat quod Horat. dicit: Du͞ breuis eſſe laboro, obſcurus fio: vt per glo. in ꝓœ. Digeſt. col. pe. in verb. co͞pendiu͞. Obſcuritas enim reprobatur. l. ſi legatario. §. fi. ff. de fideic. li. l. ita fidei. ff. de iur.

A fiſ. Et præſertim in lege [a] quæ debet eſſe clara. iiij. diſt. c. erit aute͞ lex. & ca. fi. de conſtit. Et nihil magis propriu͞ eſt legis, quàm claritas. §. nos igitur. in auth. de teſta. imper.

a In lege. Sed. an tu͞c quis excuſe͞t ab ignorantia eius, vide Abb. & doct. c. fi. de co͞ſtit. Hierony. Cuchalon.

Regula. Adde glo. & Doct. in rub. de reg. iur. in vj. & Bald. in ſua Margarita, h verb. regula. Hieron. Chuc.

Tranſitus. Scilicet in aliud ſubiectum, ſed eſt vnicum & idē ſubiectum. ſimi- e, cum dico perſonam Petri intelligitur intranſitiuè, id eſt quæ eſt Petrus. Idem um. dicitur donum fidei, id eſt quod eſt fides. eſt enim donum & opus Dei in nobis. Epheſ. i. Philip. i. & ii. Petr. i. ſed cum dixi donum Dei, verba ſtant trāſitiuè: q a aliud eſt res data, aliud dator hæc verba tranſitiuè ſunt termini Grammaticorum & Logicorum, quib. frequēter vtuntur Theologi ſcholaſtici, vt apud Thom. Aqui. in tract. Fallac. cap. x. in falla. amphibologiæ. quos terminos primus omnium Dec. noſter ad ſcientiam legalem tranſtulit, nec ſine fructu. do exemplū in ca. quanto. de diuor. vbi Canoniſtæ multum laborant in diſtinguendo inter matrimoniū & ius matrimonii. ſed inepte & fruſtrà, quia ibi illa verba Ius matrimonii, ſtant intranſitiuè, id eſt ius quod eſt matrimonium, de quo per Alphonſ. Toſtad. i. Reg. 8. q. 12. Car. Mol.

5 ¶ Secundo not. ibi, ex iure, quod eſt, regula fiat, † quòd regula[a] non facit ius, ſed ipſa colligitur ex iure quod eſt. Et iſtud verum eſt quo ad illos caſus qui regulā præcedunt, ex quibus ipſa regula cōſtituitur & formatur: & hoc modo dicitur regula iuris trāſitiuè: quia de regula fit tranſitus ad ius, ita quod ius eſt ſeparatum & diſtinctū ab ipſa regula. Secus eſt quo ad alios caſus qui ante regulā determinati non reperiuntur, in quibus regula facit ius: vt patet in regula Catoniana, quæ dicitur regula iuris. l. cū legato. ff. quando dies leg. ced. & facilius, vt no. in l. j. ff. de reg. Cato. Et videmus quòd ſæpenumero fit deciſio caſus occurrentis per regulam iuris. c. inter dilectos. de fid. inſtru. in fi. c. ſi diligēti. de for. cōpet. cum ſim. vt per glo. in rub. eo. tit. in vj. Et iſto caſu dicitur regula iuris intranſitiuè: quia ipſa regula immediatè eſt ius. & non fit tranſitus:[b] quia tali caſu ius non eſt diſtinctū & ſeparatum ab ipſa regula. Sed ius & regula[c] eſt vnum & idē. Et ita colligitur ex his quæ Bar. hîc dicit poſt glo. & alios quos refert. Et idem Bart. in l. j. ff. de reg. Caton. & no. per glo. & Dy. in rub. eo. titu. in vj. Et in iſto caſu non cōprehenduntur alij caſus per viā extenſionis, iuxta l. j. nō poſſunt. de legib. ſed ab iſta regula quæ facit ius, immediatè includuntur: † quia ſicut genus cōprehendit ſpecies propriè, vt 6 not. Bal. in l. ij. C. de iure aur. annul. facit tex. in l. ſemper in generalib. j. eo. ita regula complectitur caſus qui poſt regulam ſuperueniunt. Vnde in caſibus nō determinatis fundatam habet intentionē ille qui habet regulam pro ſe:[d] vt not. per glo. in l. omnis diffinitio. j. eo. & in rub. eo. titu. in vj. Et ideo dicit Barto. in l. quoties. ff. ſi quis caut.

c Regula. Ergo videtur quòd ſententia lata econtra regulam ſit ipſo iure nulla, ſicut quando eſt lata contra ius, vt in l. j. & ii. C. quando prouoc. non eſt neceſſe. & cap. i. de re iudic. de quo vide eundem dom. Philip. c. conſuluit. Io. i. in finalibus verbis de appel. Hieronymus Cuchalon.

d Pro ſe. Alexand. conſi. lxxix. nume. 5. lib. vii. latè Andr. Tiraq. in tract. Retract. proxi. §. i. glo. ix. nu. ccix. Car. Mol.

quòd



a Priuilegiatas. Idem Deci. in l. pactum quod dotali. colum. ii. C. de pact. in l. ii. C. vnde libe. in c. cum ordinem in col. ii. c. ſedes. col. v. de reſcrip. in conſi. v. Sed contrà facit Iaſ. l. fi. colum. fin. C. de inoffic. teſtamen. l. i col. ii. ff. ſolu. matrimo. Deci conſi. cccxcvi. nu. 11. Alciat. in l. generali. §. de verbo. ſignifi. vbi limitat, niſi priuilegium tolleretur. Carolus Molinæus.

quòd res dicetur certa eſſe pro eo qui habet regulā pro ſe. Et idem Bar. in l. ij. col. j. ff. ſi quis in ius voc. vbi alleg. Inno. in c. præterea. de dilat. Et hoc dictū pro notab. reaſſumit Matth. in not. xix. no. quòd ſententia cū ſim. vt dixi in conſi. viij. in princ. Et dicit Bal. in c. j. in ij. col. de alien.
7 iud. mut. cauſ. fac. † quòd ſecundū regulā pronuntiādum eſt, niſi contrarium probetur. Allegat not. in l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. Et idem Bal. in l. ſi tutor. in fin. C. de ſer. com. manu. Albe. in ij. parte ſtatutorum. q. clviij. ſi ex forma ſtatuti. circa fi. bene facit tex. in l. ab ea parte. ff. de probat. & in l. ſuus quoque. in verſic. puto generaliter. §. de hære. inſtit. & in c. ad decimas de reſti. ſpol. in vj.

¶ Et ampliatur iſta concluſio vt regula etiam attenda-
A tur cōtra perſonas vel cauſas aliàs priuilegiatas[a], † quia
8 regula & diſpoſitio quæ generaliter loquitur, etiā com-
B prehendit perſonas priuilegiatas[b]: vt not. Bal. per illum tex. in l. in fraudem. in fi. de teſta. mili. Et facit text. in ea. l. in §. ſi quis. & quod ibi colligit Bald.

¶ Ex quo infert quòd lex vel ſtatutum generale etiam
C habet locum in cauſa dotis[c] vel contra milites. Et hoc verum eſſe intelligitur, niſi loquatur in tali materia in qua cauſa vel perſona priuilegiata ſit. Et ita loquitur & procedit quod not. Salic. per illum text. in l. fi. in princi. in
9 ver. ex quo not. bonum argumentum. C. de iure dot. † vbi inquit, quòd ſtatutum generaliter diſponēs quòd inſtrumenta publica non probent, niſi regiſtrata fuerint, tale ſtatutum non habet locum in inſtrumento dotis. Et bene dicit Salic. per illum text. vbi patet quòd in tali materia cauſa dotis priuilegiata eſt: quia, vt ibi dicitur, cauſa dotis non debet inſinuari. Secus ergo eſt ſi cauſa dotis non eſſet expreſsè priuilegiata: quia tunc in ſtatuto generali includeretur per ſuprà dicta. Et latius dixi in conſil. v. vbi ita conſului Florentiæ. & dixi etiam in l. ij. C. vnde liberi. Et ad prædicta videndum eſt quòd ſcripſi in c. conſului el j. de appel.

10 ¶ Tertiò noto ibi, quaſi cauſæ coniunctio. † quòd regula eſt cōiunctio cauſæ, id eſt rationis. Regula enim conſti-

b Priuilegiatas. Et quòd diſpoſitio generalis tantum valeat reſpectu omnium quantum ſpecialis reſpectu quorundā, vide Pau. de Ca. in l. qui ædificium. ff. de ſerui. vrb. prędio. Et quando diſpoſitio generalis cenſeatur etiā diſponere in caſib. ſpecialiter promiſſis, vide eundem Paul. de Caſt. in l. i. §. hoc autem. ff. de oper. nou. nunt. Item an in diſpoſitione generali veniant illicita, idem latiſsimè tractat in l. ſi quis. ff. de condit. inſtit.

c Dotis. Contrarium latè domi. And. Tiraquel. in tractat. Retract. proxi. §. i. gloſ. xxiiii nu. 91. cū ſequenti. Car. Mol.



tuit

tuit coniungendo rationẽ plurium caſuum eandem rationem haben-
tium. Et ſic rationes quæ erant plures numero in quampluribus & va-
riis caſibus, ad vnum per traditionẽ regulæ rediguntur: vt glo. & doct.
hîc dicunt, & in rub. eo. tit. in vj. Et not. Archi. in c. regula. iij. diſt. Et ta-
lis regula cõſtituitur ex his quæ vt plurimum ita ſe habent. arg. l. nam
ad ea. de legib. ita glo. not. concludit in l. Iulianus. §. j. in verbo plures.
ff. de act. emp. † Et ideo dictio plerunque, regulam facit: vt not. Albe. in 11
q. clviij. in ij. parte ſtatutorum. alleg. l. plerunque. ff. de iur. dot. Et idem
Alber. in Diction. in verbo plerunque. vbi allegat bonum tex. in l. j. §.
j. & plerunque ita eſt. ſ. de tut. & rat. diſtr. & in l. iij. ſ. de offic. præfect.
vig. Et ad idem eſt tex. in §. fin. inſtit. de legit. patron. tut. Sic etiam præ-
ſumptio inſurgit à communiter accidentibus: vt no. per glo. in l. neque
natales. C. de probat. cum ſimi. vt dixi in c. præſentia. col. xvj. de probat.
¶ † Similiter regula conſtituitur ex oratione vniuerſali, vel indefinita: 12
vt declarat glo. & Bart. hic & glo. Dy. & Doct. in rub. eo. tit. in vj. Nam
indefinita prolata à lege, æquipollet vniuerſali,[a] vt not. A
Barto. in l. ſi pluribus. de leg. j. & glo. in c. vt circa. in prin.
de elect. in vj. Et not. quod dicit Bart. hic, & in d. l. ſi plu-
ribus quòd indefinita æquipollet vniuerſali ex interpre-
tatione. allegat l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vrba. præd. ibi, hu-
manius eſt verbo generali omne lumen ſignificari. Et
Doct. communiter ita tenent.
¶ Nouiſsimè tamen Barth. Soci. in contrarium inducit
tex. in l. ij. ff. de liber. & poſthu. vbi ipſe dicit quòd ibi in
materia odioſa:[b] indefinita non equipolleat vniuerſali
ex benignitate. Ergo videtur quòd regulariter æquipol- B
leat vniuerſali de proprietate verborum. Sed reſponderi
poteſt quòd ibi loquitur de benignitate particulari ra-
tione odij, & excluditur regula communis, quæ tamen
etiam de benignitate procedit. † ſicut dicitur quòd æqui- 13
tas naturalis ſuadet quòd pacta ſeruentur. l. j. in princ. ff.
de pact. Et eadem æquitas naturalis ſuadet, quòd quan-
doque pacta non ſeruentur in aliquo caſu particulari. in
l. j. in princi. ff. de minoribus.
¶ † Quarto noto ibi cauſa in aliquo vitiata eſt, quòd re- 14
gula quandoq; vitiatur, & tunc perdit officium ſuum. Et
ſic ſunt duo dicta. Circa primum facit: quia regula & illud quòd regu-
lariter fit plerunque habet exceptiones: vt inquit glo. in rub. eo. titu. in
vj. Et not. Abb. poſt Cardi. per illum text. in ca. quoniam frequenter. in
princi. vt lit. non conteſt. facit tex. in l. regulariter. ff. de pet. hære. in l. re-
gula. ff. de iur. & fac. igno. in c. penul. de re iudic. cum concor. vt tradit
Ioan. And. in rub. extra eo. titu. in antiquis.

a Vniuerſali. Adde latiſsimè Dyn. in rubri. iſto titu. & ibi per Anchar. & Philip. Franc. & docto. in l. ſi ita. de lega. ii. Alex. conſi. vii. in i. volu. & in conſil. cx. eod. volu. Hierony. Cuchalon.

b Odioſa. idẽ quando nõ eſt eadẽ ratio Philip. Corne. conſil. cxl. libr. iii. Philip. Francus. c. ii. colum. i. de reſcript. in vi. Car. Mol.

¶ Secus



a Regulariter. Alexã. c. ſynodum. xvii. diſtinct. quod rectè reprobat Dec. hic, & in ca. nam concupiſcentiam. lect. ii. col. ii. de conſtit. C. M.

b Venalia. Caue, quia imo Bart. ibi tenet quòd veniunt in generali legato, niſi diſpoſitio reſtringatur ad res exiſtentes in certo loco, quia tunc nõ veniunt merces, etiam in vniuerſali, quia non cenſentur in loco. Et ſic in hoc non eſt differentia inter generale & vniuerſale. Idem Lancelot. Dec. ibidem. Bal. l. cum tabernã. in princ. de pignor. Alexã. in l ſi cõſtante. in prin. in iii. q. iii. part. princi. ſolu. matri. & cõſil. xxx. nu. 16. li. v. cõſi. clxvii. num. 2. lib. vii. Mat. Affli. deci. Neapol. cvi. nu. 6. Ant. Neguſant. tract. pignorum. part. ii. mẽbro. 2. nume. xiiii. C. M.

¶ Secus eſt ſi generaliter aliquid diſponatur: quia tunc o-
15 mnia ſine aliqua exceptione includuntur. † Cum plus ſit
A diſponere generaliter, quàm regulariter[a]. vt no. Abb. per
illum tex. in c. venerabilẽ. de elect. ibi, regulariter & ge-
neraliter. Et idẽ Abb. dicit in d. c. quoniam frequenter. in
prin. quem Mod ibi ſequuntur. Sed iſta differẽtia, quam
16 Doct. communiter tenent, nõ videtur vera, † quia regula
conſtituitur ex oratione vniuerſali vel indiffinita, vt ſ.
dictum eſt. Ergo regula vel verbũ regulariter, videtur
ſignificare vniuerſaliter vel indefinitè. hoc eſt generali-
ter, ſecundũ quod verba regulæ loquuntur. Et probatur
17 in d. c. quoniã frequẽter. in prin. † vbi dicitur, quòd regu-
lariter ante litem cõteſt. teſtes nõ recipiuntur. Et iſta re-
gula habetur indefinitè in rub. vt lit. non cõteſt. Et ſic re-
gulariter & indefinitè pro eodẽ ibi ponuntur. ergo idem
videtur de verbo generaliter, quia indefinitè & generali-
ter idẽ eſt: vt colligitur in l. j. §. & generaliter. ff. de leg.
18 præſtand. † Et hoc idẽ cõfirmatur: quia minus importat
verbum generaliter, quàm vniuerſaliter: vt not. Bar. in l.
generali. §. vxori. ff. de vſufru. leg. in fi. vbi inquit ꝙ in ge
B nerali legato nõ includũtur venalia[b]: ſecus eſt in vniuer
ſali. Ergo nõ videtur verũ, quòd verbũ generaliter exclu
dat exceptiones, quia idẽ importaret quod vniuerſaliter.
19 ¶ † Circa ſecundũ dictum, quòd regula perdit officium
ſuum ſi in aliquo vitiata ſit. Et in effectu ſenſus eſt, quòd
exceptiones ſunt contra regulam: id eſt, cõtra illud quod
in regula diſponitur, vt hic. & in l. in his. vbi Barto. ff. de
legi. Et not. Ang. in conſi. ccxc. Thema eſt. col. iij.
20 ¶ † Et licet exceptiones ſint contra diſpoſitionem regu-
C læ, ſunt tamen de genere[c] regulæ: quia ſi regula loqui-
tur de homine, etiam exceptio debet fieri de homine. Et
non eſſet cõgrua exceptio ſi dicitur, Omnis homo currit,
niſi aſinus: vt cõcludit Dy. in rub. eo. tit. in vj. circa fi. Bar.
hic, & in d. l. in his. ff. de leg. Et propter hoc, quia exceptio
nes ſunt de genere regulæ, dicimus quòd exceptio decla
D rat[d] regulã: quia ex qualitate exceptionis declaratur, de
quo genere regula loquatur. l. nam quod liquidè. ff. de

c Genere. Siue de terminis regulæ. Barto. Bald. l. ſi eam. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. Ancha. in rubri. eo. in vi. Dec. l. i. colum. xix. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdic. Iaſ. cõſil. lxix. lib. iii. Car. Mol.

d Declarat. Alexan. conſil. xxxvi. col. i. lib. xvi. Car. Mol.

 penu

penu leg. Et hoc modo per illum text. ad declarationem
regulæ arguit Alexan. in l. ſenium. C. qui teſt. fac. poſ. &
Rom. in conſil. cxvij. circa id. † Similiter licet exceptio- 21
nes ſint contra regulam in caſibus exceptuatis; tamen in
aliis in caſibus non exceptis, exceptiones confirmant [a] re- A
gulam: vt not. Bartol. in l. quæſitum. §. denique. ff. de
fund. inſtr. & in §. vt autem. vbi gloſ. & Barto. in authen.
de non alien. col. ij. facit tex. in l. tribunus. §. fi. ff. de teſta.
milit. in c. nonne. de præſumpt. & xxxij. q. vij. in c. domi-
nus. & not. Ang. in conſi. ccxxxix. quidam emptores. & in
conſi. ccxc. ſ. alleg. & Rom. in conſi. cccxxxvij. quo ad pri-
mum. Et ratio videtur: quia regula ſub generalitate o-
mnes caſus includit. Vnde ſi aliqui caſus ſpecialiter exci-
piuntur, alij remanent ſub regula. argu. l. cũ prætor. ff. de
iudic. in l. maritus. C. de procura. xxv. diſtin. ij. in c. qualis.
¶ † Sed quo ad alios caſus qui ſub regula non includun-
tur, exceptio non firmat regulã: quia non facit [b] quòd re-
gula extendatur ad ea quæ aliàs nõ facta exceptione ſub
regula comprehenſa non fuiſſent: vt eſt text. not. in l. ge-
neraliter. §. vxori. vbi Bart. ff. de vſufru. leg. † Nam in le- 23
gato generali eorum quæ in domo ſunt, non veniunt ve-
nalia. d. l. generali. §. Idem quæſiit. l. ſi chorus. §. j. l. ſi ita
legatum. de legat. iij. Si ergo teſtator legauit vſumfru-
ctum eorum quæ in domo ſunt, non veniunt lanæ vena-
les quæ in domo ſunt: vt eſt caſus in d. l. generali. §. vxo-
ri. vnde exceptio ibi facta de argento, licet confirmet re-
gulam, vt ſ. dictũ eſt, non tamẽ ampliat vt ſub illo gene-
rali legato res venales includantur: quia aliàs in tali le-
gato nõ cõprehendebantur. Et idem dicit Bar. per illum
tex. in l. Lucius. §. j. ff. ad Trebel. Florian. in l. mora. la j. §.
j. per illum tex. ff. de vſur. Et not. Abb in ca. in noſtra. per
illum tex. de ſepul. cum ſimil. vt latè congerunt Moder.
in d. c. quoniam frequenter Et vltra dicta ibi hoc tractat
Signorol. in conſil. viij. quæſtio proponitur. ver. ſecundò
præmitto. Imo. in conſil. lxxxiiij. viſa. Ro. in conſil. cvij. ſ.
alleg. & in conſi. ccclxxxix. circa primum. col. fin. Abb. in
conſi. xx. caſus in effectu. in fi. lib. ij. & in conſi. lxij. in cõ-
trouerſia. colũ. v. eod lib. ij. Aret. in conſil. cxliiij. viſa. col.
ij. Alexan. in conſi. xxxix. viſo ſtatuto. col. iiij. lib. iiij. & in
conſi. cvj. viſis. col. iij. lib. v. And. Sicul. in conſi. xix. col. iij.
lib. j. & Marian. in conſil. xlvij. in princi. col. ij. & Corne.
Peruſ. in conſi. lvij. placet. lib. j. Et huius concluſionis ra-
tio

a Confirmãt. Dec. conſi. ccxxx. iiii. col. & Alci. de verbo. ſign. lib. ii. pag. ii. fallit in his quæ eſſent contra ius Alexan. conſi. cxlv. nume. ii. libr. vii. Car. Mol.

b Non facit. Alber. in l. fin. per illum text. ſ. ad Trebel. Alexan. conſil. xxviii. num. ii. lib. i. vbi dixi. Stepha. de Phed. de interpret. ii. part. ii. pagi. cxxiii. Deci. in rubri. de probat. col. ix. conſi. ccclxxix. col. ii. Ca. Mol.



a Secus hoc eſt falſum, & omnino deſtruit præcedentem concluſionem veram. Et eſt contra text. §. vxori. vbi argentum erat de rebus quæ alias non veniebant in generali legato, etiam ſi non fuiſſet exceptũ, & tamen non ampliat ad reliqua non expreſſe excepta, vt etiam dixi ad Alex. conſil. xxxvj. nu. 3. lib vij. C. M.

b Ampliat. Idem Dec. cap. cum dilecta. colũ. ij. de confir. vti. vel inutil. Iaſ. l. fina in fi. ff. quod quiſque. iur. l. nummis. de in lit. iur. l. properandum. colũ. 3. nu. 11. C. de iudic. facit Aret. conſil. xxx. colum. iiij. Nic. Euerard. in loc. legal. loco iij. ab excep. ad regul. Sed eſt falſum, & cõtrarium melius tenuit. Petr. de Ancha. in rub. de reg. iuris. in vj. ad fi. Steph. de Phederic. vbi ſupra citaui. C. M.

24 tio manifeſta videtur: † quia exceptio facta eſt ad reſtrin-
gendam regulam: ideo illã ampliare non debet. l. legata
inutiliter. ff. de leg. j. l. ſi mancipia. de fund. inſtru.
¶ Et prædicta cõcluſio vera eſt, & procedit quando fuit
facta exceptio de eo quod in regula continetur: quia tunc
exceptio ſatis operatur: quia regulam reſtringit, prout lo-
A quitur tex. in d. l. generali. §. vxori. ſecus [a] ſi exceptio facta
ſit de eo quod in regula non comprehendebatur: quia tũc
ne exceptio ſuperfluat & inutilis reddatur, regulam am-
pliare intelligitur ſecundum qualitatem exceptionis. gra
25 tia exempli: † Si conſtituo procuratorem generaliter ad
omnia, non veniunt illa, quæ mandatum ſpeciale requi-
runt. c. qui ad agendum. de procur. in vj. ſed ſi facio procu-
ratorem ad omnia, niſi quòd iuramentum non poſſit de-
ferre. Et ſic excipio vnum caſum in quo ſpeciale manda-
tum requiritur. Illa exceptio declarat regulam & ampli-
B at, [b] vt omnia alia includantur in quibus mandatum ſpe-
ciale requiritur. Ita cõcludit Dominic. poſt Lap. in d. cap.
qui ad agendum. §. j. de procur. in vj. & ſequitur Alexan.
in l. fi. ff. quod quiſque iur. Et dixi in c. conſultationibus.
in fi. per illum tex. de offic. deleg.
¶ Et ad hoc facit quod not. Alex. in conſ. ccxvj. nec argu-
26 endi. col. viij. in ver. x. conſidero. lib. ij. † vbi inquit, [c] quòd
C quando princeps excipit vnum caſum in quo noluit ter-
tio præiudicare, ex tali exceptione declaratur & amplia-
tur intentio principis, quòd in aliis voluit tertio præiudi
care. Ex quo infertur quòd in caſu. l. generali. §. vxori. ſi fa
cta fuiſſet exceptio de re venali quæ in tali legato aliàs
non comprehenditur. tamen virtute talis exceptionis re-
gula generalis legati etiam ad res venales extenderetur,
vt exceptio congrua ſit & aliquid operetur. argumen. l. ſi
quando. de leg. j. c. ſi papa. de priuileg. in vj.
27 ¶ † Et quia in dubio interpretatio debet fieri vt actus va-
leat. l. quoties. ſ. eo. Ne iſto caſu habet obſtare quòd exce-
ptio non debet regulã ampliare, cum facta ſit ad iſtũ effe-
ctum vt regula reſtringatur, vt ſuprà dicebatur. Quia ex
D quo aliàs exceptio non valeret, [d] inducta ad diminutionẽ
oper

c Inquit. Sed malè, vt ibi dixi, & in locis præfatis. Carolus Mol.

d valeret. Imo ſatis valet ad maiorem expreſsionem, iuxta l. quæ dubitationis. infrà eod. C. M.

operantur argumentum quando aliter diſpoſitio non po-
teſt habere locum.l.Proculus.ff.de vſufr.l.denique.§.in-
terdum. Et ibi Bar.ff.de pecu.leg. Et iſta declaratio ſanè
procedere intelligitur quando verba regulæ quæ debent
ampliari non repugnant:quia generalia ſunt,& de ſui na
tura cõprehendunt exceptionẽ:vt patet in d.l generali.§.
vxori.& in quæſtione in qua loquitur do.Alex.in locis.ſ.
alleg. ¶ †Secus ſi verba regulæ repugnarent:quia tunc re 28
gula per exceptionem nullo modo ampliatur,ſed potius
exceptio inepta iudicatur & reiicitur:vt notab.tradit Pau.
de Caſt.in l.his.ff.de legib.vbi dicit quòd diſponente ſta-
tuto quòd debeat ſolui gabella de omni inſtrumẽto con-
tinente ſummam c.librarum,excepto inſtrumento procu
rationis.Et ſic regula ſtatuti loquitur de re æſtimabili,&
exceptio de re inæſtimabili.Nam propter qualitatem ex-
ceptionis, regula ſtatuti non extenditur ad inſtrumenta
facta de rebus inæſtimabilibus, ſed potius exceptio ine-
ptare putatur, ſecundum Pau.de Caſt.quod ex eo videtur
quia verba regulæ non conueniunt, quæ præcisè loqui-
tur de rebus inæſtimabilibus. Et in ſimili caſu idem tra-
dit d.Io.Bap.de S.Seuer.in l.omnes.populi.col.lxxvj.in
ver.xv.quæritur.ff.de iuſti.& iur.
¶ Sed in caſu d.l.generali.§.vxori.& in quæſt.in qua do-
cto.& Alex.loquuntur in locis ſ.alle.†verba regulæ erãt 29
generalia,& ſecundũ qualitatẽ exceptionis extenſionem
patiebãtur.Et hoc modo varia doct.dicta adaptari & con
cordari poſſunt. Et ſecundũ iſtã reſolutionẽ dubia[a] vide- A
tur deciſ. Pet.de Anch.in c.ij.de offi.vic.in vj.in ver. quæ-
ro,epiſcopus conceſsit.dicens, quod ſi epiſcopus vicario con-
ceſsit, vt poſsit omnia quæ poteſt ipſe epiſcopus, excepta
collatione beneficiorũ,non tamẽ poterit alia quæ reſer-
uata ſunt epiſcopo. Et ſequitur Aret.in conſi.viij.abundè
ſatis.in fi. Et Moder.in d.c.quoniam frequenter.in princ.
¶ Nam cum exceptio facta ſit de collatione beneficiorũ,
quæ eſt de reſeruatis epiſcopo.c.fin.de offici.vicar.in vj.
talis exceptio videtur ampliare regulam ad omnia alia
quæ reſeruata ſunt epiſcopo:quia verba regulæ non repu
gnant, ſed conueniunt, dum dicitur, quòd omnia conceſ-
ſit per ſupra dicta,ſecundum Dominic.in d.c.qui ad agen
dum. Nam quando verba conueniunt, & reſtringuntur
propter veriſimilem mentem diſponentis: vt in dicto c.
qui ad agendum.& in dicto c.fi.de offic.vic. Et excipiatur
caſus

a Imò veriſsima.



caſus in quo requiratur ſpecialis prouiſio. Et tali exce-
ptione apparet de mente diſponentis.Ideo verba genera-
lia generaliter vt ſonant intelliguntur: nec tali caſu re-
A gula ampliatur. Sed potius[a] dicendum eſt, quòd verba
generalia non reſtringuntur.
30 ¶ Et ex prædictis colliguntur tres concluſiones. †Prima
eſt,quòd exceptio non ampliat regulam quando eſt facta
de eo quod in regula continetur.d.l.generali.§.vxori.Se-
cunda,quòd exceptio ampliat regulam ſi facta ſit de eo
quod in regula non continetur,quãdo verba regulæ con-
ueniant.vt not. Dominic.in d.c.qui ad agendum. Tertia
concluſio,quod ſi verba regulæ repugnãt, exceptio facta
de eo quod in regula non comprehenditur, non ampliat
regulam, ſed vitiatur.vt not.Paul.de Caſtr.in d.l.in his.
31 †Et ad ſupradicta notandum eſt, quòd nunquam regula
virtute exceptionis ampliatur, ſi correctio iuris ſequere-
tur,vt eſt gloſ.in l.fin.ff.quod quiſque iur.quæ ita intelli-
gitur, ſecundum Alex.ibi.Eodem modo ſi abſurdum re-
ſultaret.vt no.Alex.in conſ.cvj.viſis.col.iij.libro quinto.
¶ Poſtremò non eſt omittendum, quòd ſicut regula li-
mitatur non procedere in caſibus exceptis, vt ſuprà di-
ctum eſt, pariter non habet locum in caſibus ſimilibus:
32 †quia exceptio facta in aliquibus caſibus, ad ſimiles[b]
b porrigitur.vt not.per glo.in l.j.C.de condic.indeb.&.not.
Bar.per illum text.in c.poſt tranſlationem.§.quanquam.
de renunt. Et ad hoc allegatur text.quem ibi Abb.ponde
rauit.in c.cum dilecta.de confir.vti.vel inut.Alex.tamen
in l.ſi conſtante.in prin.col.vj.ff.ſolu.mat.dicit quòd ille
text.non eſt caſus exceptuatus à regula,imò procedit ſe-
cundum regulam.vt habetur in c.fi.de fid.inſtru. Sed re-
33 plicari poteſt,quòd imò †renouatio priuilegij vel inſtru
menti videtur ſpecialis caſus ex quo fieri non poteſt ſine
cauſa.d.c.fi.Et facit tex in l.ſi quis ex argentariis.§.pe.ff.
de eden.& text.in d.c.cum dilecta.expreſſe arguit à ſimi-
li.Et Alex.ipſe hoc modo arguit,allegando illum text.in
l.ſingularia.col.iij.in verſic.præterea.ff.ſi cert.pet.& in l.
certi condictio.§.ſi nummos.col.j.eod.titu.& in l.j.col.
xviij.verſi.iuxta prædicta quæritur.ſ.de off.eius.
34 ¶ †Et pro vlteriori declaratione huius concluſionis habe
mus conſiderare duos caſus.Primus eſt, in aliis exceptio-
ni.quæ per alia iura includũtur. Et tunc clarum eſt,quòd
illæ non excluduntur,etiam ſi exceptio facta ſit taxatiuè
per dic

a Potius.Imo quia fateor quod exceptio non reſtringit per ſe in aliis: ſed dico per d.§.vxori.quod non facit quin generalitas reſtringatur prout aliàs per ſe reſtringitur. C.M.

b Similes.Alexand.conſ.xiij.num.5.lib.iiij. Dec.c.iurauit.col.ij.de prob. conſil.cccclv. Imo conſi.vij. C.M.

per dictionem tantum, vel duntaxat: quia propter hoc non tolluntur alię exceptiones comprehenſę per alia iura: quia hoc modo alia iura corrigerentur, quod non eſt dicendum. vt not. Bar. in l. iij §. cum Titio. de adim. leg. in l. ob æs. poſt glo. C. de præd. min. & in l. ſerui nomine. ff. de vſucap. & in l. ſi conſtante. in princ. col. vj. ff. ſolut. matr. Et idem tradit Ang. in l. ſi hominem. §. in ędilitiis. ff. de ædil. edict. & in l. Paulus. §. hæres rogatus. verſic. & hinc eſt. ff. de vſufr. & in l. ita nobis. C. de adult. Abb in d. c. cum dilecta. col. ij. Alex in l. j. C. de contratabul. & in l. j. §. per ſeruum. ſ. de acquir. poſſ. Et hoc etiam habet locum ſi verba taxatiua eſſent geminata. vt not. tradit Alexand. in conſil. cxxx. in cauſa. col. iij. verſi. nec obſtat. lib. iiij.

¶ †Secundus caſus eſt, quando aliæ exceptiones non inclu- 35
dũtur per alia iura. Sed quæritur, an exceptio facta in vno caſu, porrigatur ad alium ſimilẽ caſum per viam extenſionis. Et tunc ſi exceptio factat ſit taxatiuè, non videtur quòd ad alios caſus extendatur. vt no Bal. in d. l. ita nobis. col. j. & in l. item videndum. §. fin. ff. de pet. hær. & in l. j §. ſed excipiuntur. in fi. ff. de fer. Et ad hoc faciunt quæ dixi in l. j. ſ. de cont. tab. vbi concluſum fuit quod dictiones taxatiuæ concludunt oẽs alios caſus de proprietate ſermonis.

¶ †Si verò exceptio facta ſit ſimpliciter in aliis caſibus:
tunc videtur habere locum cõcluſio ſuprà facta, quòd ad 36
ſimiles caſus porrigatur. Et hoc tamen altiorem poſtularet indaginem, quia pendet à profunda materia extenſionis. Et talis concluſio procedit attento iure communi. Sed in ſtatuto diſtinguitur, vt not. Abb. in c. ad audientiam. de cler. non reſid. Et ex his prima regula expedita ſit.

PHILIPPVS Decius Valentiæ.

## In l. Fœminæ. Argumenta.

1 Munera ciuilia eadem dicuntur, quæ & publica.
2 Officium ciuile genus quoddam dicitur, ſub quo reliqua officia comprehenduntur
Mulieres deterioris ſunt conditionis quàm viri.
3 Mulieres iudicare non poſſe, moribus eſt inductum.
4 Mulier ſi conſuetudo ſineret, iudicis officio fungi poſſet.
5 Conſuetudo à pari procedit cum ſtatuto.
Mulier principis indulgentia iudicare poteſt.
6 Priuilegio principis induci poteſt quod & conſuetudine.
Mulier qua ratione magiſtratum nequeat gerere.
7 Vxor radiis mariti illuſtris effecta, vocatur aliquãdo domina.
Mulier naturalis tantũ viro legitimo nupta, efficitur legitima.
8 Abbatiſſa qualiter dignitatem cum adminiſtratione dicatur ha



tur habere.
9 Fœmina quare prohibeatur poſtulare.
10 Poſtulare qui nequit, in camera conſilium dare poterit.
11 Prohibitio qualem admittat interpretationem.
Mulier pro alio intercedere Velleiano Senatuſcõſulto vetatur.
12 Statutum dictans neminem contra publicum inſtrumẽtum audiri, non includit mulierem.
13 Velleianum Senatuſcõſultũ in quibus caſib. locũ non habeat.
14 Mulier procuratoris officio fungi nequit in iudicio. & nume. 15. & 16.
17 Compromiſſum in mulierem fieri haudquaquam poteſt.
18 Mulier quare tutrix eſſe nequeat.
19 Tutela quæ matri efficaciter competat.
20 Mulier filiis alienis tutrix dari nequit.
21 Mulier quo caſu executoris officium ſuſcipere poſsit.
22 Mulier niſi ſit mater, bonis curatrix dari nequit.
23 Mulier tributorum exactrix eſſe non debet.
Mulier ab argentarij officio repellenda eſt.
24 Mulier in fiſcum deferre non poteſt.
25 Mulier actionem popularem intentare non debet.
Mulier in teſtamento teſtis eſſe prohibetur.
26 Prohibitio quæ fit in teſtamento, an locũ habeat in codicillis.
27 Mulier in teſtamento ad pias cauſas teſtis admittitur.
28 Teſtes in codicillis an debeant eſſe legitimi, quemadmodum in teſtamentis.
29 Teſtamẽtum militis probari debet probationibus legitimis.
Mulier in teſtamento inter liberos teſtis admittitur, veluti in eo quod fit ad pias cauſas.
30 Probatio ordinaria quando exigi dicatur. & num. 31.
32 Mulier in ſcriptura priuata teſtis reiicitur.
33 Mulier in cauſa criminali non poteſt teſtificari. & num. 34.
35 Mulieri in teſtimoniũ admiſſæ, minor fides habetur quã viro.
Mulieri tunc creditur, cum aliter veritas erui non poteſt.
36 Mulier in feudis non admittitur vt teſtis.
Mulieres in legibus aut ſtatutis cõdẽdis interuenire nequeũt.
37 Mulieres conſuetudinem introducere non valent.
38 Mulier & ſi condendis legibus non adeſt, conſilium tamen dare poteſt.
Statutum quod mulier non contrahat ſine propinquorum conſenſu, qualiter intelligendum.
39 Mulier nec ad ordines promoueri, nec characterem recipere poteſt.
40 Monialis ſacra vaſa tangere, & incenſum adolere non debet.
41 Mulier neque docere, neque prædicare poteſt.
42 Mulier à rebus ſpiritualibus prohibita, ius patronatus habere poteſt in eccleſia.
43 Mulier ob ſexus fragilitatem cõditionis reputatur deterioris.
Quæſtio à muliere velùti timidiore debet incipere.
44 Mulier in dubio prius mortua præſumitur quàm vir.
45 Statutum requirens alicuius autoritatem vel conſenſum, non

eſt de

eſt de fœminis intelligendum.
46 Mulieres conſilio ſunt inualido.
47 Maſculus præfertur mulieri concurrenti in aliquo officio.
48 Maſculus in depoſito eſt mulieri præferendus.
Mulier maritum lugere tenetur, non autem contrà.
49 Mulier filios in poteſtate habere non poteſt.
Mulier pupillum ſubſtituere non poteſt.
50 Mulier filio tutorem dare nequit.
Mulier adoptare nequit citrà beneficium principis.
51 Mulier legitimare non poteſt.
Mulier poſthumum hæredem inſtituere nequit.
52 Bonorum poſſ. contra. tab. non datur in mulierũ teſtamento.
Mulier viro ſubdita eſſe debet, non vir mulieri.
52 Maritus vxorem corrigere poteſt, non autem mulier virum.
53 Vindicta fœminis non competit.
54 Mulier maiore fulgere debet honeſtate, quàm vir.
Mulier non ſuccedit in feudo.
55 Maſculi fœminis præferuntur in feudis, quo caſu eædem poſ. ſunt admitti.
56 Mulier multis caſibus in feudis ſuccedere poteſt.
57 Deſcendentes ex fœminis deterioris ſunt conditionis, quàm qui ex maſculis.
58 Beneficium principis latam recipit interpretationem.
Deſcendentes ex fœminis quomodo dicantur de genere & poſteritate.
59 Diſpenſationes & odioſa quæque aliquando latam interpretationem admittunt, ſicut & priuilegia.
60 Immunitas conceſſa poſteris, etiam filiæ, nepti, & ex fœminis deſcendentibus conceduntur.
61 Conceſsio quæ fit alicui pro ſe & poſteris, ad nomen familiæ referenda eſt.
62 Poſteritatis nomine veniunt omnes deſcendentes.
63 Immunitas generaliter conceſſa vt ad poſteros tranſmittatur durat ſuccedentibus in perpetuum.
64 Familia pro agnatione ſumitur quandoque.
65 Generis nomine veniunt omnes ſexus vtriuſque.
66 Deſcendentes ex fœminis etiam generis vocabulo comprehenduntur.
67 Mulier ſuos deſcendentes non reddit nobiles.
68 Liberi non matris, ſed patris familiam ſequuntur.
69 Statutum à quo fieri, & conſuetudo induci poſsit.
70 Mulieres quot caſibus melioris ſint conditionis, quàm viri.
71 Mulier veniam ætatis citius impetrare poteſt, quam maſculus.
72 Mulier carcere includi non debet. & nu. 73.
74 Mulier pro adminiſtratione tutelæ obligata, poteſt carceri mancipari.
Mulier ad virum inuita trahi poteſt.
75 Mulier non ſemper comparere cogitur perſonaliter.
Mulier in palatium intrare poteſt, non obſtante ſtatuto.
76 Mulier in optione facta optionem habet.

Mulier



77 Mulier non tenetur ſtatuto loquente de bannitis.
Legatũ factũ monaſterio, cenſet in dubio factũ monialibus.
78 Fœminæ non puniuntur ob crimen læſæ maieſt. à patre commiſſum.
79 Mulier prægnans quibus gaudeat prærogatiuis.
80 Mulier pro excõmunicatione nõ tenetur Romã concedere.
Mulier ob minorem metum excuſatur quàm vir.
81 Mulieres ob dotem varia habent priuilegia.
Mulier à muneribus corporalibus excuſatur.
82 Mulieri potius quàm maſculo ſubuenitur ratione fragilitatis ſexus.
83 Filia nupta non gaudet priuilegio conceſſo patri & filiis, & filiabus. & nume. 85.
84 Filia nupta originem & familiam patris retinet.
86 Mulier in multis caſibus à pari procedit cum maſculo.
87 Mulier qua potiatur prærogatiua vltra maſculos.
88 Statutum pœnale locum habere poteſt aliquando in muliere. & numero 89.
90 Maſculinum regulariter fœmininum continet.
91 Mulier non debet à maſculo differre.
92 Statutum propinquorum requirens conſenſum, non eſt de fœminarum conſenſu intelligendum.
93 Fœmininum de ſermonis proprietate non concipitur per maſculinum.
94 Homo intelligitur, cùm ab aliquo, ſi quis, profertur.
95 Indefinita de rigore ſermonis non æquipollet vniuerſali.
96 Homo dictio, ſimpliciter prolata, differt ab eo quod profertur, ſi quis homo.
97 Maſculinum appellatiuè prolatum, differt abeo quod propriè profertur.
98 Maſculinum non continet fœmininum, cum conſtat aliter voluiſſe diſponentem.
99 Neptis non præſumitur melioris eſſe cõditionis quàm filia.
100 Voluntas teſtatoris ex ipſius qualitate coniecturam præbet.
101 Maſculinum non concipit fœmininum, vbi mentio vtriuſq; ſexus diſtinctè facta eſt.
Maſculinum non concipit fœmininum, ſi verba ad literam ſint intelligenda.
102 Maſculinum concipere fœmininum, quando verum ſit.
103 Maſculinum includit fœmininum in vltimis voluntatibus. & numero 105.
Conditio, ſi ſine filiis deceſſeris, intelligitur etiã de filiabus.
104 Ecleſia ſubſtituta an excludatur ſtante filia.
106 Maſculinũ in contractibus non cõtinet fœmininũ & nu. 108.
107 Mulier in contractibus venit liberorum appellatione.
109 Maſculinum in legatis an concipiat fœmininum.
110 Contractus etſi ſtrictam recipiunt interpretationem, non tamen perinde ac ſi materia foret odioſa.
111 Reſpublica ferè omnibus fauorabilis eſt.
112 Pœnæ vt plurimum fauore reipublicæ infligi ſolent.

B Maſcul

113 Maſculinum non concipit fœmininum, lege per modũ qualitatis de maſculo loquente.
114 Maſculinum non includit fœmininũ in materia correctoria,
115 Maſculinum in ſtatutis non comprehendit fœmininum. & nume.116.& 117.
118 Maſculinum in priuilegiis quando concipiat fœmininum.
119 Maſculinũ an etiam in reſcriptis cõcipere poſsit fœmininũ.
120 Maſculinum quando in ſententia fœmininum includat.
121 Maſculinum in materia officiorum an comprehendat fœmininum.
122 Soror an iure communi veniat fratris appellatione.
123 Soror in ſtatuto odioſo non venit fratris vocabulo.
124 Soror in diſpoſitione legis,& teſtatoris comprehenditur nomine fratris.
125 Coniunctorum nomine venit ſexus vterque.
Propinquorum appellatione includitur ſexus vterque.
126 Poſterorum vocabulo qui contineantur.
Matertera non venit nomine auunculi.
127 Fœmininum concipere maſculinum, naturæ repugnat.
128 Pœna pro fœminis inuenta, non eſt maſculis infligenda.
129 Maſculus nomine perſonæ, ferè ſemper includitur,

## REGVLA II. VLPIANVS.

FOEMINAE *ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ ſunt: & ideo nec iudices eſſe poſſunt: nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices exiſtere.*

¶ISTA regula diuiditur in duas partes. In prima Iuriſconſultus ponit dictum generale. In ſecũda, illationem facit. Secũda incipit ibi: & ideo. Et quia regula breuiter loquitur, alio ſummario non indiget.

¶In text. ibi ciuilibus vel publicis. †Pro eodẽ accipiun- 1
tur ciuilia munera & publica. l. fi. §. hęc omnia. ff. de mu. & hono. ibi, ciuilia ſeu publica appellantur, Et per illum tex. ita dicit Alexan. in conſi. ccxiij. circa primum. col. ij. lib. v. Et ideo text. in l. ij. ff. ad Velleian. ſimpliciter dicit, quòd ciuilia officia adempta ſunt fœminis. In cõtrarium tamen videtur text. hic vbi text. illationẽ facit primo ad officia publica: deinde ad priuata, prout eſt officiũ procuratoris de quo loquitur. † Et ideo dicendũ videtur, q 2
ciuile officium dicatur genus, & ſub eo cõprehendatur quodlibet officium, ſiue publicum ſiue priuatũ: vt colligitur in d. l. j. ff. ad Velleia. & in l. j. cũ gl. in verb. ciuilia. C. de profeſ. & medi. lib. x. Et facit tex. in l. j. ff. de mu. & hono.



hon. & in l. ei qui. §. quamuis. & in l. munerum. in prin. eo. tit. Et quando reperitur quòd diſtinctè dicatur de officiis ciuilibus & publicis, illa copula, &, ponitur tãquam inter genus & ſpeciem: vt in rubr. C. de ſeruit. & aqua. & hoc modo intelligitur text. hic, & in l. medicos. C. de profeſ. & med. lib. x. ibi: ciuilibus vel publicis.

A ¶Et iſta regula more aliarum ex pluribus caſibus [a] particularibus colligitur, in quibus deterior videtur conditio mulierum quàm maſculorũ: vt dicitur in l. multis. ff. de ſtatu homi. Nam aliqui ponuntur hic, & quamplures alij vtiliter applicari poſſunt.

3 ¶Nam primo hic dicitur, quòd † mulier iudicare non
B poteſt. [b] Et hoc moribus introductum eſt: vt dicit text. in l. cum prætor. §. fi. ſ. de iudi. & iij. quæſt. vij. in cap. tria. in prin. & xxxiij. quæſt. iiij. in cap. mulierem. in fi.

¶Et hoc verũ intelligitur, niſi iure hæreditario hoc ſibi competeret: quia tunc iudicare & iuriſdictionem exercere poteſt, vt inquit Ange. hic, & in d. l. cum prætor. §. fi. vbi refert vidiſſe Reginam Ioannam ſedentem in ſolio regali, & ſententiam proferentem contra illos de Balſo. Et not. Innoc. & Abb. poſt alios in capit. dilecti. de arbit, & idem Abb. in capit. ſignificauit. de reſcrip, in cap, dilecta. de maio. & obedien, Alexand. in conſilio j. columna vj. libro quinto. [c]

C ¶†Secundò hoc procedit, niſi conſuetudo eſſet in con-
4 trarium: quia virtute conſuetudinis mulier iudicare poteſt: vt probatur in d. c. dilecti. de arbit. & not. per glo. fi. cum deuotiſsimam. xij. q. ij. & xv. q. iij. in §. j. in verſicu. mulieres. Et not. Bal. in l. fi. in prin. C. de arbit. & in l. de quibus. ſ. de legib.

¶Abb. tamen videtur hoc limitare in d. ca. dilecti. in iij. notabili, vt ſolùm habeat locum in mulieribus habentibus dignitatem, prout tex. ibi loquitur. Et idem videtur ſentire gl, in c. noua. de pœ. & remiſ. in gl. fi. dum inquit, niſi fortè aliqua nobilis hoc habeat ex conſuetudine.

¶Sed tamen idem dicendum eſt in quacunque muliere: quia moribus, & conſuetudine talis prohibitio inducta eſt: vt dicitur in d. l. cum prætor. §. fi. & in d. §. quamuis.
D iij. q. vij. Ergo videtur quòd cõtraria conſuetudine [d] tolli poſsit. vt in ſimili caſu arguit Bald. per illum text. ibi, moribus, in l. ij. in prin. ſ. de vulg. & pup. Et idem Ang. per illum tex. in l. more. ſ. de acquir. hæred.

a Caſibus. Vide Specu. tit. de procur. in prin. vbi ponit xxxvii. caſus, in quibus mulier eſt deterioris conditionis, quàm maſculus. Hier. Chu.

b Non poteſt. Ratio prohibitionis eſt: non quia ſint incapaces, ſed propter honeſtatẽ, vt tenet Abb. c. dilecti. de arbi. ii. colum. & gloſ. l. i. §. ſexũ. ff. de poſtula. Hiero. Chuc.

c Libro v. vbi num. 24. dixi. & conſi. xxiiii. nu. 12. eod. li. Dec. conſi. xxxii. nume. 6. C. M.

d Conſuetudine, Idem tenet Barb. c. cum cõtingat. de foro compe. col. ii. in fi. H. C.

videlicet in xvij.anno,& maſculus tantùm in xx.l.ij.C. de his qui ven.æta.impetr.Et ratio prædictorum videtur ſecundum Bald.in d.l.ij.quia naturaliter citius creſcit[a] A
quod citius finitur.

¶ †Quarto.mulier non poteſt carcerari.[b] l.j.C.de offic. 72
diuer.iud.authen.nouo iure.C.de custo.reo. Et hoc ha- B
bet locum in honeſtis mulieribus : ſecus eſt in meretrice,quæ capi & carcerari poteſt:vt not.Angel.poſt Petr. in l.quoniam.C.de cuſtod.reor.Et idem not.Bald.in l. conſentaneum.colum.fin.C.quomodo & quando iudex. alleg.tex.in argumen.in §.fina.in authen.de teſtib.& ea quæ parit.

¶ †Et hoc verum eſt,niſi eſſet in matrimonio : quia pro- 73
pter honorem matrimonij,licet inhoneſtè viuat,nō poteſt carcerari:vt not.voluit Ioan.Andr in titu.de iniur.in princi.in addi.Specu.arg.l.ſi vxor.in §.diuus.ff.de adult. no.Rom.in l.ſi verò.§.de viro.in ſecunda fallen.ſ.ſolu. matrim.Alex in l.plerique.ff.de in ius vocan.

¶ †Secundo,fallit,in muliere obligata pro adminiſtra- 74
tione tutelæ:vt not.Barto.in authenti.matri & auiæ.C. quando mul.tut.offic.& in l.ſi quis ſub conditione.ff.de teſt.tut.

¶ Tertio,fallit,quando recuſat redire ad virum:quia capi poteſt & extrahi de domo,vt ad virum ducatur:vt notabiliter tradit Abb.poſt Cardi in c literas.colum.fin.ff. de reſtit.ſpolia.

¶ †Quinto,mulier non cogitur comparere[c] perſonali- 75
ter,ſaltem non ex omnibus cauſis ex quibus maſculus C
compellitur:vt not.Bald.in l.fin.C.de procur.in ver.vltimo quæro hic.

¶ Sexto,ſtatutum quòd nullus de magnatibus intret palatium,non intelligitur in muliere:vt not.Bald.in l.in multis.ff.de ſta.homi.

¶ †Septimo,mulier in diuiſione quæ fieri debet,habet 76
electionem.vt not.Bart.in l.j.per illum tex.C.de his qui ſe defe.lib.x.quod dictum videtur procedere ſpecialiter in illo caſu:vt ſentit Barto.ibi.& Ioan.de Platea,quæ dicit,quòd mulier in iſto caſu habet duo priuilegia.

¶ †Octauo,ſtatutum quod loquitur de bannito non ha- 77
bet locum in fœmina:quia ratio ſtatuti nō videtur procedere in fœmina.tradit Ang.in conſi.lxvij.primum eſt. columna prima.

a Creſcit. Quare citius pubeſcit mulier quā maſculus? vide Bart.in l.ij.C. de his qui ven. æt.imp. H C.

b Carcerari. Vide Iaſo.l.iij. C.de iur.emphy. & in l.j. docto.& præmaximè Phil. Franc.in c.mulieres.de iudic. lib.vj.in princ. Iaſ.in l. plerique.& in l.neque impuberes. de in ius vocan.Barb.in ca.lator.de pigno.col.j.Soci. in tract.fallen. in regu.ccxxix. in ij.fallen.

c Comparere. Dic quòd regulariter nō tenetur comparere,niſi in caſibus à iure expreſsis.ita Anchar. per text. ibi,in c.mulieres.de iudic.li.vi.in 1.notabili. & Paul. de Caſt. in l.ii.ff. ſi quis cautio. §.ſi non propter.ii.colū. & ibi Alexand.& Bal.l.fin. C.de procura. H. C.





¶ Nono,ſi legatum factum ſit monaſterio,in dubio de monaſterio fœminarum & monialiū intelligitur : quia locus magis pius reputatur:vt not.Bart.in d.l.in multis. in fi.de ſtatu homi.alleg.Cyn.in l cum multæ.C.de donat.ante nupt.in vltima quæſtione.vbi de hoc idem Bal. & Ange.ſequuntur.

78 ¶ Decimo,†in crimine læſæ maieſtatis filiæ fœminæ
ſunt melioris conditionis : vt in l.quiſquis.C.ad leg.Iul. maieſt.fa.text.in ca.quicunque.de pœn in vj.Et in ſimili ſi filij bannitorum expelluntur de ciuitate,non intelligitur de filiabus : vt not.Bald. in l.quicunque. C. de ſeruis fugi.

79 ¶ Vndecimo,†ſi mulier prægnans[a] ſit,habet prærogatiuam:vt habetur in l.prægnātis.ſ.de pœnis,quia pœna
A differtur & torqueri non poteſt:de quo Bart.ibi,& Bald. in l.imperator.ff.de ſtatu homi.& idem Bal in l.interpoſitas.in fi.C.de tranſact.& Ioan.de Anan.in c.j.colum.ij. de his qui fil.occid.

80 ¶ Duodecimo,†eſt melioris conditionis fœmina : quia
pro excommunicatione non cogitur Romam petere.c. mulieres.de ſenten.excommun.

¶ Decimotertio,quia mulier pro minori metu excuſatur quàm maſculus:ſecundum glo.in ca.cum locum.de ſponſa.de cuius intellectu videndum eſt quod dixi in ca. fin.de app.& in c.cauſam matrimonij.de offic.de leg.

81 ¶ Decimoquarto,†eſt melioris conditionis reſpectu do-
B tis[b] quæ eſt valde priuilegiata.l.j.ff ſolu.matrimo.l.aſsiduis.C.qui pot.& in §.fuerat inſtitu.de actionibus.

¶ Decimoquinto , in muneribus corporalibus. l. iij.§. corporalia.ff.de mu.& hono.Et ideo ſtatutum de capien
C do malefactorē,non intelligitur in mulieribus[c].vt no. Ioan.de Pla.in l.patrimoniū.C.de mune.patrimo.lib.x.

82 ¶ Decimoſexto , † propter fragilitatem ſexus mulieri
magis ſuccurritur,quàm maſculo:quia mulier plerunq; contra propria commoda laborat.l.iij.C.de nup.Et ideo in muliere facilius iuris ignorantia præſumitur : vt not. Barto.in l.fin.C.de iuris & facti ignoran. Et facit quod

a Prægnans. Mulier prægnans eſt maioris pretii quàm non prægnans.Alber.l.ſi quid.i.col.de leg.ii.& an poſsit citari poſt partum,vide eundem l.nō exigimus. §.ſi quid.i.col.ſi quis caut.Item poteſt examinari lite non conteſtata.Fely.capit. quoniam frequenter.vt lite non cōteſtata.ſeptima colum.& poſt partum retinet eadem priuilegia.ita Alex.d.l.non exigimus.& non tenetur in iudicio comparere.Pau.de Ca. l.ii.§.ſi nō propter.ſi qs cau. ii.colum. item nō cogitur ad teſtimoniū.Alexand.l. imperator.de ſtatu hominum.itē non poteſt torqueri , vt hic. de quo latè per Hippolytū de Marſiliis in l.i. in prin.in quinta colum.verſ. nono requiritur.& in leg. edictum.in iii. colū.ſuprà de quæſtion. Hie. Chuc.

b Dotis. Cuius priuilegia, vide latè ibi per doctores, & per Bal.nouel.in ſuo tractat. de dote. vbi ponit de priuilegiis cōpetentibus conſtāte matrimonio.& etiam ſoluto.

c Mulieribus. Falſum,& contra ſeruatur. C.M.

not.Bald.in rubri.C.de rerum permu.circa fin.vbi dicit quòd in muliere & ruſtico præſumitur ſimplicitas, non obſtante iuramento: quia iuramentum captioſum eſt. Et facit quod ſuprà dictum fuit de Velleiana & fragilitate mulieris.

¶ Decimoſeptimo, in caſu l.ſicut patronus.ff.de ope.lib.

¶ Decimooctauo[a], in caſu l.iij.§.ſi filiofamilias.ff.commo.& de his not.Specu.in titu.de procurato.in §.j. A

83 ¶ Et ad ſupradicta notandum eſt, † quòd priuilegium datum alicui pro ſe & filiis maſculis & fœminis, nō competit filiæ nuptæ[b]. Ad hoc allegatur dictum Barto.in l. B quoties.C.de priuil.ſchola.lib.xij.vbi Angel.& Ioan.de Platea.ſequuntur.

84 ¶ Sed Maria.Soci.in conſi.incip.reuerendus dominus de Rauella.prout Moder.referunt in c.nouit.col.j.de iudic. reprobat illud dictum: † quia mulier nupta retinet tamē originem & familiam patris: vt not.Bart.in l.fi.§.pen.ff. ad municipi. Et contra Bart.etiam tenet Alex.[c] in l.cum C quædam puella.col.fi.ff.de iuriſdict.om.iudic. Et latè id concludit Corne.Peruſ.in conſil.clxxvij.circa quod eſt primo videndum.col.fi.lib.iiij.

85 ¶ Sed non eſt laborandum: quia Bart.in d.l.quoties.non dicit illud ad quod allegatur. Et veriſsima concluſio videtur † quòd filia nupta gaudeat priuilegio dato patri ſuo & filiabus: quia licet mulier nupta ſit, remanet tamen in poteſtate patris, vt not.per glo.inſtitu.ad Tertu.§.j.in ver.parentes.& not. Bal.in l.ſi vxorem.in prin.C.de cōd. inſer. Et retinet originem & familiam patris.vt no.Bar. in d.l.fi.§.penul.ad municip.& Bald.in d.l.cum quædam puella. Et ideo bona prohibita alienari extra familiam, non prohibentur alienari in filiā nuptam.vt Alex.cōcludit in conſi.lvj.cōſideratis verbis.col.pe.lib.j.& latè hoc tradit Soci.in conſi.ccxxvij.præſens conſultatio.col.ix. Et cum prædictis etiā concordat Alex.in conſi.xx.viſo proceſſu.in fi.lib.ij.in conſi.cj.ex inſpectione.in prin.lib.ij.

86 ¶ † Extra caſus ſupra notatos, in quibus expreſsè inter maſculos & fœminas differentia conſtituitur, à patri procedunt regulariter maſculus & fœmina: qui enim inter eos differentiam inducunt, naturæ accuſatores exiſtunt. vt dicitur in l.maximum vitium.C.de lib.præte.& in l. lege xij.tabularum.C.de leg.hære.& in §.noſtra conſtitutio.inſti.de ex hære.lib.ibi, inter maſculos & fœminas nihil intereſſe exiſtimas.& in authē.defuncto.C.ad Tertul.ibi, excluſa prorſus omnino differētia ſexus.& in authen.in ſucceſsione.C.de ſuis & leg.ibi, non diſtinguendo ſexus. Ad idem tex.in §.conſideremus.in fin.in verſic. non autem in authē de trien.& ſemiſ.ibi, non autem diſtinguemus de filiis, ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint. Ad idem tex.in l.mulier an maſculus.ff.ad Trebel.in l.pen. C.qui bo.ced.poſſ.ibi, vtriuſque ſexus.& in l.quoties.§. imperator.ff.de pollici.ibi, non tantum maſculos, ſed etiam fœminas.& in l.j.§.& generaliter.ff.de lega.præſtand.ibi, ſed nec perſonas proſecutus eſt, vtrum ex virili ſexu an ex fœminino deſcendnnt.& in l.ij.§.j.ff.vnde legi.ibi, non tantum maſculorum, ſed etiam fœminarum. & in l.omnes omnino.C.de agrico.& cenſit.lib.xj.ibi, ſine vllo ſexus diſcrimine.& in l.vel quæ pater.§.liberis.ff.de religio.ibi, liberis vtriuſque ſexus.& facit tex.in cap.j.in fin.de vita & honeſta.clerico.vbi fœminis ſicut maſculis laicis ingreſſus eccleſiæ ad orandum pariter conceditur. Et mulier in cōtractibus principalibus maſculo æquiparatur: vt no.Bal.per illum tex.in l.ſi à muliere.C.de inſtitu.

87 ¶ † Et ſi mulier nullam habet prærogatiuam vltra ma-
A ſculum, niſi quatenus expreſſum in iure[a] reperitur.l.fin. vbi Bald.C.de iur.& fac.ignoran.vnde quod diſponit in

a Decimooctauo. Adde tu quòd mulier quæ eſt nupta ſi habeat rem cum clerico, efficitur de foro eccleſiaſtico.ita Fely.c.cum ſit.de foro compet.colum.vii. idem etiam de laico habenti rem cum moniali: ſecundum Maria. Soci.quem refert ibi Fely.Hier.Chuc.

b Filiæ nuptæ. Hanc tenent Bart.Ang.Platea.d.l.quoties.Fely.c.nouit.i.colum. de iudic. Barba.c.propoſuiſti.de foro cōpeten.fi.colū. Corſ.ſingul.in verſic.priuilegium.Iaſon.& Rom.in l.cum quædam. hic alleg.& Rom.l.i.in princi.ad Sillan.Bartho.Brix.in ſuo repertorio in verſicul. poſteri. Curtius.in addit.ad Alexan.in d.l.cū quædam.& hæc eſt communis opi. tamen contrariam opi.tenet Alexan.in d.l.cum quædā.& do. Philip.hic: circa quod primo eſt videndum in text.an d.l.quoties.probet.id ad quod alleg.per Bar.& Doct.& an Bart.dicat id ad quod allegatur. Quo ad primum dico quòd tex. in d.l.quoties.probat opinionem Barto.& docto.duobus modis.primo in verbo liberi.vbi dicit quòd ſi liberi alterius iudicis iuriſdictioni ſe ſubmiſerunt, quòd perdunt dictum priuilegium: ergo patet quòd tam filii quàm fœminæ mutando forum perdunt priuilegium. Secundo inquantum dicit, matres vt eorum in viduitate &c.vult quòd matres & ſic aſcendentes per lineam fœmininā quibus competit priuilegium ex perſona filiorum, quòd gaudeant dicto priuilegio, ſi permanſerint in viduitate, aliàs ſecus. Ergo videtur quòd contrahendo matrimonium perdant priuilegium: & ſic idem videtur in filia nupta: & hoc modo probat id ad quod Barto.allegat, quicquid dicat Philippus Corne.in dicto ſuo cōſi.clxxvii.in fin.capit.iiii.volu.de quo vide Barbat.qui tenet hanc opinionem. & dicit ſe ita conſuluiſſe, in clemen.i.de electio.colum.xviii.verſi.ego vidi dubitari.Hier.Chuc.

c Alexan.& in conſi.cxxv.nume.10.lib.vii.vbi dixi.Car.Mol.

a In iure. Alexan.cōſil.lxxv.nume.10.lib.v.vbi dixi.conſi.clxv.num.8.li.vi. Andr.Tiraque.in tract.re tract. conuentio.§.iiii.gloſſ.vii.nu.17.C.M.

monachis,etiam habet locum in monialibus,in his quæ ſunt eis proportionabilia.vt no.Abb.in fi.per illum text. in vltimo notabili de ſtatu reg.de quo no.Card.in cle.j. in v.q.de regula.

¶ † Et eodem modo ſtatutum quod imponit pœnam in aliquo caſu etiam habet locum in fœmina:vt not.Bar.in l.iura.in fi.ff.de leg.vbi loquitur in ſtatuto pœnali,quòd quis non vadat de nocte ſine lumine. Nam etiam comprehendit mulierem.& idem not.Barto.in l.j.in fi ff.de pecu.poſt Cy.in l.j.in antepe.q.C.quæ ſit long.conſue.& Bal.[a] in l.quicunque.col.iij.C.de ſer.fugit.

a Bald.Adde eundem in l.ne paſſim. C. de iur.& fac.ign. vbi dicit,quod mulieres ligantur ſtatutis,niſi expreſſè reperiantur exceptæ.H C.

¶ † Et idem in ſtatuto quod imponit pœnam pro violentia illata cum armis vel ſine ,quia etiam mulierem includit.vt not.Imo.de Ro.Pau.de Caſt.& Alexan.in l.ſi conſtante.§.fi.ff.ſolu.matri.Et facit quod not.per gl.magnam quam Bald.& doct.ſequuntur,in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.quæ tenet pœnam illius l.etiam habere locum in muliere.facit glo.in l.j.C.de rapt.virg.

b Concipit.latè domi.Andr. Tiraq.in tract. retrac.proxi.§. i. gloſſ. nume. ccxliiii.cum ſequen.C.M.

¶ Aliqua iura ex ſupradictis alleg.Specu.in dicto titu. de procurato.§.j.

¶ Et quia ſuprà proxim.dicta in effectu pendent ab illo articulo,quando maſculinum cõcepit[b] fœmininum,hic non impertinenter pro complemento huius l.applicari poteſt,& plenius & meliori ordine quàm hactenus ſcriptum ſit,declarabitur.

¶ † Sit ergo concluſio & regula affirmatiua,quòd maſculinum [c] concipit fœmininum : quia dicit text.in l.quæ duos.in fin.de leg.iij.quòd ſexus maſculinus ſemper fœmininum continet,& in l.ſeruis legatis.de leg.iij.dicitur quaſi commune nomen vtrunq; ſexum continens:& hoc procedit etiam ſecundum Grammaticos,vt dicit Pau.de Caſt.in l.quicunque.C.de ſeru.fugi.Et hoc etiam habet locum in lege diuina:vt not.Abb.per illum tex.in c.maiores.col.ij.verſi.item noto.de baptiſ.Et ratio huius concluſionis videtur: † quia non debet fieri differentia inter maſculum & fœminam.l.maximum vitium.C.de liber.præter.cum ſimil.ſ.alleg.Et iſtam rationem adducit Pet.de Anchar.in conſil.cxx.pro clariori.Et attenta hac ratione dicendum eſt,quòd regula procedat in materia indifferenti : prout text.loquitur in d.l.maximum vitium.& ita prima regula limitatur. Secus ergo videtur in materia differenti,[d] quæ nõ ita conueniret fœminis ſicut maſculis: quia tũc maſculinum non cõplectitur fœmininum:vt not. Bar.in l.j. ff.de ver.ſignifi.& in l.j.in fin. ff. de pecul.& idem dicit Bal. in l. ſeruus. C.communia de ſucceſ.& in l.in multis.in verſic. & nota quòd maſculinum. ſ. de ſtatu ho. Et idem Bal. in l. tres fratres. in ver.& eſt argumentum. ff.de pac. & in con.ccj. in prouincia.col.fi.lib.j. & not. Sali.in d.l. quicunque. C.de ſer. fug.& Cuma.in conſ.lxxxiiij. præſuppoſito. & facit quod ſ.dictum eſt in hac l. de † ſtatuto requirente conſenſum
92 propinquorum : quod non intelligitur de fœminis : quia eſt diuerſa ratio in fœminis,vt dictum fuit. Et iſta ratione ſi ſtatutum præponit agnatos cognatis , non intelligitur de fœminis : vt voluit not. Ioan.de Anan. in conſ.iiij. viſis ſtatutis.in ſecundo dubio.Et reperio quòd Bald. idẽ dicit in conſil.cccclxxiij. circa quæſtionem.lib.v.Et iſta prima limitatio etiam habet locum ſi ſtatutum expreſſè dicat,quòd maſculinum concipiat fœmininum,quia ſtatutum intelligitur ſi materia adaptari poteſt, & ſi eadem ratio in fœminis : vt not. Bal. in conſil.xlvij.factum tale eſt.lib.v.Et tale ſtatutum ſecundum ius commune intelligitur,& parum operatur : vt tradit Cor. Peru.in conſil. xj.ſtantibus dictis ſtatutis,lib.j.Niſi ſtatutũ diceret quod in omnibus caſibus maſculinum concipiat fœmininum: vt idem Cor.Peru.ſcribit in conſi.cccvj. quo ad primum. col.pen.lib.j.

c Maſculinũ. Hanc regulam ponit Socin. in ſuo tract.fallẽ. in regul. cclv. fol. xxxix . vbi ponit ix. limit. &vide latè Iaſ. in l.ſi quis id quod.de iuriſ. om.iud.qui loquitur quaſi in omnibus caſibus quibus hic do.Philip.Decius.Cardin.in clemẽ.i.de electio.& in clem. i.de ſepul.Hie. Chuc.

d Differenti Alexan.conſil. cxxxv.col.fina. libr.i.vbi dixi. Car.Mol.



93 ¶ † Secundo,regula procedit ex interpretatione extenſiua [a]:quia de proprietate ſermonis maſculinum non concipit fœmininum , vt notat Barto.in d.l.j.de verb.ſig.per text.in l. pronuntiatio in princip. ff. de verbo. ſignifi. vbi dicitur quòd pronuntiatio ſermonis in ſexu maſculino, plerunque ad vtrunque ſexum porrigitur : ergo illud videtur per extenſionem per illud verbum , porrigitur.facit tex.in l ij.de lib. cau.ibi , ad iniuriam noſtram porrigitur. Et ad hoc alleg.text.not.in l.in.adoptiuis verſ.quæ in filio . C. de adop. vbi expreſſè dicitur , quæ in filio diximus,hoc in filia extendimus.

a Extenſiua.limitat Alcia. in l.inter ſtuprũ. infi.ſ.ti.j.Vide do.And.Tir.in trac.retrac.pro xj.§.j.gl.ix.nu. 223.C.M.

¶ Et iſta limitatio ſanè intelligitur in nomine maſculino,prout eſt ſeruus,equus,filius.Secus eſt in termino cõ-
94 muni,prout eſt homo. † Et idẽ ſi dicatur, ſi quis, quia intelligitur,homo:& tali caſu in termino cõmmuni maſculinum cõprehendit fœmininũ de proprietate ſermonis: vt Barto.concludit in d. l.j. de verb. ſigni.per illum textũ vbi

vbi verbum ſi quis, complectitur tam fœmininũ quàm
maſculinum. Et hoc propriè propter illud verbum com-
plectitur. Et idem ſequitur Bal. in l. Gallus. in prin. col. fi.
de lib. & poſth. Car. in cle. j. in iij. q. de elect. Dom. in c. ge
nerali. col. iij. de elect. in vj. Alex. in conſ. lxj. ſuper eo. lib.
j. & idem Alex. in conſi. xxiiij. animaduerſis. col. iiij. libr.
ij. & idem Cuma. in conſi. clxvj. viſa. & Benedic. Capra. in
conſi. lxij. cum viſo. circa finem.

¶ Et circa prædictam doctrinam Bart. primo dicit Ang.
in d. l. quicunque. C. de ſer. fug. quòd in materia fauorabi-
li talis differentia non attenditur: quia termini ſunt com-
munes in ſubſtantia, licet non in probatione ſermonis.
Secundo dicit Domi. in d. cap. generali. col. iij. quòd talis
differentia non attenditur, quia iſta eſt interpretatio paſ-
ſiua quæ habet locum etiam in ſtatutis.

¶ Tertio dicit Bart. in. l. j. col. fi. ff. de pecu. † quòd licet de 95
proprietate ſermonis maſculinum conciperet fœmini-
num, illa tamen eſt oratio indefinita quæ de proprietate
ſermonis non æquipollet vniuerſali: & ſequitur Aret. in
conſi. xxxix. in facto col. ij. in ver. pro hac deciſione.

¶ Et hoc videtur eſſe intelligendum, quando profertur
ab homine. Secus videtur ſi à lege: vt not. Bar. in l. ſi plu-
ribus. de leg. ij.

¶ Quarto & vltimo conſiderandum eſt, quia non vide-
tur quòd Barto. bene dicat in ſecundo membro, dum in-
quit, æquiparando, ſiue dicatur de homine ſimpliciter, ſi-
ue dicatur ſi quis: quia intelligitur de homine ſecundum
eum. † Nam hoc non videtur verum: quia licet terminus 96
homo, ſit communis ſi proferatur ſimpliciter: non ta-
men ſic videtur, ſi dicatur ſi quis homo[a], quia tunc ter- A
minus homo, reſtrictus videtur in maſculino per illud
verbum, ſi quis. quod eſt maſculini generis. & ita Fulgo.
dicit in d. l. quicunque.

a Homo. Imo idem. C.M.

¶ † Tertio regula limitatur vt habeat locum quando ge- 97
nus maſculinum in nomine appellatiuo exprimitur: puta
filius vel ſeruus. Secus ſi in nomine proprio: vt no. Bar. in
d. l. j. de verb. ſign. per l. ſi quis ita. §. j. cum gl. in ver. filio.
ff. de teſta. tut & idem Ang. dicit in d. l. quicunq;. Et idem
eſt ſi expreſſè dicatur de maſculo: quia tunc fœmina non
comprehenditur: vt Abb. tradit in conſ. xxxvij. videtur pri
mo. in j. li. vbi inquit, ꝙ terminus maſculus tantum con-
uenit viris & non fœminis: idem Ant. de Bu. in conſi. xlvj.
rectè



rectè deciſum eſt. & Io. de Ana. in cõſ. xxij. ad approbãdã.
A ¶ Et idem ſi dicatur viris: quia non veniunt fœminæ[a]. vt
not. Bart.. per illum text. ſ. de legi. & Bal. in l. ſcripturas.
per illum tex. C. qui po. in pig. hab. de quo ſupra dictum
fuit. Et ad hoc etiam allego bonum text. in cap. maiores.
de baptiſm. ibi tam viri quàm fœminæ baptizantur.

a Fœminæ. vide latè Iaſo. in l. ſi quis id. iiij. col. de iuriſdi. omn. iud. verſi. decimo limita. & Alex. in li. j. de ver. ſig. qui dicit, quod etiã in ſtatutis ratione vſus maſculinum virorum concipit fœmininum. H.C.

98 ¶ † Quarto limitatur niſi conſtaret de voluntate diſpo-
nentis quia tunc maſculinum non continet fœmininum:
vt not. Bar. in d. l. j. de verb. ſign. per l. Lucius. §. quæſitum.
de legat. iij. ibi, niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem probetur.
Et idem dicunt Ang. & Sali. in d. l. quicunque.

¶ Et hoc clarum videtur quando apparet de voluntate:
idem tamen eſt etiam ſi hoc ex coniecturis colligatur,
quia voluntas teſtatoris quæ apparet & ex coniecturis
etiam attenditur. l. licet imperator. vbi Bart. de legat. j. l.
cùm auus. de cond. & demonſtr. l. cùm proponeretur. in
fin. l. qui ſolidum. ff. de leg. j.

¶ Et exemplum poni poteſt in notabili queſtione quam
ponit Paul. de Caſt. poſt Fulg. in l. j. col. fin. C. de condict.
inſert. vbi inquit, † ꝙ ſi pater inſtituit filiam in re certa,
99 & filium vniuerſaliter inſtituit, eccleſia ſubſtituta, ſi fi-
lius inſtitutus ſine filiis decederet. Nam tali caſu illa con
ditio filiorum intelligitur de maſculis[b]: quia non eſt ve-
B riſimile quòd teſtator voluerit neptes eſſe melioris con-
ditionis, quàm filias proprias. ar. l. ſi viua matre. C. de bo.
mat. de quo dicendum eſt, vt tradit idem Pau. de Caſt.
in conſil. lxxvij. caſus frequenter contingit. & in conſilio
ccclv. viſo dicto teſtamento. & Raph. Cuma. in conſ. cxvij.
in teſtamento. in prin. cum ſimilib. vt dixi in conſi. xv. Et
nouiſsimè latè in hoc inſiſtit Soci. in l. cùm auus. in xiij.
chart. ff. de cond. & demonſtr.

b Maſculis. falſum, imò neptis excludet eccleſiam, vt dixi ad Alexand. conſ. xxxviij. nu. 4. li. vj. & ad Decium conſi. xv. C.M.

¶ Et in propoſito de dictis coniecturis tradit Bald. in l.
tres fratres. x. not. ff. de pact. cum ſimilib. vt Alexand. tra-
dit in conſi. cxxvij. viſo teſtamento. lib. j.

100 ¶ † Et ad coniecturandum voluntatem teſtatoris non pa
rum facit qualitas teſtatoris: quia ſi ipſa fœmina ſit, non
eſt veriſimile ꝙ voluerit fœminas excludere: vt in nota.
caſu ſing. ſcri. Petr. de Anch. in conſi. cccxxxix. pro maiori
intelligentia. col. iiij. Et de iſto conſilio feci mentionem
in cap. præſentia. in v. chart. de probat.

¶ Et ex hoc colligi poteſt limitatio ad text. in l. j. de iure
immu. ꝙ diſpoſitio illius legis non haberet locum ſi pri-
uileg

uilegium, immunitatis conceſſum fuit ab aliqua mulie-re, puta à regina vel duciſſa, quod addendũ eſt ad ea quæ dicta ſunt ſ.circa intellectum l.j.§.fi.de iure immu.

101 ¶†Quintò, limitatur quando eſſet facta mentio diſtin-ctè de vtroque ſexu: quia tunc maſculinum non concipit fœmininum, vt no.Bal.in l. in multis.in fi.ff.de ſta.hom. quia expreſſum facit ceſſare tacitum.l. cùm ex filio.§.j. ff.de vulga. Et reperio ꝙ Bald.hoc idem dicit in conſilio clxxxvj.quia allegationes.lib.j. ſecũdùm nouã formam.

¶Sextò, regula non habet locum ſtante ſtatuto ꝙ verba intelligi debeant ad literam. Nam tali caſu[a] maſculi-num non contineret fœmininum.vt not.Bald.in conſil. ccclx.Ioannes.lib.v.& Cor.Peruſ.idem tradit in conſilio xiiij.in præſenti conſultatione.col.pen.lib.ij. A

a Caſu. Niſi quãdo ex proprietate ſermonis. vt ſ.eo.nu. 96.C.M.

¶†Præmiſsis prædictis limitationibus quæ generales ſunt, nunc videndum eſt an regula habeat locum in omni materia[b]. 102 B

b Materia. Vide Barb.in cle. i.de elect.in xi. col.H.C.

¶Et ad maiorem declarationem poſſunt formari decem quæſtiones.

¶Prima, quid in vltimis voluntatibus.

¶Secunda, quid in contractibus.

¶Tertia, quid in diſpoſitione legis.

¶Quarta, quid in ſtatutis.

¶Quinta, quid in gratia vel priuilegio.

¶Sexta, quid in reſcriptis.

¶Septima, quid in ſententia.

¶Octaua, quid in officiis.

¶Nona, an appellatione fratris veniat ſoror.

¶Decima, videndum erit de quibuſdam quæſtionibus in ſpecie.

¶Poſtremò econtrà: An fœmininum concipiat maſculinum.

¶†Circa primam in vltimis voluntatibus iura clara ſunt: quòd maſculinum comprehendat fœmininum: quia legatis mulis etiam mulæ continentur.l.qui duos.de leg. iij.& legatis ſeruis ſeruæ veniunt l.ſeruis legatis.eod.tit. de leg.iij.& in §.j.in auth.de non eligen.ibi, duos filios maſculum & fœminam. Et in ſubſtitutione not. Petr.de Anch.in conſi.cxx.pro clariori. 103

¶Et conditio illa, ſi deceſſerit ſine filio: etiam de filiabus intelligitur: vt not.Ioan. Andr.& doct.in c.Raynaldus.de teſta.cum ſimil.vt dixi in conſi.xv.in princ.

Et



¶Et ex iſta cõmuni opi.cõfunditur quod dicunt Mod.Papien.videlicet Iaſ.in l.ſi quis id quod.col.iiij.ff.de iur.om. iud.ꝙ ſi teſtator reliquit fundũ Titio & filiis ſucceſsiuè, & non ſtãtibus filiis ſubſtituit eccleſiã.quòd eccleſia non excludit ſtãte filia: quia eccleſia ſubſtituta tollit præſumptionẽ filiorũ.de qua in l.cum auus.ff. de cond.& dem.& l.cũ acutiſsimi.ff.de fideic.vt no.tradit Pe.de Anc.in conſ. xlvj.prima facie.nam talis deciſio quã ponũt Mod in d.l. ſi id quod.fundata in præal.conſ.Pe.de Anc.non eſt vera, quia eſt contra cõmunem op.quæ habet ꝙ in vltimis voluntatibus maſculinũ concipit fœmininũ.vt ſ.dictũ eſt.

¶Non obſtat dictũ Pet de Anch.quia ad propoſitũ non bene adaptatur: quia fauor eccleſiæ ita excluderet maſculos ſicut fœminas in caſu in quo loquitur Pet.de Anch.

¶Propterea contrariũ eius quod dicit Pet.de Anch.tenet

104 Bal.in d.l.cum acutiſsimi. †ꝙ illa lex etiam habet locũ eccleſia ſubſtituta: de quo dicendũ eſt, vt latè Soci.ſcribit in d.l.cum auus.in vj.char.in ver.ſecũdum correlarium.

105 ¶†Et prædicta cõcluſio, ꝙ in vltimis volũtatibus maſculinũ concipiat fœmininũ, procedit in materia fauorabili. Secus eſt in materia odioſa: puta ſi facta ſit exhæredatio de filio non habente locũ in filia.l.j.§.ſed & ſi incertũ.ff. de ven.in poſ.mit.& no.Bar.in d.l.j.de ver.ſig. Et iſto caſu verificari põt quod dicit glo.in c.gñali.de elec.in vj.ꝙ in fauorabilibus maſculinum concipit fœmininũ.& nõ in odioſis. Et ita ſimpliciter etiam Bal.dicit in conſi.ccxxvj. præmiſsis verbis.col.fi.lib.v.& Cuma.in conſi.clxvj.viſa.

¶Sed tamen aduertendũ eſt, quia text.in d.l.j.de vent.in poſſ.mit.videtur loqui quando verba maſculini generis geminata ſunt, vt colligitur ibi, ſi mihi filius vnus naſcatur. Quo caſu dici poteſt, ꝙ illa verborũ geminatio hoc operetur: quia verba geminata præciſam oſtendũt voluntatẽ diſponẽtis vt no.Bal.per illũ text.in c.cũ te.de reſcri.

¶Vel ſecũdo reſpõderi poteſt, ꝙ ille tex.videtur loqui in caſu claro qñ conſtabat de voluntate teſtatoris, ꝙ noluiſſet filiã exhæredare, ſed ſolũ filiũ: & tunc bene adaptatur caſus de quo ibi loquitur: quia incertum eſt an naſcatur filius, vel filia. Et licet hoc modo tex.cauillari poſsit, negari tamẽ non põt quin in d.l.j.§.ſed & ſi incertũ.pro cõſtãti præſupponatꝰ ꝙ exhæredato filio nõ ſit filia exhæredata, & ſic bene probatur ibi cõmunis opi.quia materia odioſa eſt. Et facit tex.in l.ij.in l.cum quidã.de li. & poſth.

In ſec

¶ †In ſecunda quæſtione communis eſt opinio, quòd in 106
contractibus[a] maſculinum non concipiat fœmininum. A
vnde ſi quis recipit in emphyteuſim fundum pro ſe & fi-
liis non veniunt fœminæ: vt voluit Guid. de Suza. in l. ve-
teribus. per illum tex. ff. de pac. quia verba interpretãtur
contra illum qui illa protulit. Et idem tenet Archi. xvij.
q. iiij. in c. ſi quis ſuadente. cum ſimi. vt Alex. tradit in cõſi.
lxj. ſuper eodem. lib. j. & in conſi. cxiij. viſo inſtrumento.
lib. ij & in conſi. cciiij. conſideratis verbis. eo. lib. ij. & dixi
in c. in præſentia. de prob. col. xvij. & idem tenet Imo. in
conſ. xxxvij. in caſu præmiſſo. & Cuma. in conſi. clxvij. vbi
dicit hoc præſertim procedere in contractu ſtricti iuris.

a Cõtractibus. Latè And. Tiraq. in tractat. retract. proxi. §. j. gloſ. ix. nu. 181. C. M.

¶ Et quod dictum eſt etiam ſequitur Rom. in conſi. xxxv.
viſa facti ſerie. & Corn. Peruſ. in conſi. lxxiiij. de duobus.
col. fi. lib. j. & in cõſil. clxxj. poſt redditum conſilium. col.
fi. lib. iij. & in conſi. ccxxxiij. in hac conſultatione. lib. iiij.

¶ †Prædicta concluſio habet locum quando in contractu 107
dicĩ de filiis: ſecus ſi dicatur de liberis: quia tũc etiam in
contractib⁹ fœminę includũtur: vt no. Bal. per illum tex.
in l. ſed ſi hac. §. liberos. ff. de in ius vo. Pe. de Anc. in conſ.
cxxv. viſis. Alex. in d. §. liberos. & in conſi. lxxx. viſo. lib. j.

¶ Sed tamen talis differentia non videtur procedere ſine
dubio: quia ratio dictæ l. veteribus. ff. de pact. etiam vide-
tur militare in liberis: quia ſicut appellatione liberorum
veniunt fœminæ cum maſculis. d. l. ſed ſi hac. §. liberos. &
in l. fin. ff. de cenſi. & in l. cognoſcere. §. liberorum. ff. de
verb. ſign. Eodem modo appellatione filiorum, veniunt
filiæ, vt ſuprà dictum eſt. Et tamen in contractibus non
veniunt, per d. l. veteribus. quæ quidem etiam videtur mi
litare in liberis: nam etiam quandoque appellatione li-
berorum non veniunt fœminæ. l. liberos. ff. de ſenat. vnde
concludendum videtur vt infrà dicam.

¶ Secundo, concluſio ſupra facta in contractibus non ha-
beret locum quando abſurdum ſequeretur, ſi fœminæ in
contractu non includerentur: vt Alexand. declarat in d. l.
ſed ſi hac. §. liberos. & in conſi. lxj. ſuper eo. lib. j. ſupra al-
leg. & ibi reſpondet ad illum text. in §. liberos.

¶ Tertio, prædicta cõcluſio non videtur habere locum in
donatiõe, quę latè debet interpretari. c. cũ dilecti. de don.

¶ Et ad hoc allego deciſionem Ang. in conſil. ccxlij. ſuper
primo. in fin. Card. in conſi. lxiiij. quòd dicta verba, & di-
xi in conſi. xxxij.

Poſtr



108 ¶ †Poſtremò aduertendum videtur, quia licet cõmunis
ſit opi. ꝙ in contractibus maſculinum non cõcipiat fœ-
mininum, vt patet ex ſupradictis: tamen iſta opi. nõ pro-
A baturiure: [a] quia reg. l. veteribus. dicit, ꝙ in re obſcura &
ambigua interpretatio fit contra venditorẽ & contra lo-
catorem qui apertius potuit legẽ dicere. Sed hoc in iſto
caſu non videtur adaptari: quia non videtur obſcurũ nec
ambiguũ: quando dicitur de filiis, quin conprehendantur
filiæ: quia hoc ſemper habet locum, ꝙ maſculinũ conci-
pit fœmininum. d. l. qui duos. de leg. iij. Et cum iſta ſit re-
gula, res clara & certa dicitur pro eo qui fundaẽ in re-
gula: vt no. Bar. in l. quoties. ff. ſi quis cau. Et quia hoc eſt
in vltima voluntate, vt s̃. dictũ eſt, ergo pariter idem vi-
detur eſſe in cõtractibus: quia ratio diuerſitatis efficaci-
ter reddi non poteſt. Nec valet ratio Alexan. in d. conſi.
lxj. dum inquit, ꝙ in vltimis voluntatibus ſit larga inter
pretatio. l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. quia illa reg. non
habet locum in legatis in quibus attenditur quod mini-
mum eſt. l. nũmis. de leg. iij. l. apud Iulia. §. Seio. de leg.
109 j. †Et tamen in legatis maſculinum concipit fœmininũ.
d. l. qui duos. & l. ſeruis. Ergo non videtur obſcurũ lega-
tum quando maſculinum concipit fœmininum. Ergo l.
veteribus. non videtur habere locum in tali caſu.

a Iure. Et hãc partẽ affirmatiuã plenè comprobaui in Cõſue. Pariſ. §. xii. C. M.

¶ Et ad hoc facit quod Doc. dicunt de liberis: nam idem
videtur dicendum de filiis, ex quo ratio diuerſitatis aſſi-
gnari non poteſt: vt s̃. dictum eſt. Et quia etiam materia
odioſa, vt j̃. videbimus in diſpoſitione l. maſculinũ conci-
pit fœmininum l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omnium iu-
110 dic. Ergo idem in contractibus videtur. †in quibus licet
debeat fieri ſtricta interpretatio l. quicquid aſtringen-
dæ. de verb. oblig. non tamen verba cõtractus magis re-
ſtringi debent; quàm ſi materia eſſet odioſa. Et de hoc
aliquid dicit Cor. Peruſ. in conſi. clxxvij. circa quod. lib.
iiij & in conſi. ccxxxiij. lib. iiij. s̃. allegato.

¶ Tertia eſt quæſtio in diſpoſitione legali, in qua com-
muniter omnes tenent, quòd regula habet locum: ſi lex
loquitur de eo, etiam in ea intelligitur. l. j. ff. de conſtit.
pecu. l. iij. in prin. ff. de nego. geſt.

B ¶ Et hoc etiã procedit in materia odioſa, & pœnali [b] vt
dicit Cy. poſt Odof. in l. quicunq;. C. de ſer. fug Et idem
dicit Alb. per illũ text. in l. ſi quis id quod. ff. de iur. om.
iud. & ibi etiam allegat tex. in l. ait diuus. ff. de iure fiſci.

b Pœnali. And. Tiraq. trac. Retract. §. j. glo. ix. nu. 211. Sed vide Alexand. cõſi. cxxxv. nu. 4. lib. j. & quæ ibi dixi. C. M.


vbi

vbi verbum quicũq;,maſculum & fœminã continet: & idem eſt in ver.
ſi quis.l.j.ff.de verb.ſig.& not.per glo.in c.generali,in ver.vniuerſos.de
elect.in vj.& facit text.in l.ſi quis in tantam.cum glo.fi.in prin.C.vnde
vi.& in c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.iuncto c.mulieres.de ſent. excom.
& in l.ſi quis maior.C.de tranſact.cum glo.in l.cum proponas.eod. tit.
& in clem. j. cum glo.in verb. eos. de ſepul. Et ex his verificatur quod
not Ange.in conſil.cclxxxix.viſo teſtamento. vbi inquit, quòd quando
maſculinum profertur à lege,ſemper concipit fœmininum. alleg. Io.
And.in c.fi.de elect.in vj.

¶ Non omitto tamen quòd in caſu l.ſi quis id quod.non videtur mate-
ria odioſa:quia intereſt reipublicæ quòd delicta puniantur.l.ita vulne-
ratus ff.ad leg.Aquil c.vt famæ.de ſen.excom.† Etquando tractatur de 111
intereſſe reipublicæ, materia reputatur fauorabilis:& extẽſio fit etiam
in materia pœnali.vt not.Bar.in l.quemadmodum.C.de agric.& cenſi,
libro xj.

¶ Et ita dicit Cor. Peruſ. in conſi.cxxxiij.lib.iiij.ſupra allega.Et idem
dicunt Moder.in d.l. ſi quis id quod.

¶ Sed reſpondetur,q illud eſt verũ quando delictũ remaneret impuni-
tum:aliàs ſecus,vt declarat Bart.in l.ij.§.exercitũ.ff.de his qui not.infa.

¶ † Secundo poteſt reſponderi,quòd in pœnis cauſa immediata eſt fa- 112
uor reipublicæ.Et cauſa immediata attenditur,quæ principalis eſt. Et
ita reſpondet Socin l.j. in prin.col.fi.de verb.oblig.alleg.Bal.in l. fi.C.
de interdi.matrimo.

¶ Prædicta concluſio limitatur, primo vt procedat in materia indiffe-
renti : ſecus ſi materia penitus non conueniret fœminis : vt in iſto caſu
Domi.dicit in d.c.generali.cum ſimi. vt dixi ſupra in prin. nam iſta li-
mitatio ſemper intelligitur per ea quæ ſupradicta ſunt.

¶ Secundo iſta concluſio habet locum , vt dictum eſt,etiam in materia
odioſa.Et hoc intelligitur in odio rationali:ſecus eſt in odio irrationa-
li, prout eſt quando vnus pro alio ponitur;quia tunc maſculinum non
concipit fœmininum.vt no.Bar.in d.l.j.ff.de verb.ſig.pen.l.quiſquis.C.
ad legem Iul.maieſta.& Domin.in d.c.generaliter. Aret.in conſi.xxix.
in facto.& facit quod not.Bal.in l.quicunq;.col.iij. in ver. ſed pone ſta-
tuto.C.de ſer.fug.vbi inquit, quòd ſi filij bannitorum non poſſunt mo-
rari in ciuitate,hoc ſtatutum non intelligitur de fœminis.

¶ Sed tamen aduertendũ eſt,quia text.in d.l.quiſquis,per quam mouẽ-
tur Doct.ad ita dicendũ,etiã videtur fœminas includere.Sed ex diſpen-
ſatione excipiuntur : quia Imperator vlterius ita declarando proceſſit.

¶ Secundo in d.l.quiſquis.nõ veniunt fœminæ alia ratione:quia eſt fa-
cta ibi diſtinctio de maſculis,& de fœminis. & ita illum text.intelligit
Bal.in d.l.quicunque.col.iij.de ſer.fugi.& facit quod not. idem Bald. in
l.in multis.ſ.de ſtatu homi.& ſupra dictum fuit.

Tertio,



¶ Tertiò,etiam dici poteſt quòd in dicta l.quiſquis.ma-
teria non ita conueniebat fœminis. ſicut maſculis : quia
in fœminis non eſt tanta audacia,vt not.Bal.in l.quicun-
que.colum.iij.

113 ¶ † Tertia concluſio ſ.facta non habet locũ quando lex
de maſculo loquitur per modũ qualitatis : vt quia dicat,
religioſus vel medicus : nam tali caſu maſculinum non
cõcipit fœmininum:vt not.Dominic.in d.c.generali.per
text.in cle. eos. vbi Card. in fi.idem tenet. de conſang.&
affin. per illum tex.ibi, religioſos & moniales. Ad idem
tex.in c. quoniam. §. hoc etiam.de ſimo. vbi ſimiliter fit
ſpecialis nominatio de monialibus, & monachis.ad idẽ
facit text.xxvij.q.j.in c.impudicas.& ſequitur Alexan. in
conſi.cxxxv.circa primũ. col. pen. lib. j.& Barth.Veron.
in conſi.xxvj.magnifice & generoſe.

¶ Sed tamen iſta limitatio non videtur procedere ſine
dubio:quia ſi materia ita conueniat mulieribus ſicut re-
A ligioſis:idem [a] dicendum videtur:vt no.Card.in clemen.
j.in v.q.de reſcrip. Et certè nõ videtur differentia in no-
mine appellatiuo cuius qualitatis,vel alio nomine.Et ad
hoc facit text.in l.quicunq;. C. de ſer.fugi. vbi quod dicit
de ſeruo fugitiuo,etiam videtur habere locũ in fugitiua:
& tamẽ eſt nomen qualificatũ:& ita tenendum videtur.

a Idem.Et bene.C.M.

114 ¶ † Quarta concluſio ſ.facta nõ habet locum in materia
B correctoria [b],quia maſculinũ non cõcipit fœmininum:
C vt no.Alex. [c] in l. Gallus.in prin.col. vj.de lib.& poſthu.

¶ Poſtremò etiam aduertendum eſt:quia licet ſecũdùm
cõmunem opin.ſ.dictum ſit, quòd in diſpoſitione legis,
etiam in materia odioſa maſculinum cõcipiat fœmini-
num,hoc efficaciter non probat in materia odioſa : quia
text.in l.ſi quis id quod. cum ſimil.ſ.alleg. non loquitur
in maſculino præciſè, ſed in termino communi quando
dicitur,ſi quis : quia de homine intelligitur.vt not.Bald.
in dicta l.j.de verbo. ſigni. Et hoc tenendo dictum Bar.
quod comuniter approbatur , licet aliud ſuprà dictum
ſit.Et in contrarium facit , quia ex quo propriè maſculi-
num non concipit fœmininum,vt ſ.dictum eſt, hoc non
deberet habere locũ in materia odioſa , quæ debet ſtri-
ctè interpretari.l.cùm quidam. de liberis & poſthu. & in
regula,odioſa.de regu.iuris.in vj. Et ad hoc facit illa di-
ſtinctio communis, quòd in fauorabilibus maſculinum
comprehendat fœmininũ,non in odioſis : vt no.per glo.

b Correctoria. Iaſ. tenet. contrà.l.ſi quis id. col. ij.de iuriſ. om.iudic.H.C.

c Alexã. Idem Cor.conſi.xiij. cõſi.xiiij.lib.2. C.M.

 in d.

in d.c.generali.cum ſi.ſ.allega.& facit tex.in d.l.j.§.ſed & ſi incertum,de ventre in poſſ.mitten.

¶ †Quarto quæritur, quid in ſtatutis? Et videtur dicendum, quòd etiam [a] maſculinum comprehendat fœmininum,vt no.Bar.in l.intra. in fi.ff. de legi. cum ſim,vt tradit Alexã.in l.ſi conſtante.§.fi.col.fi.ff.ſolu.mat.& notat Bar.in l.j.in fi.ff.de pecul. vbi abſolutè dicit, quòd ſi ſtatutum loquatur in materia indifferenti,maſculinũ concipiat fœmininum, & ſequitur Aret. in conſi. copiosè & eleganter.col.j.& idem not Bald. in conſi. xlvij. factum tale.lib. v. Et ideo ſtatutũ de primogenito habet locum in primogenita [b], vt not. Bald.in l.in multis, ff. de ſtatu ho.& ſequitur Rom. in conſi. xcviij.quo ad id. circa fi.& idem Fulg.in conſi.ciiij.viſis.

a Etiam.Bart. cõſil.ccclxxvi. libr.j.And. Tiraq. tract. retract. ſ. j. glo. ix. nu. 229. Lud.Gomes in reg.Cancel.de infir. reſignãt. q.vj.C.M.

b Primogenita.ſi tamen cõſtet eãdem omnino eſſe rationem:aliàs non. C.M.

¶ †In contrariũ tamen facit quia in ſtatuto ſaltẽ odioſo quod ſtrictè debet interpretari, nõ videtur quòd maſculinum concipiat fœmininũ. Et ita in ſtatuto pœnali arguit Alexã.in conſi.cxxxv. lib.j.ſ.alleg. Et idem Barth. Veronẽ.in conſi. xxvj. ſ. allega. & idem in ſtatuto tradit Alex. [c] in conſi.xxiiij.animaduerſis his.col.antepe.lib.ij. vbi concludit ꝙ ſtatutũ de habitatore non habet locum in muliere habitatrice,& idem Alex.in cõſi. xxviij. præclarè & ſubtiliter.col.iij.lib.iij.concludit ꝙ ſtatutũ contra ius cõe quod loquitur in filiosfamiliàs nõ habet locũ in filia:vt no.Cor.Peruſ in conſi.xiiij.in præſenti.lib.ij.

c Alexã.Sed in d. conſiliis eſt diuerſa ratio. C.M.

¶ †Dominic.in d.c. generali, col.ij. diſtinguit, quòd ſi maſculinum profertur à ſtatuto ſub termino communi, idem eſt quod in diſpoſitione legis: quia maſculinũ concipit fœmininum. Si verò ſtatutum præcisè in nomine maſculino loquitur in materia exorbitãti, maſculinum non comprehendit fœmininũ: ſecus ſi in materia fauorabili.Vnde infert,quòd ſi ſtatutum excludit matrem vt non ſuccedat filio,non habebit locum in filia. Et ad hoc facit quod no.Bal.in l.quicunque.col.iij.in verſ.ſed ponetur.C.de ſer.fug.vbi inquit,quòd ſi ſtatuto cauetur quod filij bannitorum de ciuitate expellantur, non habet locum in fœminis quia in illis eſt minor audacia:& ſtatutum de adultero,non habet locũ in adultera, vt not. Bal. in conſi.vj.factum tale eſt.lib.v.in fi.

¶ Quinto †videndũ eſt de priuileg. Et Bal.in c.ad audientiam.el j.col.fi.ver.quæro nũquid.de reſcrip. dicit ꝙ vſu veterum maſculinũ concipit fœmininũ etiam in priuilegiis



legiis.& idem Domin.in d.c.generali.col.iij. in ver. tertio caſu.vbi infert quòd priuilegium immunitatis conceſſum alicui ex filiis,etiam filiabus competit.

¶ Et ad hoc facit tex.in l.j.§.fi.de immu. vbi excipiuntur deſcendentes ex fœminis,nõ autem fœminæ. Et per hoc videtur dubitandum de eo quod voluit Signo. in conſil. clxxx.in q.vbi inquit,quod priuilegiũ legitimandi filios datum alicui,nõ intelligitur de filiabus. [a] Nã opi.cõmunis videtur in contrariũ:quia etiã in priuilegiis maſculinum cõcipit fœmininũ. Et contra Signor.facit: quia poteſtas legitimãdi eſt fauorabilis,& latè debet interpretari:vt no.Io.And.in c.fi.de ſimo.per illum tex.& Abb. ibi poſt alios ſequitur.& idẽ Oldr.dicit in cõſi.clij.factũ tale eſt.in prin.& Dominic.in c.quãuis.el ij.de præb.

¶ Et ad prædicta notandum eſt quod tradit Corn. Peruſ. in conſil.clxxvij.circa quod.lib.iiij.& quod not. Fulg. in conſil.cxxj.ſuppoſita.vbi in mandato Papæ de charitatiuo ſubſidio moniales includuntur.& Cardi.conſi.cxxxv. puto.& Domin.in c.ne aliqui.de priuile.in vj.

a Filiabus. Quod verũ puto, quia nõ eſt tanta rõ in fœminis,& priuilegium exorbitat,& eſt originaliter deciſio Signo.conſilio clxxxiiij.in qõ. vertente inter Durantẽ,quod ad verbum refert & ſequitur Præpoſi.in c.per venerabilem.ſ.quod verò.nu. 125. quĩ fi.ſint le.Itẽ tenet Sign. conſ. ccxix. factũ ſic ſe habet. colũ. pe.nu. 15. Cur. ſenior col.fina. Hippo.Marſil. ſingul.dxxxvj. & ita tenẽdum eſt:licet Deci. hic, & Iaſ.in l. ſi quis id quod. col. ij. de iuriſd.om.iu.dubitent. ſed ipſe Dec.poſtea maturius cogitans & plenius examinãs,in conſi. cccclij. ſecutus eſt opin. Signo. & bene. C.M.

¶ Sexto †idem eſt in reſcriptis:vt no.Archi.in d.c. ſi quis. ix xvij.qõ.iiij.vnde ſub illa clauſula,& quidam alij.etiã fœmina comprehenditur:vt not.Spec.in tit.de reſcrip.præſenta.§.fi.verſic.ſed quæritur vtrum.col.j.in fi.Imol.in l. ſi ita ſcriptum.de leg.ij.& Domi.in d.c.generali. col. iij. verſic.quarto caſu.& not.in c. ſignificauit. de reſcrip. vbi Abb.hoc tenet:quia reſcriptum eſt modici præiudicij.de quo ibi latè inſiſtit And.Sicul.col.iiij.

x ¶ Septimo †idem in ſententia in verbis iudicis: vt notat Archid.in d.c.ſi quis.xvij.q.iiij. Et illud dictum Alex. extenditur etiam ad verba arbitri.in conſi.j.col.vj.lib.v.

¶ Sed tamẽ [b] de ſententia dubitari poteſt, quia eſt ſtricti iuris:vt no.Inno.in d.l.ſi ita ſcriptũ.de leg.ij. Et cõfirmatur:quia ex verbis ſententiæ plus inferri non debet, quã ex his necnon inferatur. Barto.in l.Iulianus.col.iiij.ff.de condic.indeb.& Fulg.in conſi.cxl.præſuppoſitis.in ij.dubio.& dixi in conſi. xliij. circa fin. Et de hoc etiam not. Alex.in d.conſi.j.col.vj.

xi ¶ Octauo †quid in officiis? Bal.in c.ad audientiã.el j.circa fi.ver.ſanè in officiis.de reſcri.tenet quod nõ. vnde infert quod ſi quis in taſtamento dedit executores fratres ſuos, non intelligitur de ſororibus: quia fœmina inualidum habet conſilium.

b Tamen.Imo idem.C.M.

¶ Et ex tali ratione videtur, quod dictum de officiis procedat in materia differenti, prout regulariter eſt in officiis: vt in hac l. fœminæ.

¶ Nonò, † ſpecialiter dubitatur, an appellatione fratris, 122
ſoror includatur de iure communi? Hoc clarum videtur in diſpoſitione legis: quia iura hoc expreſsè dicunt. l. tres fratres. ff. de pact. vbi gloſſ. & in l. Lucius. §. quæſitum. de lega. iij. & in l. Lucius. in princi. vbi gloſ. ff. famil. erciſ. & in l. Lucius. §. Mæuia. el ij. ff. ad Trebel. & not. Fulgo. in conſil. lxxj.

¶ Et hoc procedit etiã ſi verbum, fratres, ab homine proferatur: vt not. Ang. in d. l. tres fratres. in d. §. quæſitum. & in d. §. Mæuia. & ſequitur Alex. in conſi. viij. animaduerſis. col. ij. lib. iiij. Et Pau. de Caſt. in d. l. fratres. vbi ipſe diſtinguit, an proferatur in numero plurali vel ſingulari.

¶ Sed magna dubitatio eſt, an hoc habeat locum in ſtatuto? Pet. de Ancha. in c. j. de conſtit. quem refert Alexan. in d. conſil. lxxxv. † tenet quòd non, in ſtatuto odioſo. & 123
idem Paul. [a] de Caſt. in conſil. ccxl. hæreditas prædicta. A
quem refert Fran. de Cur. in conſil. ix. Et concludit Paul. de Caſt. in d. conſil. quòd ſtatutum excludens ſororem à ſucceſsione fratris, non habet locum in ſucceſsione ſororis. & idem tradit Bened. Cap. in conſi. lxij. cùm viſo. circa fi. qui tenet quòd non: quia non propriè maſculinum concipit fœmininum. Et quia ſunt diuerſa nomina, frater & ſoror, non eſt idem ſicut eſt in filio & filia. Et hoc idem in caſu ſubſtitutionis not. Fulg. in conſi. xxxiiij. domina Catherina. quia non propriè maſculinum concipit fœmininum. ideo appellatione fratrum non veniunt ſorores. Et idem in ſtatuto exorbitante tenet Cor. Peruſ. in conſi. xciiij. circa princi lib. ij. in prin.

¶ In contrarium [b] autem eſt deciſio Bal. in conſi. xlvij. fa- B
ctum tale. in verbo, dubitatur. lib. v. vbi inquit, † quòd in 124
diſpoſitione legis & teſtatoris appellatione fratris ſoror comprehenditur. Et idem dicit in ſtatuto ſi eadem ratio ſit. & idem tradit Alex. in conſil. lxxxv. animaduerſis. col. ij. lib. iiij. ſ. alleg. & latè Franc. de Cur. in conſil. ix. Ticinenſi ſtatuto. & Ludo. Bologni. in conſil. lx. tota difficultas videtur in perſcrutando, an ſit eadem ratio in ſorore quæ eſt in fratre. Nam vbi eſſet diuerſa ratio, allegata ſuprà in contrarium procederent: & exemplum habetur per Alexan. in conſi. xv. viſo teſtamento. lib. iiij.

a Paul. Quod eſt conſil. cxix. lib. j. ſecũdum nouam impreſſioné. & placet in exorbitanti. aliàs ſecus. adde Alex. conſi. xlv. lib. vij. Socin. in rubric. in xij. ff. de acqui. poſ. Alber. in j. par. ſtat. q. clxviij. Deci. infrà, eo. l. ſecundum naturã. in fine. C.M.

b In contrariũ. vide Hippo. de mar. in ſuis ſingul. xxxix. incipien. capias vnum de parte lucrando. vbi allegat plura conſilia doctorum tenentium hãc partem. H.C.

Decimo



125 ¶ † Decimo notandum eſt de quibuſdam verbis ſpecia-
A liter. Nam appellatione coniunctorum [a] vterque ſexus comprehenditur etiam de proprietate ſermonis. Alexan. in conſi. xv. circa dubitationem. col. fi. lib. ij.

¶ Idem eſt appellatione propinquorum. Bald. in conſil. cccxxxiiij. in quæſt. lib. iij. Idem eſt appellatione proximorum. vt not. Ange. in conſi. cclxxxix. viſo facto. Idem eſt appellatione deſcendentium, quia veniunt maſculi & fœminæ. Alex. in conſi. clx. viſo themate. lib. ij.

126 ¶ † Idem eſt appellatione poſterorum. Anto. de Butr. in conſil. ix. viſo puncto. in primo dubio, cum ſimili vt ſ. dixi & tradidit Pet. de Ancha. in conſi. cccxxxix. pro maiori intelligentia. colum. iiij.

¶ Et ſub nomine auunculi matertera non comprehenditur. Cor. Peruſ in conſi. cclxxj. lib. iij.

127 ¶ † Vltimo, econtrà, fœmininum [b] non concipit maſcu-
B linum. l. ſi ita ſcriptum. de leg. ij. not. per glo. in §. fin. qui da. tuto. teſt. poſſ. in l. j. ff. de verbo. ſignifi. Ideo ancillis legatis maſculi non continentur. l. ſeruis legatis. de leg. iij. Nam hoc eſſet contra naturam, quam ars quantum poteſt imitatur, vt dicit Car. in cle. j. in ij. qõ. de ſepul. in fin. & in clemen. j. iiij. quæſtio. de elect. Et ideo nomine abbatiſſæ abbas non comprehenditur: vt per glo. in clemẽ. aſcendentes. de ſtatu monac.

¶ Et intelligitur. niſi eſſet eadem ratio in maſculo, quæ eſt in fœmina: vt dicit Anto. de But. in c. fi. char. ix. de conſuetu. quem referunt & ſequuntur Moder. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. om. iudic.

C ¶ Sed hoc non videtur verum [c]: quia tunc non eſſet differentia inter maſculinum & fœmininum, contrà d. l. ſi ita ſcriptum.

¶ Et econtra illud dictum Anto. de But. allego text. no-
128 tabilem in c. quoniam. in princ. de ſimo. † vbi pœna quæ mulieribus imponitur, non habet locum in maſculis, in quibus tamen erat eadẽ ratio. Et illum tex. ad hoc ponderauit Ioan. de Anan. Sed illud quod dicit Anto. de But. poſſet habere locum quando dictum fuiſſet de fœmina
D gratia maioris frequentiæ [d]. Ex quo infertur ad quæſtionem quam Albe. ponit in j. parte ſtatutorum, quæſt. ciiij. incip. ſed quid ſi ſtatutum ſit in villa. quòd quis non teneat capras ſub pœna, an habeat locum in hircis. dicit fuiſſe determinatum Mutinæ quòd non, de conſilio. Al

a Coniunctorũ. Sed non appellatione conſanguineorum: vt vult Alexã. conſi. cliij. conſil. clxxxj. in fi. lib. vij. C.M.

b Fœmininũ. Vide Alexã. in l. ſed ſi hac. §. liberos. de in ius vocãdo. & in conſil. xlvj. iiij vol. & conſil. lxvj. H.C.

c Verũ. Idem Deci. c. cum in cunctis. in prin. col. iiij. de elec. C.M.

d Frequẽtiæ. Alciat. l. de teſtatio. §. ſerui. de verb. ſignifi. fa. Corſet. in ſingul. ver. frequẽtia. Gerar. ſing. xcvij. Tetigi ad Alexã. conſi cxix. in fi. lib. vj. C.M.

 berti

berti Papienſ.per regulam dicta l.ſi ita ſcriptum.quia fœmininum non concipit maſculinum.

¶ Dicit tamen Alberic.quòd vidit contrarium obſeruari propter identitatem rationis : & dici poteſt expreſſum fuiſſe de capris propter maiorem frequentiam,vt dixi. Et ad hoc facit glo.in l.j.C.de rap.virg.

¶ †Appellatione tamen perſonæ maſculus continetur,vt not.Bal.[a] in l.quicunque.col.iij ver.idem ſi ſtatutum diceret,quæcunque perſona.C.de ſeru.fugi. Et idem dicit ibi,nomine vniuerſitatis.per l.metum.§.animaduertendum.ff.quod met.cauſa. Et idem dicit Bald.in d.l.quæcunque.de nomine aquilæ:quia maſculus & fœmina cõprehenditur. Et in hac l.hæc ſatis ſint.

a Bald. Adde eundem in l. omnes populi. de iuſtit.& iur. colũ. penult.& Barba. c. dilecti.de fo.compe.col.viij.& ſi vis videre latiſsi. de pluribus verbis,puta,filii appella. an veniat filia. & hirci appel. an veniat capra : & verbũ, ſi quis,ſi comprehendat fœminam , verbũ raptor , & de ſimilibus vide Barba.in cle.i. de electio.vbi multa dicit in col.xi. vſq; ad xx.Hier.Chuc.

PHILIPPVS Decius regius ſenator Delphi.

## In §. Item impuberes. Argumenta.

1 Impuberes ciuilibus fungi officiis haudquaquam poſſunt.
2 Impubes iudex eligi nequit.
3 Impubes dignitatẽ aut officium ſine adminiſtratione poteſt obtinere.
4 Pupillus,quòd ſcilicet iudicio careat,ab officiis prohibetur adminiſtrationem requirentibus.& nu.5.
6 Iuramentum non præſumitur eſſe de feudi ſubſtantia.
Pupillus in eccleſia cathedrali canonicatum habere poteſt.
7 Pupillus in eccleſia præbendam obtinere poteſt.
8 Pupillus iure hæreditario dignitatem cum adminiſtratione poteſt obtinere.
9 Pupillus neque notarius neque teſtis eſſe poteſt.
10 Impuberes defectu iudicii non poſſunt ad teſtimonium admitti.
11 Pupillus maior factus teſtis eſſe poteſt de his quæ vidit in ætate pupillari.

## §.Item impuberes.

ITEM *impuberes ab omnibus officijs ciuilibus debent abſtinere.*

¶NOTA regulam†quòd impuberes ab omnibus of- 1
ficiis ciuilibus remouentur. Et ideo non tenetur pater qui conſentit filium infantem creari decurionem : quia creatio nõ valet.lege Lucius.§.pro infante filio.vbi glo. ff.ad municip.Et idem eſt in officiis eccleſiaſticis quæ impuberibus non conferuntur.c.indecorum.de ætate & qualit.c.ſuperinordinata.de præbend.





¶Et iſta regula generaliter procedit,adeo quòd etiam propter penuriam hominum impubes non admittitur.l.ij.§.fi.ff.de iure immun.

2 ¶Secundo ampliatur,†vt etiam iudex eligi non poſsit,ita quòd officium debeat exercere poſt pubertatem:quia tempus electionis conſideratur.vt not.Barto.in l.impuberem.in princi.ſ.de fal.vbi dicit,quòd pupillus notarius creari non poteſt,hoc modo , vt poſtea factus maior officium exequatur.alleg.l.excuſatur.in princi.ſ.de excu.tut.& text.in c.ſi eo tempore.de reſcrip.in vj.

3 ¶Sed hoc dictum dubitabile videtur:†quia vt j.dicam,impubes poteſt habere officium & dignitatem ſine adminiſtratione. Ergo nihil repugnare videtur,quominus conſtituatur notarius cõferendo exercitium poſt tempus pubertatis: quia tunc dum eſt impubes nihil facit iudicio intellectus impuberis.Sed poſtea poſt pubertatem exequitur officium ſecundum iudicium quod tunc habet.Secus eſſet quando actus in effectu haberet fundamentum à iudicio pupilli,dum eſt pupillus.gratia exempli:Si minor xiiij.annis faceret teſtamentum conferendo eius teſtamentum poſt tempus pubertatis. Certè hoc non valeret : vt eſt bonus text.in l.j.ſi minor.ff.de ſer.expor.ibi,conſilio eius quaſi parum firmo reſiſtit.& facit text.in l.j.§.fi.ff.commod.

¶Non obſtant iura allegata per Bart.quia habent locum,quando electio fit ſimpliciter. Secus quando facta eſt conferendo exercitium in tempus habile:de quo tamen videndum eſt,quod dixi in c.poſt ceſsionem.de probatio.

4 ¶†Tertio pupillus prohibetur hic,quia iudicio caret:vt dicit text.in l.cum prætor.§.non autem.ff.de iudi.& in §.præterea.inſtit.quibus non eſt permiſ.fac.teſtam.& facit text.in l.j.§.impuberes verò.C.de fal.mo.Idcircò tertio ampliatur iſta regula,vt contrarium per viam diſpenſationis à principe conſtitui non poſsit : quia ſuper defectu iudicij naturalis diſpenſari non poteſt.vt not.Innoc.in c.ſciſcitatus.de reſcrip. Bal.in l.bonarum.C.qui admit.fa.tex.in l.fin.C.de teſta.milit.cum ſimilibus,vt not.tradit ibi Alexan. Et videtur hoc procedere,niſi pupillus eſſet doli capax:quia cum eo videtur quòd princeps diſpenſare poſſit:vt not.Ange.& ſequitur Alexã.in d.l.fi.per illum tex.de teſta.mil.& ad hoc facit text.in d.l.de minore.in princip.ff.de quæſt.vbi in crimine læſæ maieſtatis impubes habilitatur ad teſtimonium.& facit glo.in c.ſtatutum.in verſi.in canonicis.de reſcript.in vj.quæ dicit quòd Papa ex certa ſcientia poteſt cauſam pupillo committere.Et de hoc tradit Abb. & Moder.in c.cum vigeſimum.de offic.deleg.

5 ¶†Et prædicta regula nunc limitatur vt procedat in officiis & dignitatibus cum adminiſtratione.Secus eſſet in officio & dignitate ſimplici quæ non haberet adminiſtrationem:ad quam etiã pupillus habilis videtur:vt nô.Bal.poſt Odof.in d.l.fi.per illum tex.de teſta.mili.Et idem

Bal.per illum tex.in l.ſed & milites.§.iam autem.ff.de excu.tut.vt not.Bar.in l.j.col.x.ver.ex prædictis patet.C. de digni.lib.xij.vbi inquit,quòd infans licet nihil intelli gat,miles creari poteſt. Et hoc ſæpenumero faciunt barones & reges qui faciunt eorum filios paruulos milites: vt Alber.dicit in d.l.fi.Et iſta ratione etiam infanti feudum concedi poteſt : quia magis habet naturam beneficij,quàm cõtractus. Et licet non poſsit iurare.l.iuſiurandum.§.pupillo.ff.de iureiuran.†iuramentum non eſt de 6 ſubſtantia feudi.ita Bald.dicit in l.ſi quis ſeruo.C.cõmu. de manu.& facit text.in l.quam tuberonis.§.pupillum. ff.de pecul.vbi pupillus poteſt habere peculium.

¶ Et eodẽ modo in eccleſiaſticis poteſt pupillus[a] habere A canonicatum in eccleſia cathedrali,licet vocem dare non poſsit.c.ex eo.de elec.in vj.no.in c.fi.vbi glo.de iud.in vj.

¶ † Et poteſt etiã pupillus habere præbẽdam in eccleſia: 7 vt not.Bal.in l.adminiſtrantes.§.qui corporis.ff.de excu. tut.& eſt text.in c.ex inſinuatione.de ſimo.de quo Feder. tradit in conſi.xlix.domine Raynut.& in conſi.cxxxij.caſus eſt talis quædam eſt canonica.Et latè Abb.in c.ſuper inordinata.de præben.Nam etiam pupillus poteſt habere ordines minores,in quibus ſufficit ſeptennium.vt per glo.lxxvij.diſtin in ſumma.& in clem.fin.de æta.& qualit.Ergo etiam poterit habere beneficia ſimplicia:vt ſ. dictum eſt,quia ille qui reputatur habilis in ordinibus, etiam in beneficiis debet habilis reputari.ca.de his.vbi glo.xxviij.diſtinct.in c.accepimus.de ætate & qualit.

¶ † Secundo,regula procedit niſi pupillus iure hæreditario dignitatem cum adminiſtratione conſequeretur : vt 8 patet in filio regis,qui mortuo patre ſuccedit : vt not.in ca.grandi.de ſup.neglig.præla.& not.Bal.& Ange in d. l.fi.de teſt.mil.& idem Ange.in l.cum prætor.§.non autem.ff.de iudic.Et tunc debet regi per tutorem b.vt not. B Oldr.in conſi.lij.quæſtio talis eſt.Ioã.And in addi.Spec. in tit.de tut.in rub.cum ſimil.vt tradit Alex.in d.l.fin.& Abb.in ca.cum vigeſimum.col.ij.de offic.deleg.Ioan.de Ana.in rub.de delic.pue.col.j.

¶ † Et per iſtam regulam infertur,quòd pupillus nõ po 9 teſt eſſe notarius.vt not.Bal.in d.l.impuberem.in princ. de fal.Et eodem modo nõ poteſt eſſe teſtis.l.iij.§.lex Iulia.l.inuiti.in fi.ff.de teſtib.§.teſtes autem.inſti.de teſta. quia eius teſtimonium eſſet,ſicut ſi cæcus teſtificaretur de

a Pupillus. Imo requiritur quòd annum decimum quartum exceſſerit.Egid. Bellamera deciſi. DCCXXVII. ſuppoſita.& deciſ. DCCLV.ſentit Panormi.c. ſuper inordinata.nume.4. de præbend.in c.præterea. de æta.& quali.& eſt decimum per Reg. Cãcel.17. Innoc.8. quam pecuniis redimere licet.Carolus M.

d Tutorẽ.dixi in Conſuet. Pariſ. §. xxix. C.M.



de coloribus : vt Bal dicit in l.teſtium. C.de teſtib.col.ij. verſi.redeo ad primum.

¶ Et licet non opponatur, eius dictum non valet : quia ipſo iure eſt nullum. vt not.Ang.per illum tex. in §. j. in auth.de teſtamen.

10 ¶ † Et non videtur quòd etiam in defectum aliorum impuberes admittantur propter defectum iudicij naturalis,ex eo quod ſ. dictum eſt per l.ij.§. fina.ff. de iure immuni.licet ſecus eſſet in aliis teſtibus qui ob alium defectum repelluntur.

¶ Et iſta concluſio fallit in crimine læſæ maieſtatis in quo pupillus ad teſtimonium habilitatur. l. de minore. in prin. ff. de quæſt. Secundo fallit quod ad iudicium faciendum ſi ſit doli capax:vt not. per gl.in l. inutili.l.ij. in fi.ff.de teſti.& not.Bar.per glo.ibi in l.fi.C. de his quibus vt indig.& in l.ex libero.§ fi.ff.de quæſtionibus. Non tamen facit iudicium plenum,ſed aliquale.vt not.Bar.in l. maritus.ſuprà de quæſtionibus.

11 ¶ † Tertio & vltimo limitatur,niſi ſit maior factus:quia teſtificari poteſt de his quæ vidit in pupillari ætate ſecũdum glo.in l.iij.§. lex Iulia.ſ.de teſti. in l. notione.§.inſtrumẽtorum de verb. ſig. in l. ad teſtium. in prin. ff.de teſta.& in.§. ſed neque.inſtit. de teſta. & not. Spec. in tit. de teſtib.§.j.verſic.ſed nũquid factus impubes.Et hoc eſt verum in his quæ vidit dum eſſet proximus pubertati: vt not.Bar.in d.l.ad teſtium. in prin.& in d.§. inſtrumento-

A rum.& eſt communis opinio : vt dicit Aret. in d. l. ad te-

B ſtium[a].& Ang.Aret.in §.teſtes.inſtit.de teſta.

¶ Sed tñ conſiderandũ eſt:quia hoc non videtur verum b. Nam ex quo eorũ dictum refertur ad tempus pupil.ætatis in quo non habebat iudicium, non videtur valere teſtimonium:quia factus pubes non deponit.Prout nunc ſed prout tunc facit tex.in l.iij.§.fi.ff.commo.vbi factus maior nõ obligatur pro cõmodato facto in ætate pupillari.

Philippus Decius Valen.

## In.l.Eius eſt nolle.Argumenta.

1 Nolle nubere non dicitur,quæ viri potens non reperitur.
2 Religioſus qualiter intelligatur non habere velle aut nolle.
3 Silere dicitur propriè qui loqui poteſt,& deſinere qui cœpit.
4 Tutor nomine pupilli bonorum poſſeſsionẽ agnoſcere quit, repudiare nequit.
5 Repudiare poſſe eum, qui & adire, qualiter intelligendum.

Nolle

a Ad teſtium. Hæc opinio eſt etiam communis de iure can. circa quam vide Felinũ, latè poſt alios cap. cũ nobis.de præſcrip.iiii colũ. in cã tamen criminali requiritur quod ſit ætatis xx. annorũ: vt l.in teſtimonium. ſ. de teſtib.Sed an vbi delictum aliter non poſſet probari,admittantur impuberes. Alber.quòd ſic in l.in teſtimonium. ſ. de teſtib. quod tamen non credo verum per no. per Baldũ.in l. teſtium. C. de teſti. ij. col. & per ea quæ dicit hic dom.Philippus.in verſi. & per iſtam. & maximè, quia in criminalibus probationes debent eſſe luce clariores.l. fin. C.de probatio, & per tex. in d. l.in teſtimoniũ. qui nõ ſine miſterio ſtatuit ætatem xx. annorum.in cauſa criminali. Hie. Chu.

b Verum. Imo vt dixi ad Alex. conſi.xxix.libr. vii.C.M.

6 Nolle & velle contraria ſunt, medium inter vtrunque eſt
non velle.
7 Voluntatem ceſſare, differt ab eo quod eſt, eandē reuocare.

REGVLA III. VLPIANVS.

## EIVS *eſt nolle, qui poteſt & velle.*

¶ISTA regula vltra gl. melius exemplificari poteſt,
ex eo quod dicit text. in l. pater Seuerinam. in princ. ff. de
condi. & demon. & Bar. ibi ponit ſummarium huius l. Et
not. illum. quòd illa † quæ non eſt viri potens, non dicitur 1
nolle nubere, ex quo matrimonium contrahere non po-
teſt. Et ſic velle non poteſt. bene facit text. in l. quis ſit fu-
gitiuus. §. idem ait ſi ſeruus. ff. de ædil. edi. vbi nolle dici-
tur ille qui poteſt ſtatim facere, & non fecit ibi, cum poſ-
ſet noluit. Ad idem text. in l. nolle adire. ff. de acqui. hære.
vbi non videtur nolle adire qui non poteſt. Et iſta ratio-
ne dicitur, quòd † religioſus non habet velle nec nolle. c. ſi 2
religioſus. de elec. in vj. & in c. ſi religioſus. de teſta. in vj.
in c. ſi. de ſepult. eo. lib. not. in c. non dicatis. xij. q. j. & ideo
non nocet nolle ei qui velle non poteſt, vt not. Bald. per
illum text. in l. ab adminiſtratione. C. de leg. vbi poſt Iac.
But. infert ad ſtatutum quod imponit pœnam declinanti
iuriſd. poteſtatis, vt nō habeat locum in clerico qui etiam
ſi velit non poteſt coram ſeculari litigare. c. ſi diligenti. de
for. comp. & hoc latè proſequitur ibi Alexan. & per iſtum
etiam vt. ſ. & nolle etiam dicitur, qui facit quod non poſ-
ſit velle. vt not. Bald. in c. intelligimus. col. ij. de iudi. per l.
j. C. de natu. lib. vbi etiam Bald. in vlt. not. idem. dicit.
¶Et per iſtum tex. dicit Abb. in conſi. xxij. quidam Ioan.
col. ij. lib. ij. quod † ille dicitur proprie ſilere, qui poteſt 3
loqui: & deſtinere dicitur ille, qui inchoauit. vt not. Cald.
in conſil. xvj. de verbor. ſignific. facit text. de pœni. diſtin.
ij. in ſi. vbi dicitur, quòd ilud quod non eſt, deſeri non po-
teſt. Et propriè excuſatur ille qui acceptare poteſt: & qui
non poteſt, dicitur impropriè excuſari. gloſſ. not. in l. j. §.
initium. in verſic. caſum. ff. de poſtul. & facit quod not. per
gloſſ. in c. ad diſſoluendum. de deſpon. impu. dum inquit,
quòd non moritur ille qui non vixit. alleg. xxxij. q. ij. in c.
quod verò. & in c. ſicut ex veſtrarum. de homici. cum ſi-
mil. vt per glo. in d. c. ad diſſoluendum. & eſt regula gene
ralis, quòd priuatio præſupponit habitum. l. decem. de
verb. oblig. l. manumiſsiones. de iuſti. & iure. l. non vide-
detur



detur. j. eod. vbi de hoc plenè videbimus.
4 ¶† Et regula iſtius legis ſecundùm gloſſ. Bart. hîc fallit
in tutore qui bonorum poſſeſsionem agnoſcere poteſt
pro pupillo: & tamen illam repudiare non poteſt. l. tu-
tor. ff. de bonorum poſſeſsione.
¶Sed tamen videtur dicendum quòd imò iſta regula e-
tiam in tutore habeat locum: nam ipſe poteſt nolle, cùm
habeat facultatem adeundi hæreditatem, vel agnoſcen-
di bonorum poſſeſsionem. Ergo etiam bene verificatur,
vt dicatur nolle adire vel nolle agnoſcere. Sed non ſequi-
tur quòd licet dicatur nolle adire vel nolle agnoſcere bo
norum poſſeſsionem, quòd videatur repudiare: quia ex
eo quòd tutor dicat, nolle agnoſcere, nolle adire, non in-
fertur repudiatio: vt not. in l. qui ſe patris. C. vnde liber.
vbi declaratum fuit.
¶Bene verum eſt quòd per illum text. in d. l. tutor. limi-
5 tatur regula. l. is poteſt. ſ. de acquir. hæred. † vbi dicitur: is
poteſt repudiare, qui poteſt adire. Nulla illa regula ha-
bet locum in eo qui iure ſuo & ex propria perſona adire
poteſt. Secus ſi ex perſona alterius, vt not. Bart. hic: & ſe-
quitur Alex. in l. legatum. ff. de leg. j. in l. fin. C. de repud.
bon. poſſeſſ. Et hoc etiam non videtur verum: quia imò
regula d. l. is poteſt. etiam habet locum in eo, qui ex per-
ſona alterius adire poteſt: vt probatur in l. is qui hæres. §.
fin. ſ. de acquir. hæred. vbi in repudiando voluntas patris
& filij requiritur ſicut etiam in adeundo neceſſaria eſt, vt
etiam dixi in d. l. ij. de repud. bon. poſſeſ. Et ideo d. l. tutor.
alium habet verum intellectum: quia procedit in eo qui
ad vtilitatem alterius adire poteſt. Nam in præiudicium
alterius repudiare non poteſt. vt not. idem Bart. in d. l. is
poteſt col. v. vbi alleg. glo. hîc, quæ hoc ſentire videtur,
dum dicit quod fallit in tutore ratione officij.
6 ¶† Poſtremò, ad declarationem verborum regulæ, no-
tandum eſt quòd nolle & velle contraria ſunt. Et inter
A iſta contraria datur medium, quod eſt, non velle[a] vt not.
Bart. in l. iam dubitari. de hæred. inſtit. facit quod not. in
l. j. §. ſcientiam. ff. de tribu. Nam verbum nolle, denotat
expreſſam reſiſtentiam: non ſic in verbo non nolle. vnde
dormiens bene dicitur non velle: ſed non dicitur nolle,
vt tradit Innoc. Ioan. Andr. & docto. in cap. prudentiam.
§. ſexta. de offic. deleg. cum ſimilib. vt dixi ibi, & in l. qui
ſe patris. poſt Alexand. ibi. C. vnde lib. Et adde Abb. qui
vide

[a] Non velle. adde Bal. in l. verbum. C. de fideicommiſſ.

videtur in c.finem litibus.de dolo & contu.in ij.colum. ¶Et ad prædicta etiam fa.quia †aliud eſt,quòd in aliquo 7
caſu ceſſet voluntas: & aliud eſt, ꝙ voluntas reuocetur[a]. A
gratia exempli: morte mandantis expirat mandatum,& mandatum non extinguitur per mortem tanquam reuocatum ſit à domino. Sed quia voluntas domini ceſſat.l. iiij.ff.loca.nam per mortem non dicitur voluntas reuocata:quia reuocatio eſt quando contraria voluntas ponitur,& talis reuocatio per mortem fieri non dicitur.ita notabiliter Bart.dicit in l.more maiorum.col.fi.ſ.de iuriſd. om.iud.vbi per hoc infert ꝙ ſi aliquis cauſam delegauerit,donec iuſſerit reuocandum,quòd per mortem non videtur reuocare[b]. Allegat.bonum tex.in c. ſi delegatus.de 8
off.deleg.in vj.& eſt communis opinio, ꝙ per mortem non dicatur actus reuocari[c]: vt latè Alex.concludit:quia c
alios refert.in l.centeſimis.§.fi.de verb.obl.& eſt dictum Innoc.in c.licet vndique.de off.deleg.refert & ſequitur Ang.in l.& quia.ſ.de iuriſd.om.iud. Et ſic ille cuius voluntas ceſſat,dicitur non velle.Et nolle dicitur,qui reuocationem facit, PHILIPPVS Decius Valentiæ.

a Reuocetur. no.vnũ caſum vnicũin materia reuoc.mandati,quòd vbi ſubeſtcauſa reuocandi mandatum, reuocatur.l.ſi cũ Cornelius.ff.de ſolut.ibi,nec cauſam habuiſſet. H.C.

b Reuocare. hinc etiam dicitur iudex qui poſuit quendã ad confinia donec reuocauerit, an eo mortuo expirẽt cõfinia.de quo vide Bart. l.centeſimis. hic alleg. Bal. in l.in emptis. vbi latè Sali.de contrah.empt.latè per cano.in c.ſi gratioſè.de reſcri.li.xj. H.C.

c Reuocari.fateor, ſed bene dicitur per ſe finiri ceſsãte voluntate, vt in delegatiõe vel alio mandato. Car.Mol.

## In l. Velle non creditur. Argumenta.

1 Velle non putatur, qui ſuperiore cogente operatur.
2 Voluntarius non dicitur actus qui iuſſu patris vel domini eſt factus.
3 Voluntas coacta qualiter voluntas dici poſsit.
4 Voluntatem coactam, voluntatem eſſe, in negotiis propriis & non alienis intelligendum.
5 Voluntas an poſsit dici coacta in eo, qui gerit negotia aliena.
6 Voluntas dicitur quandoque coacta conditionali violentia.
7 Filius vel ſeruus aliquid faciens mandato patris vel domini preſſus excuſatur.
8 Locator operarum excuſatur,ſi iuſſu conductoris aliquid fecerit in fundo alieno.
9 Laborator an ob denuntiationem cum proteſtatione extraiudiciali deſiſtere teneatur.
10 Bona fides poſſeſſoris non alteratur per ſimplicem denuntiationem.
11 Vicinus vicini negotia noſſe præſumitur.
12 Iudicis mandato qui quid operatur, an aliquando excuſetur.

REGVLA IIII. VLPIANVS.

VELLE *non creditur, qui obſequitur imperio patris vel domini.*

NOTA



1 ¶NOTA quòd †non reputatur velle ille qui actum facit ex iuſſu patris vel domini: licet enim præciſe non cogatur obedire, quia etiam iubente domino ſeruus poteſt nolle adire:vt dicit tex.in l.cum proponas.C. de hær. inſt. Tamen obtemperando actus ille non dicitur voluntarius,vt hîc dicitur. Et ſecũdùm gl.hoc intelligitur quo ad hoc vt à pœna excuſetur,aliàs ſecus:quia etiam voluntas coacta,voluntas eſt.vt per gloſ.quæ alleg.l.ſi mulier. §.ſi metu.el ij.ſ.quod met.cauſ.& l.ſi patre cogente.ſ.de ritu nup.Sed certè hoc modo iſta regula multum reſtringitur intelligendo illam reſpectu pœnæ, de qua in text. nihil dicitur. Et ideo generaliter vt verba ſonant intelli-
2 gi poteſt quia propriè & verè non datur velle:nec †actus voluntarius videtur, quando fit iuſſu patris vel domini: quia ex voluntate fieri dicitur,quod ex libero mentis arbitrio proficiſcitur.vt dicit text.xv.q.j.cap.j.in §.voluntatem. Et per obedientiam propria voluntas mactatur, vt inquit tex.viij.q.j.in c.ſciendum.Et actus non dicitur vo-
A luntarius,quando fit ab eo qui poterat compelli:[a] vt not. Bald.per illum text.in l.nouiſsimè.ff.quod fal.tut.auth. & tradit Io.Andr.in c.præterea.in verſi.extorquentes de iure patr.& in regula bonafides.in princ.de reg.iur.in vj. cum ſimil.vt dixi in c.cum M.de conſtit.& facit text.in l. rem legatam.ſ.de adi.leg.vbi alienatio dicitur voluntaria,quando non inſtante neceſsitate, ſed à mera voluntate procedit. Et ideo ex prædictis bene infertur, ꝙ hæc regula abſolutè procedat prout loquitur.

3 ¶†Non obſt. ꝙ voluntas coacta voluntas dicatur,vt in iuribus alleg.in gl.& ad idem tex.in l.ſi priuatus.in prin.ſ. qui & à quib.& eſt text.melior de iure.xv.q j.in c.merito. quia reſpondetur ꝙ voluntas eſt qualificata & non ſimpliciter vnde non propriè dicitur ex quo non eſt ſimplici
B ter,ſed ſecundum quid[b] arg.l.hoc legatum.& ꝙ ibi Bart. de leg.ij. Et ad hoc eſt tex.ad literam in c.maiores.in §. item quæritur.de baptiſm.vbi dicitur, ꝙ coactus dicitur velle conditionaliter & non abſolutè.& facit text.in d.l.ſi priuatus.vbi primo dicitur, ꝙ coactus manumittere voluntatem accõmodauit.Et poſtea dicit tex.ꝙ non fuit voluntas manumittẽdi. Et ſic ſimpliciter & abſolutè eius qui cogitur nõ dicitur volũtas.Et in primo limitatur & declaratur illud quod dicitur, ꝙ volũtas coacta,volũtas eſt. Et regula noſtra intelligitur de volũtate ſimplici& propria.

a Compelli. Dec.conſi.ccij. num.2. vbi dixi.C.M.

b Quid.Bal.l. pe.in fi.C. quõ & quãdo iud. adde Ariſt. in iij.Ethic. Gab. Biel.in iiij.ſẽt. diſt.xv.q.iij.artic. j. tetigi in tract.vſura.nu. 411. Et nouem gradus voluntarij.tradit Bonauen, in ij.ſentent.diſt.xlj. & quæ dicam infra eadem re. cxxxiiij.C.M.

Secund

¶ †Secundo, quod dicitur quòd voluntas coacta voluntas eſt, habet lo- 4
cum in negotio proprio. ſecus eſt in negotio alterius: vt not. Bald. dicit
in rubr. de controuer. inueſt. in fi. per l. j. in fi. ff. de auto. tut. & idem not.
Bald. in l. ij. §. ſed ſi quis. col. fi. C. commun. de leg.

¶ †Sed conſiderandum eſt, quòd imò etiam in gerente negotium alte- 5
rius: quia in tutore vel procuratore voluntas coacta voluntas eſt, dum
eligit potius hoc facere, quàm aliud malum pati, vt dicitur in d. c. meri
to. xv. q. j. Nam ratio iſta quæ in facto proprio conſideratur, etiam in
alieno procedit, bene verum eſt quod compulſio nõ reddit actum nul-
lum in facto proprio: ſecus in tutore. & ita loquitur text. in d. l. j. in fi. Et
hoc idem eſt in pluribus aliis caſibus. vt not. ibi per gloſſ.

¶ †Tertio voluntas coacta voluntas dicitur, quando violentia præciſe 6
non infertur, ſed eſt cõditionalis: puta: niſi ſic feceris, te interficiam. In
eo enim quòd elegit ita facere potius quàm mori, eius voluntas eſt: vt
declarat tex in d. c. merito. v. q. ij. & in d. c. maiores. in §. item quæritur.
de bapt. Secus quando quis præciſe cogitur aliquid facere, quia tunc nul
lo modo conſentire videtur: quia potius dicitur pati, quam agere: vt di-
cit text. not. in c. ſatis. quod met. cau. & idem habetur in d. c. maiores.

¶ Quarto & vltimo licet coacta voluntas dicatur, non tamen eſt volun
tas ſpontanea. vt no. Abb. per illum tex. in c. j. de reg. & eſt gl. no. xxxiij.
q. v. in c. notificaſti in verb. licentia. & no. Abb. in c. cum locum. de ſpon-
ſa. in c. abbas, quod met. cau. Et in hoc etiam conſiderandũ eſt quia ſi vo
luntas ſpõtanea accipiatur pro libera, hoc habet locum in qualibet vo-
luntate ſimplici quæ propriè libera eſſe debet, per ea quæ ſuperius di-
cta ſunt. Si verò capiatur ſpontanea voluntas pro voluntate eius qui
ſpontè ſe offert: tunc ſpontanea voluntas à voluntate ſimplici diſtingui
tur. Nam ſponte fieri dicitur illud quod fit proprio motu, & non ad pe-
titionem: vt not. dicit Pet. de Anch. in cle. præſenti. de cenſi. in v. not. vbi
expreſſè dicit, quòd non dicitur ſpontè fieri illud quod fit ad petitionẽ.

¶ †Vltimo notandũ eſt quod dicit gl. hîc per iſtũ tex. & excuſatur filius 7
vel ſeruus qui aliquid facit de mãdato patris vel dñi. Et hoc intelligit
in delictis leuibus qui non habẽt atrocitatẽ: vt gl. dicit per l. ad ea. ĩ. eo.
Et ad hoc eſt text. in l. liberorũ. §. excuſantur. ff. de his qui not. infa. & in
l. liber homo. la ij. in prin. ſ. ad leg. Aquil. & gl. ibi latè inſiſtit. Secus eſt
in grauibus delictis in quibus non excuſatur filius vel ſeruus. d. l. ad ea.
quæ à contrario ſenſu. & eſt tex. in l. ſeruus non in omnibus. ſ. de act. &
oblig. & no. Bar. in l. ſeruus, ff. de noxal. in l. non ſolum. §. ſi mãdato. col.
j. ſ. de iniur. & ibi in verſi, idem puto. dicit ꝙ quælibet iniuria perſona-
lis dicitur graue delictũ quantũ ad propoſitũ. Et licet in grauioribus (vt
dictũ eſt) non excuſetur filius vel ſeruus ex iuſſu patris vel domini, pœ-
na tamẽ mitigatur: vt eſt tex. no. in l. ſeruos. C. ad leg. Iul. de vim publ.
& Bal. & Sali. ibi ad hoc no. illũ tex. Et eodẽ modo excuſaretur etiam in
atroc



atrocibus, qñ ſeruus cogeretur à dño ſub comminatione
mortis ſi illud nõ faceret: vt Bar. dicit in d. l. ſeruus. de no-
xal. Et hoc haberet locũ in quolibet q̃ tali modo per me-
tũ cõpelleretur: vt no. per doc. in l. vt vim. ſ. de iuſt. & iu.

8 ¶ †Et quod ſupra dictũ eſt de filio vel ſeruo, etiã habet
locũ in aliis hominibus ſui iuris qui ex mãdato alterius
excuſant, ſaltẽ in his quæ ſunt de gñe permiſſorũ. vt no.
per gl. fi. in l. in rem. §. tignũ. ff. de rei vend. quæ dicit de
A laboratore[a] qui cõductus de mãdato cõductoris intra-
uit fundũ alterius, ꝙ excuſatur. & Bar. Ang. & Doct. illã
ſequũtur. & tradit no. Bal. in conſi. ccccIxiij. ſtatuto ciui
tatis Papiæ. lib. iij. ſecundũ nouã formã & no. Alb. in l. ſi
quis id quod. col. pe. in ver. itẽ facit. ſ. de iuriſ. om. iud. &
idẽ Alb. in l. j. in prin. col. j. in fi. in ver. & bene facit iſta
litera. ſ. de eo per quẽ fac. eſt. & no. Bar. in d. l. non ſolũ.
§. ſi mãdato. col. iij. in ver. ſed quæro. Bal. in l. non ideo.
col. j. ver. & nota ꝙ l. noſtra. C. de accu. & idem Sali. ibi in
j. q. & idẽ Bal. in auth. ingreſsi. col. ij. in ver. quod dico de
medico. C. de ſacroſan. eccle. & facit quod not. Bal. in q. ac-
cuſatus de vi turbatiua. col. antepe. verſ. tertio quæritur.

9 ¶ †Et prædicta cõcluſio limitatur non procedere quan-
do prædicto laboratori ſit facta denuntiatio. vt dicunt
Imo. & Roma. in l. de pupillo. §. nuntiationẽ. in ver. quis
forte. per gl. ibi, in ver. nullus. in fi. Et idem voluit Ange.
in d. §. tignũ. in ver. quod intellige. dicens, ꝙ contra labo
rantes non obſtante proteſtatione eis facta, eſt præſum-
ptio doli & idem no. Ang. in auth. vt omnes obe. iud. in
iij. col. in ver. item ex hac lectura patet. & ſequitur Alex.
in cõſi. xxxvj. viſis his quæ per dominos. lib. j. col. ij. & in
conſil. lxxix. viſis his quæ egregie. lib. iij. Et iſta videtur
cõmunis opi. licet idem Alexã. contradicat in d. l. de pu-
pillo. §. nuntiationem. col. iiij. vbi inquit, ꝙ laboratores
propter talem proteſtationẽ non debent deſiſtere: quia
illa denũtiatio extraiudicialis non cõſtituit illos in ma-
la fide. alle. tex. in l. pe. ff. pro empt. vbi emptor rei alienę
qui bona fide poſsidebat nõ cõſtituitur in mala fi. ex eo
quod quis extraiudicialiter ſibi denuntiauit rẽ eſſe ſuã.

10 ¶ †Sed reſponderi poteſt, ꝙ tex. in d. l. pe. loquitur in eo
qui erat in bona fide cauſata ex tit. emptionis: meritò il-
la bona fides non alteratur ex ſimplici denuntiatione al-
terius. Non ſic videtur in laboratoribus, quorũ bona fi-
des & credulitas erat ſolũ fundata in ſimplici dicto con-
E ductor

a Laboratore. Idem Bal. l. nõ ideo min⁹. col. j. C. de accuſa. Ange. de maleſ. verſic. Sempronĩu mandatorem. q. iiii. Soci. l. rẽ quæ nobis. col. vlti. de acq. poſ. conſi. liii. cũ ſeq. lib. iiii. Iaſ. l. de pupillo. §. nunciationẽ. in fin. de oper. no. nun. Franc. Purpu. l. quod te. numero 86. ſi cert. peta. Limitat Pau. conſi. ccccIxx. in fine lib. i. Alex. cõſi. xxxvi. vbi in an not. tetigi lib. i. Frã. Rip. c. ii. nu. 61. de iudic. C.M.

ductoris:ideo etiam ex ſimplici dicto alterius alteratur.Cùm nulla ſit
ratio quare magis vni quàm alteri credatur. Et ſic defenditur iſta limi
tatio quę maximè haberet locum ſi proteſtatio facta fuiſſet re integra
antequam laboratores intrarent fundum.argu l.ſi fundum.& quod ibi
Bar. C. de rei vend. & ex eo quod dixi reſponderi poteſt ad doctrinam
Bar.quæ facit pro opin.Alexã.in l.quod te.col.pen.ꝟ.ſi cert.pet.in l.qui
in alterius.de regu.iur.cum ſimi.vt dixi ibi,quod quis non tenetur cre-
dere denũtianti vel proteſtanti in eo quod non pendet à facto proprio
eius cui fit proteſtatio:quia in facto alieno eſt probabilis ignorãtia,niſi
facta ſit fides per inſtrumentum:nam hoc non videtur habere locum in
laboratore; quia,vt dixi,ſicut fuit facilis ad credendum conductori:ita
etiam debet contradicenti credere,& deſinere.

¶Secundo gl.in d.§.tignum.habet locum proter ignorantiam proba-
bilem in qua ſunt laboratores.Secus ergo videtur ſi ignorantia non eſ
ſet probabilis:vt quia eſſent vicini qui præſumuntur habere notitiam,
†quia vicinus præſumitur ſcire facta vicini.c.quoſdam.de præſumpt.& 11
no.Bar.& doct.in l.j.ff.ſi cer.pet.Et in ſimili caſu ad propoſitũ noſtrum
tradit Spec.in tit.de emp.& vend.§.nũc dicendum eſt. in fi. & in termi-
nis tradit Alex.in conſi.xxxvj.lib.j.ꝟ.alleg. Et pari ratione idẽ eſſet di-
cendum in aliis caſibus in quibus ſcientia præſumitur, vt quia eſſet fa-
ma in loco,propter quam ſcientia præſumitur:vt not.Bar.in l.is poteſt.
col.vj.de acqui.hær.& in l.ſi cui.§.eiſdem,ff.de accu.cum ſimi.& tradit
Alexan.in conſi.xxxvj.viſis his.col.ij.lib.j.& in cõſi.clxxvj.in hac cauſa
col.iij.lib.ij.& in conſi.clix.col.ij.eo.lib.ij.& ſecundum iſtam limita-
tionẽ procedit tex.in l.ij.in fi.in ver.ſi verò.ff.de term.mot.de quo tex.
opponit Alb.& non ſoluit in l.ſi quis id quod.ff.de iur.om.iu. Nam lo-
quitur ille tex.quãdo operarij ſcienter hoc fecerunt,vt colligitur ibi,in
ver.ſeq.quòd ſi per ignorantiam.vbi tex.aduerſatiuè loquitur de igno-
rantia.Ex quo datur intelligi quod in d.verſ.ſi verò.immediatè præce-
denti loquitur quando ſcienter id factum fuit.& nõ placet ſol. Moder.
in d.§.nuntiationem,qui dicunt quòd in tex.d.l.ij. ſequitur quando la-
boratores conducebantur ad opus illicitum: quia ibi non conſtat hoc
quia illa mutatio lapidum & terminorum de ſe non videtur de genere
prohibitorum.†Ad ſupradicta etiam eſſet videndum,an excuſetur ille 11
qui mandato iudicis aliquid facit. Et regula eſt quòd ſic,in regu.quod
quis.de reg.iur.in vj.& in l.non videtur.§.quod iuſſu.ꝟ.eo. & quomodo
hoc procedat & intelligatur,reſeruatur dicẽdum ibi, vbi melius cadit.

PHILIPPVS Decius Valentiæ.

## In l. In negotiis. Argumenta.

1 Furioſus quia agenda non intelligit,meritò negotium gerere nequit.
2 Furioſus ne ad pias quidem cauſas teſtari poteſt.

Teſtam



3 Teſtamentum furioſi aliquãdo Romæ approbatum legitur.
4 Furioſus pro delicto non punitur, quòd ratione careat & ſenſu communi.
5 Furioſi factum non perſonale dicitur,ſed caſuale.
6 Furioſus iiſdem cauſis,quibus & ignorans ligatur.
7 Filia furioſa aliquo caſu pro conſentiente habita.
Filia ſanæ mentis, ſi non contradixerit, pro conſentiente haberi debet.
8 Furioſus quo differat à pupillo fari valente.
9 Pupillus infans à pari procedit cum eo, qui infantiæ proximus eſt.
10 Pupillus qualiter obligari poßit,remiſsiuè.

### REGVLA V. PAVLVS,

*In negotiis cõtrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorum qui fari poſſunt, quamuis actum rei non intelligant.nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt: pupillus omnia negotia tutore autore agere poteſt.*

1 ¶PRIMO noto, quòd † furioſus nullum negotium
contrahere poteſt:quia non intelligit quod agit.§.furio-
ſus.inſtit.de inutil. ſtipul. & nulla eſt eius voluntas.l.fu-
rioſi.ꝟ.eod.§.præterea.inſtit.quibus non eſt permiſ.face-
re teſtamen.& in omnibus,& per omnia loco abſentis,&
quieſcentis habetur.l.ij.§.furioſus: ſuprà de iure codicil.
l.j.§.adipiſcuntur.ꝟ.de acquiren. poſſeſſ. & in l. vbi non
voce. §.furioſus.ꝟ.eodem.in l.ij. §.furioſus. ꝟ. de procu-
ratoribus.

¶Et iſta concluſio procedit etiam dato quòd actus per
furioſum rectè factus fuiſſet, prout prudenti cõueniret:
quia hoc videtur factum à caſu ex quo mente caret:vt di-
citur in d.§.præterea.cum ſimili. ꝟ. allega. Et hoc patet,
2 quia † etiam ad pias cauſas furioſus teſtari non poteſt:vt
Barto.concludit in l.j.in j.quæſtio.C. de ſacroſan. eccle.
bene facit text.in cap.fi.de ſucceſsio.ab inteſta. & in c. ſi-
cut tenor.de regu. & hoc videtur verum, quando conſtat
talem non eſſe ſanæ mentis: aliàs verò ex diſpoſitione
quæ maturè & prudenter facta ſit ex quo hic nõ conſtat
de furore, videtur quòd nõ præſumatur furioſus. Et hoc
4 modo videtur procedere quod notat Ioan. And. in capit.
5 fina.de ſucceſsio.ab inteſta. circa fin. vbi refert [a] † teſta-

[a] Refert. Ant. Corſ. in ſingu. verſ. teſtamentum. Iaſ. l.patre furioſo.col.ij. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. & conſilio cxlj.col. v.lib. iiij.Hipp.mar. ſingul.ccclxxx. vide Cor. cõſi. lxxiij.libro j. C.M.

 ment

a Mentis. Dixi remiſsiuè ad Alexan.conſi.cxlj.lib j.fa.Pentha. de Cre. repet. l.ij. col.lij.C. de reſcin.vend.Lud.Gomes in reg.Cancella.reg.de infir.reſignan. q.x. Sed quòd præſumitur furor perſeuerare,& in eo facto, Alexan.conſi.cxlvij. col, ij.lib.vii Bertran.conſi.xlviii ex proceſſu.col.ix.lib.i.vide Alcia. tracta. præſum, reg.ii.præſum.xviii.Caro.Molinæus.

mentum cuiuſdam qui dicebatur furioſus,ex eo ꝙ rectè factũ fuiſſet, Romæ in ſenatu approbatum fuiſſe, & recitat Bal.in c.j.in prin.per quos fiat inueſt.Alex.in l. furioſum.C .qui teſta.fac.poſ.& facit ꝙ no.Ang.in d.l. furioſum.vbi inquit,ꝙ in furioſo qui dilucida habet interualla,ex qualitate actus præſumitur factũ qñ erat ſanæ mẽtis a.cum ſi.& tradit Alex.in cõſi.cxij.maturéq;.col.iiij. A lib.j.& in cõſi.xxxvj.viſis atteſtationibus.col.pen. lib.ij.

¶†Secũdò,prædicta concluſio quæ videtur loqui in cõ- 4 tractibus, ampliatur vt habeat etiam locum in delictis, in quibus furioſus non punitur. l.ſed & ſi quemcunq;.§. ij.ff.ad leg.Aquil.l.illud.§.ſanè.ſ.de iniur. & etiam pro graui delicto b puta pro homicidio. vt eſt text.in l.diuus. ſ.de offic.præt.l infans.ſ.ad leg.Corn.de ſica.in l.pen.§. fi.ſ.de par. Aliqualis tamen pœnitentia imponitur, ſi furioſus poſt delictum commiſſum ad ſanam mentem conuertatur.vt dixit tex.xv.q.j.c.ſi quis inſaniens. & hoc toleratur, ne diſciplina eccleſiæ deſeratur. vt dicitur in c. excommunicatorum.xxiij.q.v. vbi imponitur pœnitentia pro homicidio permiſſo, ne diſciplina eccleſiæ deſeratur,& in hoc tenet Luc.de Pen.in l. ſi apparitor. col. fi. de coarta.lib.xj.Sed hoc dictũ non videtur verum: quia furioſus pro tali homicidio nõ efficitur irregularis. tex. in cle.j.de ho.ergo nõ videtur aliquo modo puniendus: & quia ſatis ipſo furore punitur.d.l. diuus.& d.l. pen.§. fi.de par.& quia ibi dicitur tale homicidium eſſe impu-

b Delicto. Nota tamen quòd ſi culpa ſua ſit factus furioſus & delinquit,nõ excuſatur. ita Car.in clemẽ.i. de homic.in vi. quòd de delicto tamen cõmiſſo ante furorẽ non poteſt puniri criminaliter. ita Bal. in c.i. de eo qui frat.ſuum occidit. & iſta eſt cõmunis opin. de qua vide latiſsimè per Iaſ. poſt Alex. l.ex facto. de vulg. & pup. colum. x. verſic. ſed pulchrum dubiũ. & Bald.in ca. in literis. de reſcriptis. & hoc procedit etiã ſi ante furorẽ fuerit condẽnatus,ſecundùm docto.ibi. Si tamen conſtaret de ſimulatione,bene poteſt puniri.ita Bal.l.furioſum.qui teſt.fac. poſſ. C. in cautela. hinc vſus eſt quidam iudex in patria mea quadam cautela cùm vellet mandare ſententiam executioni contra quendam malefactorem: fuit oppoſitum ꝙ non poterat propter ſuperuenientẽ furorem:tunc ipſe fecit ponere malefactorem in loco vbi erat ſagittandus;& præcepit cuidam ex executoribus vt percuteret ſagitta lignum in quo malefactor erat: quo facto ipſe alta voce petiit confeſsionem;& ſic detecta fuit malitia malefactoris. Qualiter autẽ probetur furor, vide Barb.c.cùm dilectus.de ſucceſ.ab inteſta.ii col.Iaſ.l.furioſum.i.col.quia quis non præſumitur furioſus,ſecundùm Bald.per illã l.in fine. C.de hæredibus inſtit.ideo alleganti incumbit onus probandi,vt per Bal.in l.nec codicillos.C.de codic.& Card.cle.i.ſ.alleg.in ii.q.Et an probetur per teſtem non reddentem ranitum



5 nitum.†Et quia factum à furioſo,videtur factum à caſu ſine facto perſonæ.vt dicit tex.in l.fi.in fi. ſ. de adminiſt. tut.& gloſ.hoc tenet in d.c.ſi quis inſaniens. in verſi. propria.& ad illum text.in princ. reſponſio colligitur. Non obſt.tex.in d.c.excommunicatorum.quia ibi poteſt eſſe culpa,quæ non cadit in furioſo.

6 ¶†Et ad ſupradicta notandum eſt, quòd furioſus a tamẽ
A obligatur ex cauſis ex quibus ignorans obligatur,vt probatur in l.iij.§.& ſi furioſi.ſ.de neg.geſt. & no. per gloſſ. hic, & tradit Barto.in l.Iulianus.in vij.col.ff.de condict. indebiti.

¶Et no.etiam caſum ſingu.quem glo.hic adducit in quo furioſa filia pro conſentiente habetur. in l. ij. §. voluntatem.ff.ſol.mat.vbi videtur ille tex.contra text. in l. quia certum.ff.loca.vbi furioſus non poteſt haberi pro cõſentiente:quia expreſsè conſentire non poteſt. Docto.laborant in ratione illius §.voluntatem.in d.l.ij.ſol.mat.Iaſ. ibi dicit quòd in d.§.voluntatem.non fingitur conſenſus aut voluntas: quia iſtud eſt impoſsibile in furioſo. d.l. qui ad certum.ſed ibi fingitur non contradictio: quia filia ibi furioſi habetur pro non contradicente.

¶Sed certè hoc videtur cõtra illum tex.qui expreſsè dicit conſentire eam,quia meritò credat: ergo ibi fingitur conſenſus: & nullo modo dici poteſt quòd fingatur ibi non contradicere: quia in veritate non contradicit filia furioſa.Cùm ergo habeamus veritatem, non eſt opus fictione: quia fictio cum veritate non conueniret.l. filio quem pater.ſ.de lib.& poſthu.

7 ¶†Præterea in illo caſu filia ſanæ mentis, ſi non contradicit,habetur pro conſentiente,vt ibi dicitur, niſi euidenter contradicat,videri patri conſentire, ergo in illo caſu non videtur differentia an fingatur conſentire,vel fingatur non contradicere. Et ideo ſtat cõtrarium de d. l.quia certum.quia in filia ſanæ mẽtis,taciturnitas habetur pro conſenſu: quia contradicere potuiſſet: ſecus videtur in furioſa.d.l.quia certum.

¶Sed poteſt reſponderi,vt dicit gloſſ. hic, quòd ibi ſit caſus ſpecialis: & ratio ſpecialitatis videtur,quia actio erat communis cum filia:& quia nõ agitur de intereſſe filiæ, ex quo pater teneretur illam iterum dotare, ſi non haberet dotem: vt not. per gloſſ in l.ij.§. quòd ſi in patris. in verbo,dos eſt.ff.ſol.matr.

tionẽ dicti ſui. vide Bald.in l. ſolã.C. de teſtibus. Paul. de Caſt in d.l.furioſum. H.C.

a Furioſus. Et an furioſus gaudeat omnibus priuilegiis pupilli. Bald.in l. ij.C. qui admitti. & vnum no. quòd licet furio non habeat conſenſum in contractibus, habeat tamen in quaſi cõtractibus. ita Bal. in ſua Margar. in verbo, furioſus.& in dubio ſi ſit furioſus per dilucida interualla ſi faciat teſtamentum vel contractum, præſumitur feciſſe tempore non dilucidi interualli: ita Bald.vbi ſ. H.C.

¶ † Secundo principaliter noto differẽtiam quam regula facit inter furioſum,& pupillum qui fari poteſt,& idem habetur in §.furioſus.& in §.pupillus inſtit.de inut.ſtip. Secus eſt in pupillo infante,quia furioſo æquiparatur,vt à contrario ſenſu colligitur hic.& ad idem pro iſta æquiparatione eſt text.in d.§.pupillus.in l.j.§.adipiſcimur.ſ. de acqui.poſ.in l.Fulcinius.§.adeò.ver.ita autẽ.ſ.ex quib. cau.in poſ.ea.in l.pupillus.ſ.de acquir.hære.in l.vij.ſ.de condic.fur.in l.quod infans.ſ.de rei ven.in l.infans.ſ.de ſica.in l.inuitum.de ſer.vrb.præd.in §.præterea.inſtitu. qui.non eſt permiſ.fa.teſt.in l.quod pupillus.ſ.de cõdic. indeb.in l.pupillus.ſ.de act.& obli.in l.j.C.de fal mo.limitatur in caſu l.infantis.C.qui admitti.vbi gloſſ.facit differentiam inter infantem & furioſum,de quo ibi dixi.

¶ † Et quod dictum eſt de pupillo infante,idẽ eſt ſi infantiæ proximus ſit.vt dicitur in d.§.pupillus.inſti.de inuti. ſtip.& glo ibi declarat,quãdo dicatur proximus infantiæ vel pubertati in verbo infantiæ proximus.& idem glo.in l.pupillum.in j.glo.ſ.eo.no.Bart.in l.j.ff.de noua.co.ij.

¶ Et de hoc quomodo intelligatur & procedat,videbimus in d.l.pupillum.ſ.eo.vbi melius cadit:quia text.ibi loquitur de pupillo proximo pubertati.Regula ergo ex differentia quæ traditur hic,procedit in pupillo qui ſit maior infante & proximus pubertati:quo caſu habet aliquem intellectum,& actus in eo fundari poteſt & ſuppleri cum autoritate tutoris: vt hic dicitur,& in d.§.pupillus.de inuti.ſtipul.

¶ † Et qualiter pupillus obligetur,no.Barto in d.l.j.col. pe.ſ.de noua.cuius dicta reaſſumit Ange.Aret.in d.§.pupillus col.j.& videbimus in l.pupillus.ſ.eo.

## In l.Non vult hæres eſſe. Argumenta.

1 Legitimus conſentiens hæreditatem transferri in inſtitutum, præſumitur nolle hæres eſſe.
2 Transferre latius patet,quàm concedere.
3 Transferre velle intelligitur quis variis modis.& nu.9.
4 Corrumpere volens mulierem,quando capite puniri debeat.
5 Voluntas non eadem eſt cum facto,ſed ipſa re diſtincta.
6 Verba ſtatutorum ſunt propriè intelligenda.
7 Veneno interficere volens, an ſit plectendus,ſi non perfecerit quod voluit.
8 Venenum emens necandi gratia punitur,ac ſi necaſſet.
9 Verba actum denotantia pro materiæ ſubiectæ ratione ſumuntur, quandoque pro ſimplici voluntate.
10 Voluntas ex facto collecta,præſumitur tacita.
11 Actus ſe habens per modum actionis,fortior cenſetur eo,qui per patientiam conſtat.
12 Non velle dicitur,qui etiam velle poteſt.



### REGVLA VI. VLPIANVS.

*NOn vult hæres eſſe,qui ad alium transferre voluit hæreditatem.*

¶ ISTA regula melius quàm gloſ.dicat,exemplificari poteſt in caſu l.ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus.ſ.de hære.inſtit.vbi hæres inſtitutus ſub cõditione
1 ſi legitimus hæres hæreditatem vendicare nolit.† Nam ſi legitimus cõſentiat quòd hæreditas in hæredem inſtitutum transferatur,apparet quòd non velit eſſe hæres,vt hic dicitur:qui enim rem in alterum transfert,illã nolle ipſe habere dicitur: vt de donatione text.dicit in l.ſenatus.§.j.ff.de dona.cau.mort.vbi qui donat, illum potius quàm ſe habere mauult.Et qui rem habet pro delicto, intelligitur voluiſſe in alium transferre,& à ſe omnino reiicere:vt inquit tex.in l.j.in l.ſi id quod.§.fin.ff.pro dereli.in l.quod ſeruus.in princip.ff.de ſtipulat.ſer.& in §. hoc amplius.inſtit.de rer.diuiſi.Et ideo hic bene dicitur, quòd non vult hæres eſſe,qui ad alium voluit hæreditatem transferre:& verbum iſtud,transferre,de quo text.
2 loquitur,intelligitur de totali abdicatione: † quia plus eſt transferre,quàm concedere.vt per glo.in c.j.de commo.in §.ſed quod principi.in verbo,conceſsit.inſti.de iure natu.& in ca.lex eſt.ij.diſtinct.quæ exponit tranſtulit,id eſt conceſsit. Et ideo tranſlatus de vna eccleſia in aliam,nihil retinet de prima.xxj.q.ij.ca.ſi quis tranſlatus.Et not.Bald.per illum text.in l.Vlpianus.ff.de excu. tut.Et dum in tex.dicitur hic voluit transferre.iſta verba dupliciter intelligi poſſunt.
3 ¶ † Primo ſimpliciter pro nuda voluntate: vt quia declarauit voluntatem ſuam eſſe quòd hæreditas in alium transferatur,prout dictum eſt in figuratione caſus, per illum tex.in d.l.ſi quis ita hæres.

¶ Secundo,illa verba,voluit transferre.intelligi poſſunt cum effectu,ita quòd re ipſa hæreditatem ipſe in alium tranſtulerit.Et ita videtur glo.hic intelligere.

 ¶ Et

¶Et ſecundum iſtum intellectum hic probatur quod
voluit glo.not.per illum tex.in l.fi.ff.de re.diui.quæ ver-
ba hic poſita,muros tranſcendere voluerit:interpretatur
& intelligit,quòd re ipſa tranſcenderit muros.†Et Bart. 4
ibi per illam glo.infert ad ſtatutum quo cauetur quòd A
ſi quis voluerit[a] aliquam mulierem corrumpere,capite
puniatur. Nã intelligitur,quòd cum effectu illam cor-
ruperit.Et ex hoc dicto Barto.infert Franc.de Cre.in ſuo
not.xlix.defenſaui ſemel.quòd ſtãte ſtatuto,quòd ſi quis
voluerit aliquem venenare, capite puniatur,quòd tale
ſtatutum non haberet locum in illo qui præparauerat
venenum,ſi delictum non fuit conſummatum:quia ver-
bum illud,voluerit,intelligitur de re ipſa quòd fecerit.
Et pro tali expoſitione etiam eſt glo.in l.j.in verbo vo-
luerit.ff.de leg.ij.Et illum not.ibi Alexan.in fi.poſt Pau.
de Caſt.Et ad idem eſt glo.in l.fi.in princi.C.de condi.in
ver.voluerit.quæ exponit voluerit,id eſt elegerit.& in l.
ſi conſtituerit.in verſi.voluiſſe.ff.fini.reg.& in l.quòd ſi
ab initio.ff.ſi cer.peta.& in c.ſi diligenti.in verbo,purga-
re.de foro compet.& not.Bald.Ange.& Imo.in l.ſi quis
Sempronium.ſ.de hæredi.inſtit.
¶Sed tamen [b] aduertendum eſt in prædictis quæ Docto- B
res ſimpliciter ſequuntur.Nam talis expoſitio eſt cõtra
proprietatem verborum:†quia voluntas ab ipſo facto ſe- 5
parata eſt,& diſtinguitur.c.j.de eo qui mit.in poſ.l.pro-
miſſor Stichi.§.cum conſtituto.ſ.de conſtit.pec. Et ideo
exponere verbum voluerit pro ipſo actu,eſt contra pro-
prietatem verborum. Bene fateor quòd talis expoſitio
tolerari poteſt quandoque propter ſubiectam materiã:
quia verba ſecundum ſubiectam materiam accipiuntur.
l.ſi vno.in prin.vbi Bar.C.loc.etiam impropriando ver-
ba:vt Alexan.tradit in conſil.v.puto de iure.lib.iiij.cum
ſimil.vt dicam in l.quoties.j.eod.Et hoc modo procedit
& intelligitur glo.in d.l.fi.ſ.de rer.diui.Nam illa expo-
ſitio ibi neceſſaria eſt quòd exponatur verbum illud,
tranſcendere voluerit,pro facto quod tranſcenderit:quia
pœna de qua ibi agebatur,erat impoſita pro ipſo fa-
cto,vt dicitur ibi in principio.l.ſi quis violauerit.Nam
verbum illud, violauerit, deſignat factum. vnde licet
poſtea inferius in eadem l.dicatur quòd Remus occiſus
fuit ex eo quòd muros tranſcendere voluerit: conſonat
quòd verbum illud voluerit,pro facto accipiatur,ſecun-
dum

a Voluerit. iſtud dictũ ſequitur Barbat. in c.quia nonnulli.de reſcri. col.xvii.& Fely.in ſuo tract. quando conatus puniatur.in iiii.col.in prin. quem vide in iſta materia.& Socin.in tract. fallen.in regu. xxxi.folio viii. & Bertachi.in ſuo reperto.in verſic.venenatio.

b Tamen.eadem tradit & tenet Deci. in l certi condictio §.fi.col.ii. ſ.ſi cert.peta. vbi aliquid dixi.C.M.



dum quod in princip.l.dicitur.Et ideo illatio quam facit
Barto.ad ſtatutum in d.l.fi.non bene probatur in ſtatu-
to: quia in ſtatuto non concurrit illa ratio ita interpre-
tandi quæ in præalleg.l.fi.habet.
6 ¶Et in contrarium eſt regula communis,†quòd ſtatu-
torum verba propriè intelliguntur.l.iij.§.hæc verba.
vbi Barto.ff.de neg.geſt.
¶Minus etiam ſatisfacit illa deciſio Franc.de Cre.quòd
ſtatutum,ſi quis voluerit venenare aliquem,non habeat
locum in eo qui præparauit venenum.
¶†Primo,quia militat ratio inducta cõtra Bart.quòd in
7 caſu ſtatuti non ſubeſt illa neceſsitas[a] recedendi à pro-
A prietate verborum,prout erat in caſu d.l.fi.de rerũ diui.
¶Secundo,quia in caſu in quo loquitur Frãc.de Cremo-

a Neceſsitas.Imo videtur quòd ſic:quia ſtatuta punientia delicta,intelliguntur de conſummatis,iuxta doctrinam Barto.& omnium in l.j.ad leg.Cor.de ſica.& & ſtatuta debent intelligi in caſu vero,& non ficto.l.iii.& ibi Bal.§.hæc verba.de neg.geſt.& l.quicquid.de verb.oblig.§.& ſic iſta voluntas venenandi etiam ſi proceſsit ad actum propinquum,dicitur ficta.vnde nõ poteſt puniri per ſtatutum quia requirit factum verum & conſummatum; prout in ſimili cõſuluit Bald.in conſil. ccclvi. incipiẽ. ſtatuto Placentiæ.in i.vol.vbi vult quòd ſtãte ſtatuto Placẽt.quòd quicunque nixus fuerit adulterium committere,decapitetur, quòd ſi quis tẽtauerit, & non potuit adimplere,quòd non ſit decapitandus,ſed quòd puniatur alia pœna pecuniaria: per not per Cy.& doct.in l.is qui cum telo.ad leg.Cornel.de ſicar. Tertio facit, quia per conſuetudinem totius mundi eſt derogatum omnibus legibus diſponentibus conatum puniri.vt vult Spec.in titu.de accuſat.in §.i.quem ſequitur Bald. in conſi.ccclxi.in i.volu.incip.quidam rumor.& Alex in conſil.xv.in i.volu.ii.col. Ange.& Mod.in l.i.§.hæc autem verba.ff.quod quiſque iur.Fely.in tract.quando conatus puniatur.in iii.col.Ange.in tract.maleſi.in verſi.& ex interuallo.pen. col.Bertachi.in ſuo reper.in verſi.venenatio.vbi dicit ſe pluries iudicaſſe Romæ. Barbat.latiſsimè in conſil.xxxiii.in ii.volu.& hæc eſt communis opin.prout ipſe dicit.& ſic videtur quòd bene iudicauerit Franciſ.de Cremo.exponendo venenauerit,id eſt,re ipſa fecerit.& mors ſecuta eſt.pro quo facit tex.gloſ.in c conſulere.de ſimo.his tamen non obſtantibus credo opin.do.Philip.veram per ea quæ ipſe ſubtiliter dicit,prout moris eius eſt ſemper mittere falcem ſuam in materias ſubtiles,nodoſas,& intricatas,& eas miro & ſubtili modo enucleare:nã negari non poteſt,quòd voluntas ſit ſeparata ab ipſo facto.text.cap.i.hic per eum alleg.vbi glo.in ver.voluntatem,alleg plures concor.quæ voluntas in delinquendo retenta in animo etiam in atrociſsimis delictis non punitur.l.cognitionis.ſuprà de pœnis.latè Car.in Clem.i.de vſur.in iii.q.ſed vbi proceſſum eſt ad actum exteriorem,efficitur punibilis.vt not.dicit Bal.in l.non ideo minus.C.de accuſ.vii. col.dicens,quòd etiam in atrociſsimis voluntas,ſeu ordinatio ad delinquendum nõ punitur,niſi proceſſum ſit ad aliquem actum ordinatũ de præſenti ad ipſum factum,quo caſu venit punienda:ſic ergo in præſenti caſu. Secundo,vbi quis eſt impeditus impedimento facti,vt quia fuit detectus,nõ venit puniendus conatus: vt volunt Docto.maximè Card.in d.c.i.de eo qui mit.in poſ.Tertio,ſtatutum loquitur clarè & expreſsè puniendo ipſam voluntatẽ ergo debemus ſequi illud: quia lex vel ſtatutum quantuncunque durum & rigoroſum ſit, vbi clarè loqui-


na,ille

tur,eſt ſequendum.l.proſpexit.ff.qui & à quibus. Quarto,verba ſtatuti ſunt intelligenda propriè vbi abſonus intellectus nõ ſequitur· vt in l.iii.§.hæc verba.& ibi Barto ff.de neg.geſt.ita in caſu iſto cum clarè conſtet voluntatẽ ſtatuentium velle punire ipſam voluntatem delinquendi propter atrocitatem delicti : vt in l.j.C.de maleſi.vbi glo.Salic.& Ioan.Fab.& Ange.poſt glo.in §.alia.inſtit.de publi.iud. Bal.in ſuo cõſi.clxiiii. in iii.volu.vbi appellat iſtud delictum grauiſsimum, dicens quòd cõmittens tale delictum, proditor & homicida nuncupatur.ergo ſi eſt grauiſsimum, quare non puniet eius conatus, ſicut in aliis etiam hodie.vt in crimine læſæ maieſtatis,& in aſſaſinamento: vt vult ipſe Bal. & Angel poſt gl.ibi in dic.§. hæc verba. & magis latè Ludouic. Bolo.in ſuo conſil viii. in iii.col.verſi. quo aſſaſinamẽto. Quinto, facit dictũ conſilium Bal.cclvi. vbi vult, quòd ſi ibi probatum eſſet ꝙ ille qui tentauit committere adulterium,feciſſet quicquid potuerit,& per eum non ſteterit,quòd veniret puniendus:tamẽ quia ibi non perſeuerauerit:quia aufugit,non venit puniendus.& ad contraria.ſ.adducta reſpondeo,quòd nos loquimur vbi ſtatutum clarè vult punire conatum:quia tunc non poteſt dici caſus fictus,imo verus,quia ipſa voluntas delinquendi verè eſt : nec etiam non conſummatum, quia ſatis eſt conſummatum illud quod punit ſtatutum.nec etiam obſtat communis opinio,quæ habet,quòd generali conſuetudine eſt hodie derogatum omnibus legibus punientibus conatum,quia illa nõ extẽditur ad atrociſsima delicta,vt ſ.dictum eſt,nec etiam obſt.dict.cap.conſulere,qua reſponde,

na,ille non habuit ſimplicem voluntatẽ,ſed deuenit ad
actum,quia venenum præparauit: & per eum non ſtetit,
quia detectus fuit,vt ipſe dicit:quo caſu ſtatutum videtur
voluiſſe talem pœnam imponere propter atrocitatem
delicti:quia plus eſt hominem veneno interficere:quàm
gladio.l.j.C.de male.Et ad hoc bene facit deciſ.Bar.in l.
j.ff.de parric.vbi in vlti.not.per illum tex.dicit,quòd ille
†qui emit venenum vt daret alicui,licet non dederit,pu- 8
nitur tamen ac ſi dediſſet.Quod dicit notandũ eſſe contra quoſdam monachos qui voluerunt abbatẽ venenare.

¶ Et de hoc not.Ioan.de Ana.in rub.de his qui fil.occ.&
Barth.Veron.in conſil.lxxxj.viſa inquiſitione.& eſt conſilium vltimum.Et idem Bartho.Veron.in conſil.v.caſus
talis.& in ſimili caſu de abortiuo tradit And.Sicul.in cõſil.xxiij.ſapientiſsimus dicit.lib.ij.col.pen.

¶ Eodem modo quantum ad caſum huius l.applaudet
quòd verba illa transferre voluerit,intelligantur cum
effectu propter ſubiectam materiam:vt ſ.dictum eſt.

¶ †Sic etiam econtrà propter ſubiectam materiã verba 9
quæ denotãt actum & effectum,pro voluntate ſimplici
quandoque accipiuntur.l.ſtipulatus ſum damam.de verbo.obliga.cum gloſ.in ver.dares,quæ exponit,dare velles.l.ij.in princ.ff.ſolu.matri.in ver.cogitur.circa ſi dum
dicit:ſtipulanti.id eſt ſtipulare volenti.& in l.illud.C.de
ſacroſanc.eccle.in ver.fecerit.quæ exponit,id eſt facere
voluerit.facit text.in l j.§.j.ff.de aqua plu.arcen.cum gl.
in ver.noceat.quæ exponit,id eſt nocere poſsit.ad idem
tex.in l.Labeo.in princip.ſ de ſtatu libe.ibi,nocet,id eſt

nocere



nocere poſsit.& in l.hæ actiones.ff.ad Velleia. cum gloſ.
in ver.competunt.quæ exponit, id eſt competere poſſunt
cum ſim.vt in not.caſu tradit And. Sicul.in conſ.xxj.præclarè dicitur.col.iij.lib.ij.& conſi.lxxxj. præclarè & eleganter.col.ij.lib.iiij. ¶ Et retento ſupradicto intellectu,
ad iſtum tex.ꝙ verba illa transferre voluit,intelligantur
cum effectu,ita quòd realiter in alium hæreditatẽ trans-
10 tulerit, colligitur & bene probatur hic, † quòd ex facto
voluntas declaratur.ad idem tex. in l. Paul.reſpondet.ff.
rem rat.hab.in l.ſi auia.C.de iure delib.in l.reprehendẽda.cum glo. C.de inſtit. & ſubſti.vbi glo.in ver.comprobaſti.quæ alleg.bonum tex.in l.de quibus.ſ.de legib.

¶ Et plus eſt aliquid facere facto, quàm verbo : vt dicit
a Statuto.Do. Soci.tenet contrariũ per pulchra fundamẽta, in rub.ff de acquir. poſſ. in fi.verbis Iaſ.tamẽ ibi dicit cõmunẽ opi.eſſe contra Soci. & ibi latè p doc. circa hanc materiam.H.C.

b Frater.ſ.eo.l.ij.nume.117. C.M.

c Requirũtur. Imò non ſemper,vt not.in l. ſancimus.C. de teſta.& dixi ad Alex.conſ.ciiij. lib.ij.C.M.

## In l. Id quod noſtrum. Argumenta.

1 Voluntas noſtra quare facti eſſe dicatur.
2 Facti vocabulo venit quandoque non factum.
3 Princeps & reſpublica occaſione data rem meam mihi auferre poſſunt.
4 Commune quod eſt , meum aliquo modo eſt.
5 Liberta patrono nupta non poteſt eo inuito diuertere.
6 Meum,tuũ,ſuũ,hæc verba in dubio pro toto ſunt accipienda.

Condit

7 Conditio, ſi meus erit, verificatur ſi meus pro parte ſit.
8 Res tota in dubio venit rei vocabulo.

## REGVLA XI. POMPONIVS.

ID QVOD *noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt.*

¶ IBI in text. facto noſtro. Hîc factum noſtrum pro voluntate ſimplici etiam accipitur. †Nam voluntas no- 1 ſtra & animus facti eſſe dicitur l. bonæ fidei. §. j. de acqui. rer. domi. ibi ad factum pertinet. not. Bart. in l. pro hærede. in prin. ad fin. ff. de acquir. hæred.

¶ Secundo factum noſtrum hîc etiam non factum includit. †Nam appellatione facti, etiam non factum contine- 2 tur. inſtit. de nupt. §. ſi qua vxor. in fin. vbi dicitur rectius illos facturos ſi ſe abſtinuerit. & not. per gloſſ. & doct. in l. iij. in prin. ff. de verb. oblig. Et hoc etiam habet locum in materia pœnali: vt tradit Alex. in l. vbi autem. §. qui id quod. ff. de verb. oblig. & in terminis regulæ hoc patet: quia id quod noſtrum eſt, mediante negligentia, & ſic mediante noſtro facto ad alium transfertur: vt contingit in præſcriptione & vſucapione. l. j. ſ. de vſucap. l. traditionibus. C. de pact. & glo. hîc dicit, dum inquit, quòd ille qui tacet & patitur contra ſe præſcribi, dicitur aliquid facere. & fortior videtur iſta tranſlatio quæ fit mediante præſcriptione. quia prælatus qui non poteſt alienare, cum eius negligentia eccleſia priuatur iure ſuo mediante præſcriptione. c. veniens. de præſcript.

¶ Et iſta regula ſic declarata limitatur non procedere ex causa: †quia princeps[a] & reſpublica ex cauſa poſſunt rem 3 meam mihi auferre. l. item ſi verberatum. §. j. vbi Bar. ff. A de rei vend. l. Lucius. ff. de euict. not. in l. Antiochenſium. ff. de priuil. cred. & ibi Bart. Imò etiam officialis ex cauſa hoc poteſt. l. fi. §. Titius. vbi Bart. ff. de pig. act. Et hoc ſanè intelligitur, dummodò pretium ſoluatur. l. ſerui. vbi Bald. C. pro quib. cauſ. lib. accip. glo. in l. ſi locus. §. fi. ff. quemad. ſer. amit. & not. Bar. in d. l. fin. §. Titius. Arch. ix. q. iij. c. per principalem bonus text. in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia præd.

¶ In hac l. eſt glo. not quæ allegatur, † quòd illud quod eſt 4 commune, dicitur meum[b] largo modo per fictionem, & 5 non propriè[c]: & iſtam gl. ſequitur Bar. in l. ſerui electione. §. j. in fi. ſ. de leg. j. per text. in l. illud. ff. de rit. nupt. vbi videtur tex. dum ibi dicitur, quia non propriè videtur eius libert

a Princeps. vide latiſsimè laſo. l. Barbarius. de off. præſ. vj. col. verſi. circa duas vltimas. Can. ca. quæ in eccleſiarũ. de conſt. H. C.

b Meum. Dec. c. ratio. de præben. l a ſ. l. cætera. §. itẽ quæri poteſt de leg. j. Alci. in l. pupillus. §. fi. de ver. ſig. dixi in conſuet. Pari. §. j. gl. j. q. vij. C. M.

c Et non propriè. adde Bar. l. ſi teſtamento. in princi. ff. de cond. inſti. & l. hoc legatũ. de leg. iij. & doct. in c. cũ in illis. §. fi. de præbẽ. li. vj. vbi dicit quòd in materia fauorabili meũ dicitur quod eſt cõmune: ſecus in odioſa: de qua vide Car. in cle. j. de ho. in ii. col. in fin. adde tamen Bal. in l. i. C. de commu. re. ali. qui dicit quòd commune dicitur meũ tantũ vſq; ad diſpoſitionem partis meæ & non vltra. H. C.



liberta, quæ etiam alterius ſit. Nicol. de Neapol. in d. §. j. & Alb. de Roſ. quem ibi Alex. refert, dicunt, quòd tex. in d. l. illud. videtur probare contrarium: & illum contra Bart. inducit Are. in d. §. j. quia licet primo, ſecundũ ſententiam Iaboleni, text. dicat quòd res cõmunis propriè non ſit mea: tamen videtur recedere ab illa opi. dum inquit, aliis contrà viſum eſt: quia libertam eius eſſe negari non poteſt, licet alterius quoque ſit liberta: & Iureconſultus illam approbat. & ſic videtur recedere à prima opi. Iaboleni.

¶ Sed reſponderi poteſt, quòd licet ſententia Iaboleni reprobetur in deciſione illius caſus. Ratio tamen alle. non reprobatur: & ibi de liberta communiter iudicatur idem quod de propria: † quia liberta nupta patrono, non poteſt illo inuito diuertere. l. fi. in prin. ff. de diuor. & hoc fuit ſtatutum propter reuerentiam patroni: vt dicitur in l. in eo iure. §. fi. ff. de rit. nup. Et talis reuerentia inſolidum patrono debetur. l. communis libertus. ff. de in ius voc. l. fi. de iur. patr. l. quædam mulier. ff. fa. erc. & iſta ratione in d. l. illud. de comm. lib. idem iudicatur quod de propria: vt Soc. ibi declarat, & ibi eſt caſus ſpecialis fauore matrimonij: vt not. Io. And. in c. fi. col. ij. de verb. ſig. in vj. Et difficultas ſecundum Are. in hoc conſiſtit, vtrum ille qui dicit rem ſuam, ita propriè loquendo intelligi poſsit de parte, ſicut de toto: & ipſe tenet, quòd res propriè ſua dicatur, ſi pro parte ſua ſit: quia in materia pœnali quæ propriè & ſtricte intelligitur, appellatione rei meæ venit communis. d. l. libertus. Sed reſponſio colligitur ex ſ. dictis.

¶ Ad idem Aret. inducit text. in l. rectè dicimus de verb. ſignific. vbi res communis non falſò dicitur mea.

¶ Sed dic verum eſſe, quòd non falſò dicitur mea: quia excuſatur à falſitate ex quo mea eſt pro parte. Sed non ſequitur quòd propriè dicatur mea. ad idem alleg. text. in l. pupillus in fi. de verb. ſign. vbi dicit, quòd verbum, ſuum, ambiguum eſt, an de toto vel de parte intelligatur. & ideo qui iurat ſuum non eſſe: addere debet, neq; ſibi cõmune eſſe.

6 ¶ †Sed dic quia licet verbum ſuum, ambiguum ſit, in dubio cum pro toto intelligitur inferius dicam. Illa expreſsio, quòd non ſit communis, videtur facta ad maiorem declarationem, vt glo. ibi dicit: & not. Io. And. in d. c. fi. de verb. ſign in vj. col. j. vbi dicit, quia verbum, meum, de vi verbi debet intelligi quòd ſit meum ſimpliciter,[a]
A id eſt omni ſui parte & dicit quòd text. in d. l. pupillus. intel

a Simpliciter. Alex. conſ. cxcv. num. 1. libr. vj. C. M.

intelligitur ad tollendam dubitationem: vt ibi no. & ſic videtur appro-
bare gloſſ.ibi, & concludit, quòd commune non poteſt propriè dici
meum: & idem ſequuntur doct.ibi, col.ij.
¶ † Vltimo Aret.alleg.l.ij.in prin.ff.de condi.inſti.vbi illa conditio, ſi 7
talis ſeruus meus erit cum moriar, verificatur etiam ſi meus ſit pro par
te.& ſic videtur ꝙ propriè verificetur: quia conditio eſt voluntaria quæ
formaliter debet impleri.l.Mæuius.& l.hæredi.de condi.& demonſt.
¶ Sed poteſt reſponderi, quòd ibi illa cõditio verificata videtur vt actus
valeat: quia aliàs ſi in totum ſeruus proprius remanſiſſet, inſtitutio
non valuiſſet: quia erat inſtitutus ſeruus ſine libertate, quo caſu inſti-
tutio non valet. Sed in aliena in totum vel in parte valet.l.iij.ff.de hær.
inſtit.& ita illum text.declarat Socin.in d.§.Labeo.in l.ſerui, alleg.de
leg.j.licet idem Soci.referat dicta Aret.& ſequatur in conſi.ccxl.incip.
circa præſentem conſultationem.col.v.
¶ Et concludendo cõcluſio gl.hic veriſsima videtur, quòd propriè illud
quod eſt commume, non dicitur meum: † quia appellatione rei ſimpli- 8
citer de tota intelligitur: vt dicunt Ioan.Mona.Ioan.And.& Dom.in d.
c.fi.de ver.ſig.& ſi quandoque contrariũ reperitur, illud videtur proce-
dere in caſibus ſpecialibus qui habent particularẽ rationem, & hoc mo
do etiã procedit tex.in l.j.§.domini appellatione.ff.ad Sillan.ibi, etiã
appellatione domini pro parte dominiũ contineri dicendũ eſt, quia in
illa materia, vt occaſio delinquẽdi remoueatur, fit larga interpretatio:
vnde ibi etiam filius viuente patre dominus reputatur in l.j.§.domini
appellatione.el ij. Et ꝙ ſecundũ regulam appellatione rei ſimpliciter
de tota intelligatur, probatur in l.ſi quis cum totũ. in prin ff.de excep.
rei iud.vbi parificatur ꝙ quis petat totum fundum, vel fundum ſimpli
citer. ad idem tex.in l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.ff.de interrog.act.
in l.de pupillo.§.qui nuntiat.ff.de ope.no.& ibi Bar.cum ſimi.vt tradit
ibi Alex.& idem Alex.in conſi.cxiij.viſo.in fin.lib.iij.Abb.in c.ij.de li-
bel.obla.col.iij.ver.ſecundo dicit gl.& facit tex.in l.j.§.edere.ff.de edẽ.
vbi dicitur, ꝙ edere dicitur ille qui totum edit. Et ideo quando res com
munis tanquã propria iudicatur, iura vtuntur verbis deſignantibus im
proprietatem.l.extraneo.de quæſt.ver.cum enim.ibi, de cõmuni ſermo
habendam quæſtionem reſcripſit, quòd pro domino fore videretur.

## In l. In teſtamentis. Argumenta.

1 Teſtamenta locum habere, intereſt reipublicæ.
Intereſſe publicum dum tractatur, verba latiſsimè interpretantur.
2 Statutum fauorabile eſt, quod de non rumpendo teſtamento factum eſt.
3 Legata etiam in teſtamentis relicta, ſtrictam recipiunt interpretationem.
4 Miſtus caſus quando contineatur ſub ſimplicibus.
5 Teſtamenta pleniorem admittunt interpretationem, quàm contractus.
6 Legata in teſtamentis relicta, paratam habent executionem.
7 Argumentum à teſtamento ad contractus, eſt nullum in dubiõ.





REGVLA XII. PAVLVS.

A IN *teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretamur.*[a]

¶ In teſtamentis plenius voluntates teſtantium inter-
1 pretamur.& idem dicitur in c.cũ dilecti.de dona. † nam
agitur de intereſſe publico, quòd teſtamenta habeãt lo-
cum.l.vel negare.ff.quemad teſt.ape.l.Gallus.§.ſi is.vbi
Bal.ff.de lib.& poſthu. Et quãdo agitur de intereſſe pu-
blico, lata interpretatio fieri debet.l.ij.§. exercitum. vbi
Bar.ff.de his qui not.infa.l.quemadmodum. vbi Bar. de
2 agrico.& cenſi. lib. xj. † & propter hoc ſtatutum de non
rumpendo teſtamentum dicitur eſſe fauorabile. vt not.
Bal.in conſi.ccccxxxiij.incip.domina Ioanna. lib. iiij. &
ideo in fauorem teſtamenti iudicari debet.l ſiue pars. ff.
de inoffic.teſta.c.fi.de re iud.
3 ¶ Et iſta regula nõ videtur habere locũ † in legatis, quæ
licet in teſtamẽto relicta ſint, tamẽ ſtrictè debent inter-
pretari.l.nũmis.de leg.iij.l.apud Iulianũ. §. Seio.de leg.
j.cum ſi.vt dixi ſupra in reg.in obſcuris. Et ideo gl. quæ
ponit exemplũ in legatis, nõ bene dicit. & Bar. in l.cum
annus.de cond.& demon. videtur iſtam legẽ intelligere
reſpectu inſtitutionis: quia inſtitutio eſt caput teſtamẽti.
§.ante hæredis.inſtit.de leg. Et ideo fauorabilior inter-
pretatio fit in teſtamentis quàm in legatis: vt no. per gl.
fi.in l.ſi plures.ff.de condi.inſtit.& ad hoc facit text. in l.
cum quidam.iuncta l.pe.§.illo.C.de neceſ.ſer.hær.inſti.
4 ¶ † Vide tamẽ tex.in l.Titiæ textores.de leg.j.vbi etiam
in legatis videt̃ fieri larga interpretatio: quia caſus mix-
tus ſub ſimplicibus continetur. Sed poteſt reſponderi, ꝙ
ibi erat facta prouiſio de vtroque ſimplici: quo caſu licet
materia odioſa ſit, tamẽ prouiſio facta in vtroq; ſimpli-
ci videtur habere locum in mixto: vt probatur in l. ſi ita.
ff.de iniu.rupt.& irri fac.teſt. vbi hoc dicitur in exhære-
datione quæ odioſa eſt.l.cum quidam.ſ.de lib.& poſthu.
Et de intellectu l.Titiæ textores.not.Bar. in l. ſeruis vr-
banis.§.fi.de leg.iij.Aret.in l.Gallus.§.& quid ſi tãtum.
col.iij.verſi.tertio adde.de lib.& poſthu.
¶ Item regula bene procedit comparatiuè ad cõtractus:
5 † quia plenior fit interpretatio in teſtamentis, quàm in
6 contractibus[b]: vt dicitur in d.c.cũ dilecti.de dona. Nam
in teſtamentis appellatione filiorum veniunt nepotes:

a Interpretamur. Quæ ſit interpretatio vide Bald. in rub.C.de verb.ſig. & quotuplex ſit, vide Bar. l. omnes populi.in vj.q.de iuſtit.& iur.& ibi Alex. & Bald. in l. iij. C.de li. præte. & quãdo ſit facienda latè, & latiſsimè, vide hic Bart.& in l. ij. C. de bon. vac.lib.x.H.C.

b Cõtractibus. Quæ ſit ratio differẽtiæ: vide Iaſo. poſt Albe.in l.beneficiũ.de conſti.princi.colũ. iij. verſic.in quarta parte. vbi ſatis latè tractat Alb.hãc materiã, & in trac.ſtat.in rubri.an ſtatu. recipiãt. interpretationem.H.C.

ſecus in contractibus:vt no.Bar.in l.liberorũ.col. vj.ff.de verb.ſig.† & relicta in teſtamentis paratã [a]habent exe- 5
cutionẽ:vt no.Ang.per illũ text.in §.illud quoq;.in ver. 6
item no.in auth.de hære.& fal.& no.Bar.& Doct.in l.fi. per illũ tex.C.de edic.diui Adr.tol.vbi Alex.in ij.notab.
¶ Secus eſt in aliis inſtrumentis quæ nõ habent paratam executionem.l.minor vigintiquinque annis.ff.de mino. & in diſpoſitis in teſtamento maſculinum concipit fœmininum. Secus in contractibus, ſecundum communem opin.vt ſupra latè dixi in l.ij.eod.tit.

¶ Et ex his comprobatur quod dicit Alex.in cõſi. lxj.incip.ſuper eo.col.iij. lib. j. † quòd in dubio non valet ar- 7
gumentum de teſtamento ad contractus [b]: ſecus tamen 8
vbi conſtaret quòd eſſet eadem ratio, quia tunc valeret argumentum:vt ibi Alex.dicit. & hoc modo procedit in l.ſeruum filij.§.eum qui chirographum.de leg.j.in l.pactum inter hæredem.ſ.de pactis.in l.j.vbi Bal.C.de lege Fuſia Cani.tol.cum multis ſimi. & per iſtã regulam arguit d.Alex.in conſi.cclx.col.iij.lib.iij.& in conſ.lviij. lib.iij.col.fi.Abb,conſi.xxxij.lib.ij.col.ij.

a Paratã. Iure non probatur, & contrarium etiã tenet Dec. in l. fin. C. de edic.diui Adri. tol. vbi tamen dixi prouiſionẽ decerni poſſe à iudice cauſa cognita. & latius in conſuetu. Pariſi. §. xcv.C.M.

b Contractus. Nico. Eueral. in loc. lega. Ioan. xvij. de contra. ad vlt. vol. Vin. Hercu. diſpu.j.col. xxxj. Salic. Iaſ. l.fi.C.de lega. Vide Paulum Iaſ. in l. pactũ inter.de pactis. Cor.cõſi.cij.li. iij. Dec.l.j.col. j.C.de inſtit.& ſubſtit.C.M.

## In l. Non videtur cepiſſe. Argumenta.

1 Actionem habere, ſed eliſam exceptione, perinde eſt, ac ſi nullam habeat.
2 Debitum non dicitur, quod perpetua exceptione defenditur.
3 Creditor nõ dicitur negligens, qui potuit exceptione repelli.
4 Actio intentata perimitur per exceptionem, quæ opponitur.
5 Sententia pro actore fertur, ni exceptio ex parte rei probet.
6 Iure ipſo liberari magnopere differt ab eo quod eſt ope exceptionis liberatum eſſe.
7 Exceptio quando perimat actionem, & quando non.
8 Præſcriptio petitione ſola interrumpitur.

### REGVLA XIII. VLPIANVS.

NON *videtur cepiſſe, qui per exceptionem remouetur à petitione.*

¶ AD iſtam regulam alia conformatur in l.nihil intereſt. infra eo. vbi dicitur, † nihil intereſt ipſo iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. & facit alia regu.quæ habetur in l.ſi quis obligatione. ſ. non poteſt videri cepiſſe.infra.eod.

¶ Et per iſtam reg.confirmatur ꝙ no. Bal. in l. ꝙ ſi maritus. §.ſi quis autem.ſ.de conſti.pec.vbi inquit, † ꝙ non 1
dicitur



dicitur deberi illud quòd perpetuâ exceptione defendi poteſt.facit tex in l.debitor.in l.creditor.ſ.de verb.ſig.& iſta ratione valet legatum factum creditori,cui exceptio perpetua competebat.l.ſi creditori.in prin.de leg.j.

¶ Et per iſtam reg. etiam infertur ad illud quod no.Pet. de Ancha.in conſi.v.pro parte. in vlt. dub. dum ibi con-
3 cludit † quod non dicitur eſſe in negligentia ille qui non petiit debitum à quo debito excludi poterat exceptione:quia ille malè agere dicitur,cui obſtat exceptio. l.verum.ſ.de compenſa.

¶ † Et ad declarationẽ regulæ conſiderandum eſt,quòd
4 oppoſita exceptione actio intentata perimitur. l. quæcũque.ſ.de cõpen. & exceptio propoſita actionẽ excludit. l.ij. ſ. de except.& no.in l.ſi vnus. §.pactus ne peteret. ſ. de pact.vbi Bar.hoc declarat col.iij.& in l.Iulian⁹.col.x. ſ.de condi.indeb. Et ideo regula bene dicit, quòd non videtur cepiſſe qui per exceptionẽ remouetur à petitione: quia intentio agentis excluditur exceptione oppoſita, vt ſ.dictũ eſt. Et tali caſu intelligitur alia regula ſ.alleg.in d.l.nihil intereſt.j.e.Secus eſt, ſi exceptio non opponat, quia actor obtineret. vt no.per glo.in d.l.ſi vn⁹.§.pactus ne peteret.quẽ Bar.ibi ſequitur col.antepe.dicens, quòd ſi petiit à te decẽ in quibus eras debitor meus, licet fecerim tibi pactum de non petendo:niſi tu opponas exceptionem,iudex te cõdemnabit.& Pau.de Caſt.ibi col.fi. & alij ſequuntur.& hoc idem no.Bar.in l.eum qui ita. §. qui ita.ſ.de verb.obli.& in l.exceptionem.C.de proba.& tradit Ang.Aret.in §.omnis.col.ij.inſtit. de verb. oblig.

5 ¶ Et ad hoc facit, † quia vbi eſt fundata intentio actoris, niſi exceptio ex parte rei probetur, fertur ſententia pro actore.c.poſt electionẽ.c.cum ſuper.de conceſ.præbẽ. & tradit Alexan.in conſi.lviij.viſo & perfecto.in prin.lib.v. Et iſta cõcluſio procedit, niſi ex actis cõſtaret exceptio-
6 nem competere:quia tunc iudex ſupplere poteſt [a] in his quæ ex actis colliguntur:vt no.per gl.in l.j.C. qui & aduer.quos.Ant.de But.in c.ex tenore.col.j.in ver.not. hoc dictum.de reſcript.Ange.in d.l.ſi vnus.§. pactus ne peteret.col.fi.Roma.in conſi. ccxxvij. ſpectabilis domine. in fi.cum ſimil.vt dixi latè in c. ex inſinuatione. circa fi. de appel.& tradit Alexã in l.j.C.vt quæ deſunt aduo. col.ij. in conſi.xcv.in cauſa & lite.col.pen. lib.j. Cautus tamen ſit aduocatus:vt opponat exceptionem:quia ſi iudex non

a Poteſt. Licet non teneatur niſi petatur.C.M.

¶ IDEM habetur in l.eum qui Calendas.§.quoties.
de ver.obli.cum ſim.alleg.in glo.ad idẽ tex.in l.ſi dies.in
prin.§.quãdo dies leg.ced.in §.omnis.inſti.de verb.obli.
¶ Iſta regula procedit niſi dies ratione loci tacitè intel-
ligatur.§.loca.inſtit.de verb.obli.d.l.eum qui.§.quoties.
l.interdum.l.continuus §.cum ita.ff.de ver.oblig.l.iij.§.
ſi quis ita.el ij.de eo quod certo loco.
¶ Et hoc etiam habet locum reſpectu fideiuſſoris.l.ſi te-
ſtamento.§.fi.de fideiuſ.ff.facit.l.ſi vt proponitur.ff.eod.
titu.de fideiuſ.per quem Bar.concludit in l.ſi ita ſtipula-
tus.§.Chryſogonus.in penul.col.de verbo.oblig †quod
qualitas loci vel temporis poſita in principali obliga
tione,repetita intelligitur in obligatione fideiuſſoris.&
notat Bald.per illum tex.in l.Titius.C.de oper.liber.&
dixi in conſilio meo ij.
¶ Secundo,quod dictum eſt ratione loci,idem eſt ratio-
ne rei quæ nõ ſit in rerum natura,ſed ſperetur:quia dies
& tacita conditio intelligitur ſi naſcatur.d.l.interdum.de
verbo.obliga.l.j.§.fi.ff.de condi.& demonſt.not.per glo.
hic.& in §.omnis inſtit.de verbo.obliga.cum ſimil.
¶ Tertiò,idem eſt ſi ex voluntate diſponentis tacitè ali-
quod tempus determinatum intelligatur: vt de teſtato-
re not.per glo.in l.ſi dies.in princi.in verbo,confeſtim.§.
quando dies leg.ced.quæ allegat l.epiſtolam.in §.fi.ff.ad
Trebel.& Barto.ibi declarat.ad idem facit tex.in l.fidei-
commiſ.§.ſi filio.de leg iij quem ad hoc Bart.adducit in
l.ſi legatarius.§ fi.de lega.iij.
¶ Quarto,hoc idem dicẽdum,eſt ſi ex qualitate contra-
ctus vel actus hoc intelligatur:& poteſt exẽplificari hoc
pluribus modis.
¶ Primo, ex eo quod notabiliter dicit Chriſtophorus
Porcus in d.§.omnis.de verbo.oblig.inſtit in glo in ver-
bo,confeſtim.quòd † ſi quis promittit puellæ dotem,ta-
citè intelligitur cùm erit nubilis ætatis.allegat l.qui fi-
lium.ff.vbi pupil.educ.deb.& ibi dicit quòd eo ita reſpon
dente iudicatum fuit.
¶ Secũdo,aliud exemplũ Porcus ibi ponit,in eo qui pro-
mittit ſoluere mercedem magiſtri,vel penſionẽ domu-
nam tacitè intelligitur in die quo ſolutio fieri conſueuit.
l.nec ſemel.§.ſi in habitationem.ff.quãdo dies lega.ced.
¶ Tertio,aliud exemplum colligitur ex dictis Bart.in l.
ſi pœnam.in fi.de verb.obli.ver.inquit.quòd † ſi mutuum

tibi



tibi decem,& promittas ſimpliciter reſtituere: non ta-
a men videtur quòd ſtatim[a] poſsit conueniri,quia ex tali
mutuo non haberes aliquam vtilitatem.allegat gloſſ.in
b l.penul.in fi.C.commodati.& ſequuntur Imo[b].& Alex.
in d.l.ſi pœnam.quia non debet quis decipi beneficio,
ſed iuuari.l.in commodato.§.ſicut.ff.commodati.facit l.
qui ſic.ff.de ſolu.
¶ Quarto hoc in ſimili voluit Abb.in c.fin.de precariis,
4 col.ij.verſi.ſic poteſt dici in precario.dicens,† quòd licet
precarium reuocari poſsit ad voluntatẽ cõcedentis:non
tamen videtur quòd ſtatim reuocari poſsit,ex eo quòd
not.Bart.in d.l.ſi pœnam.hoc tamẽ dictum Abb.de pre-
cario non videtur procedere ſine dubio: quia precarium
pendet ex ſola voluntate cõcedentis.l.Lucius ff.de dona-
c tionib.ergo videtur quòd ſtatim[c] reuocari poſsit:& ita
Bald.dicit in l.ij.C.commodati.Confirmatur hoc:quia ſi
pendet à voluntate concedentis.d.l.Lucius.& in l.de pre-
cariis.in c.j.eo.tit.voluntas eſt libera.l.fideicommiſſa.§.
quanquam.ff.de leg.iij.l.cum quidam.de leg.ij.ergo vi-
detur quòd ſemper pro voluntate reuocatio fieri poſsit.
5 ¶ † Et pro iſta concluſione contra Abb.induco text.in l.
quæſitum.§.eum quoque ff.de precariis.& quod per illũ
textum not.Bart.in l quod natura.col.fin.verſi.xiij.quæ-
ro.ff.depoſiti.vbi concludit quòd ex eo quod precarium
reuocari poteſt ad nutum concedentis,ſolum de dolo te-
netur qui precarium recipit: quia cum in vno grauetur,
in alio releuetur.Et iſta ratio facit,& inferre videtur,
quod ſtatim reuocari poſsit, nec propter hoc deceptus
videtur qui precarium recipit:quia iſta eſt natura preca-
rij de qua cogitare potuit à principio ille qui recipit.
6 ¶ Quinto † generaliter conſiderãdum eſt,quòd licet præ-
ſenti die debeatur illud quod ſimpliciter promiſſum
fuit:non tamen ſtatim promiſſor cogitur ſoluere:vt glo.
hic dicit.& idem gloſ.in d.§.omnis.inſtit.de ver.obliga.
vbi tex.magis præciſe loquitur,dum inquit,quòd confe
ſtim peti poteſt:& tamẽ glo.ibi dicit hoc eſſe intelligen-
dum cũ aliquo ſpatio.& idem glo.in §.ſi impoſsibilis.in
verbo,ſtatim.inſti.de inuti.ſtip.& ad hoc facit,quia licet
interpellatio conſtituat debitorẽ in mora.l.ſi ex legati
cauſa.de verb.obli.no.in l.quod te.§.ſi cer.pet.hoc tamẽ
intelligitur cum aliquo ſpatio.l.ſi quis filium.§.ſtip.de
colla.bo.ff.& not.Bart in l.ſi pœnã.§.quando di.leg.ced.

G 4 cum

a Statim. Dixi in tract.vſura.nu.82.C.M.

b Imola. Idẽ etiã tenet ibi Raph.ſed Bal.in addit.in d.l.ſi pœnã.& ibi Ange.tenẽt gl.d.l.ſi pœnã.licet Bart.eã reprobet,& alleget glo.in l.pe.in fin.C.commoda.pro ſua opi.tamen illã glo.reprehẽdit Franciſcus Tigri.& alleg.text cõtra eam in l.ſeruus leg.§.fin.de leg.j.& in l.fideicõ.§.ſi hæres.de leg.iii.quæ iura ineo videri probant clarè opi.Bart.maximè.§.ſi hæres.& §.fina.ſi iungatur cum §.ſi hæres.hãc opin.tenet Iaſ.d.l.ſi pœnã.& l.eum qui calẽdis.§.i.eo.titu.Hier.Chuc.

c Statim.infrà eodem.l.cõtractus.nu.9.C.M.

cum ſimi.vt trad.Alex.in l.j.§.item ſi ita.col.ij.ſ.ad leg.Fal.Et ſtante
iſta cõcluſione,dictum Bar.in d.l.ſi pœnã.videtur habere locũ non ſo-
lum in mutuo,prout ipſe loquitur,ſed in quolibet alio debitore,qui vi-
delicet ſtatim teneatur,nõ tamẽ ſtatim cogitur ſoluere.vt ſ.dictũ eſt.
¶Vlterius in caſibus ſupradictis aduertendũ eſt,†quia magna differẽ- 7
tia eſt,an dies qui apponitur,apponatur diſpoſitioni vel executioni.vt
no.Bar.& diſtinguit.in l.talis ſcriptura.in fi.de leg.j.Et eo modo in cõ-
ditione quæ reſpicit executionẽ nõ ſuſpendit,neq; facit actũ conditio-
nalem.vt per Bar.in l.j.col.ij.ff.de cõdi.& demon.vbi declarãdo tex.in
l.mutuo.§.ſub cõditione.ff.de tute.dicit,quòd illa cõditio appoſita tu-
tori,ſi ſatiſdederit,nõ facit conditionem,vt ibi dicitur: quia nõ reſpicit
dationem tutoris,ſed executionẽ & adminiſtrationẽ tutelæ.& idẽ Bar.
concludit l.itẽ quia.ver.huius rei.ſ.de pact.in l.ita demũ.C.de arbit.&
Bal.in l.iij.C.de arbi.cum ſim.vt tradit Alex.in d.l.item quia.& eſt bo-
nus tex.in l.ſi decem cũ petiero.de ver.obli.†Et in dubio cõditio vide- 8
tur appoſita diſpoſitioni quãdo cõcernit ſubſtãtialia,ſine quibus obli-
gatio cõſiſtere non poteſt:ſecus ſi reſpiciat accidẽtalia,quia tunc execu
tioni appoſita videtur:vt no.Bal.in c.fi.col.j.in fi.de præſump.Et appli-
cando iſta ad ea quæ ſuperius dicta ſunt cõſiderandũ eſt,quòd quando
datur tẽpus debitori ad ſoluendũ miſerationis cauſa.vt ſ.in quinto &
vltimo caſu dictũ fuit,illud tẽpus reſpicit executionẽ,& non impedit
natiuitatẽ obligationis.Et tali caſu regula iſta nõ limitatur:quia verũ
eſt dicere,quòd pręſenti die debetur,licet exactio differatur:quia ceſsit
& venit dies cũ obligatio pura ſit.l.cedere diẽ.de ver.ſig.& eodẽ modo
in caſu mutui,de quo Bar.loquitur in d.l.ſi pœnã.ille qui mutuũ reci-
pit ſtatim tenetur illud reſtituere.vt not.per glo.fi.in d.l.ſi pœnã.facit
l.j.ff.ſi cer.peta.licet aliqua dilatio ad ſoluendũ tribuatur.arg.l.ratũ.&
l.quod dicimus.ff.de ſolu.ſecus eſt in tacita cõditione,ratione rei quæ
non ſit in rerũ natura.vt ſ.in ſecundo caſu dictũ fuit:quia iſta ſuſpendit
diſpoſitionẽ,quia reſpicit ſubſtantiã obligationis.d.l.interdũ.de verb.
obli.& d.l.j.in fi.de cõdi.& demõ.& idẽ dicendũ eſt,ſi teſtator hoc ve-
lit.vt ſ.in tertio caſu dictũ fuit.per gl.in l.ſi dies.ff.quãdo dies leg.ced.
cum ſim.ſ.alleg & facit l.in cõditionibus.§.j.de cõdi.& demõ.In iſtis
enim caſibus regula noſtra hic limitatur:quia pręſenti die nõ debetur.
¶†Sed dubitatio eſt de die tacita quæ ratione loci ſubintelligitur,de 9
qua ſ.in primo caſu dictum fuit,an ante diem quæ tacitè intelligitur
ſit nata obligatio.Bart.in d.l.interdum.concludit quòd obligatio ſta-
tim nata ſit,ſed non actio.per illum tex.& opi.Bart.communiter tene-
tur.vt Alex.ibi dicit.facit tex.in l.ſi ita ſtipulatus eſſem abs te.de verb.
obliga.ibi,non antè agi poſſe.& in l.exiſtimo.§.ex hac.eo.tit.de verb.
obliga.& in l.ſi tutor reipu.§.fi.de tutel.& rat.diſtrah.
¶Iaſon tamen nouiſsimè in d.l.interdum dicit ſe tenere cõtra omnes,





quòd dies tacita nedum impediat natiuitatem actionis,vt cõmuniter
Doct.dicunt,ſed quòd etiã ita impediat natiuitatem obligationis,pro-
pter æquiparationẽ quam facit tex.in d.l.interdũ.de ſtipulatione quæ
fit de partu naſcituro,vel de fructibus naſcituris ad promiſsionẽ ſolu-
tionis quæ certo loco fieri debet:& quia ſecundũ eum,ſi dies quæ tacitè
rationi loci intelligitur,impedit natiuitatẽ actionis,vt doct.cõmuni-
ter tenent,pariter videtur natiuitatẽ obligationis impedire:quia ratio
diuerſitatis,dicit ipſe,reddi non poteſt. Audacter iſte loquitur,& cum
paruo fundamento:& ideo à communi opin.recedendum non videtur.
¶Non obſt.æquiparatio quam facit tex.in d.l.interdum.quia loquitur
reſpectu actionis.de qua tex.expreſſe dicit,nõ autẽ de natiuitate obli-
gationis.& certè quantũ ad natiuitatem obligationis,alia ratio videtur
in eo qui partum futurum vel fructus naſcituros promittit,quia incer-
ta eſt obligatio,non ſic videtur in eo qui certo loco ſoluere promittit.
10 ¶†Non obſtat quòd non videtur ratio diuerſitatis inter natiuitatem
actionis & obligationis: quia hoc in die expreſſa reperitur,quæ licet
impediat natiuitatem actionis,non tamen impedit natiuitatem obli-
gationis.l.cedere diem.de verb.ſigni.not.Bart.in d.l.ita ſtipulatus.in ij.
principali q.de verbo.oblig.Iaſon reſpondet in d.l.interdum.& fatetur
hoc in die expreſſa:ſecus dicit in tacita,de qua agitur,ſed talis differen-
tia non ſatisfacit quantum ad propoſitum:quia ſi dies expreſſa nõ im-
pedit natiuitatem obligationis,à fortiori nec tacita.quæ l.intelligitur
ex coniecturata mente contrahentium.
¶Adde tamen, quòd contra communem opin.videlicet quòd ante
diem quæ tacitè intelligitur,non ſit nata obligatio,videtur text.in l.
continuus.§.cum ita.in fin.dum ibi dicitur,quòd ſi ille qui certo loco
dare promiſit,ad talem locum peruenerit celerius quàm fieri ſolet,ſta-
tim quòd applicuit ad locum,obligatus eſt: ergo videtur quòd prius
non ſit obligatus.& Aret.ibi not.illum tex.
¶Non obſtat,quòd in die expreſſa ſit nata obligatio ante diẽ:quia non
ſic videtur in tacita,in qua minor eſt certitudo,quàm in die expreſſa &
determinata.quia dies tacita arbitrio iudicis declarari debet.d.§.cũ ita.
11 ¶Vltimo not.iſtum text.†quòd illud quod præſenti die debetur,purè
debeatur.ad idem tex.in l.liber homo.§.x.de ver.oblig.vbi ille qui ho-
die dare promittit.poteſt ſtatim conueniri:quia obligatio præſens di-
citur,& nõ in diem.& illũ tex.glo.hic adducit.hoc verum eſt reſpectu
dilationis,quia illa expreſsio præſentis diei nõ facit dilationẽ:ſecus eſt
quo ad alium effectũ extrinſecum:quia diem habere dicitur.vt eſt tex.
not.in l.talis ſcriptura.de leg.j.vbi clauſula illa quæ loquitur de lega-
tis in quibus dies non erat,nõ cõprehendit legata quæ præſenti die reli
cta erãt:quia illa dicuntur habere diem ad effectũ de quo tex.ibi loqui-
12 tur.†Et notãdum eſt,quòd promiſsio facta de ſoluendo hodie,vel præ-

a Ipſo. In cõtrariũ eſt ſenſus & obſeruãtia communis. C.M.

ſenti die, non impedit exactionem fieri in ipſo[a] die propter ſpecificam expreſsionem temporis: licet ſecus ſit in promiſsione facta ſimpliciter: vt not. Ange. Aret. in §. omnis. inſtit. de ver. obli. per gloſ. ibi in verbo, nec ipſo & alleg. etiam Bar. ad hoc in l. liber homo. §. decẽ. de verb. oblig. & probatur per illum tex. & ad idem facit l. iij. §. ſi quis ita. el ij. ſ. de eo quod cert. loco vbi ſi quis promittit hodie dare Romæ x. non valet ſtipulatio propter impoſſibilitatem. ergo datur intelligi, quòd illa expreſsio de dando hodie ſit præciſa, & dilationem non patiatur.

¶ In glo. ibi, idem ſi exprimatur. Albe. hic dicit quòd iſta glo. à Docto. reprobatur: ſed ſaluari debet, vt habeat locum quo ad natiuitatem obligationis, prout loquitur. ſecus quòd ad tranſlationẽ. vt. Bart. concordando glo. contrarias concludit in l. ita ſtipulatus. in ij. q. de ver. oblig.

## In l. Qui actionem habet. Argumenta.

1 Meum non immeritò dicitur quod mihi debetur.
2 Actio vel mobilis vel immobilis dicitur, pro qualitate rei, quæ in ea deducitur.
3 Videtur verbum fictionem, non veritatem importat.
4 Actionem habere, an ſit minus, quàm rem ipſam teneri.
5 Actiones perſonales, & debitorum nomina, in bonis noſtris computantur.
6 Statutum loquens de vendente rem ſuam, non intelligitur de re, ad quam quis habet actionem perſonalem.
7 Debitum mihi, non eſt propriè meum.

REGVLA XV. PAVLVS.

*Qvi actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur.*

¶ NOTA quòd de actione idem quod de re ad quam competit iudicatur: † & ideo illud quod mihi debitũ eſt, meum appellatur: vt no. per glo. in l. ſi tibi pecuniam. in verbo, meum. ff. ſi cer. peta. & in l. ſi me & Titium. in verbo pecunia. in l. eius qui in prouincia. in verbo defuncti & ibi Bar. ff. ſi cer. peta. & in l. ſi pecuniã. in verbo, tuam. C. de nego. geſt. in l. j. ff. quod cum eo. in verbo ſuum.

¶ † Et iſta ratione actio iudicatur res mobilis, vel immobilis, ſecundum qualitatem rei[b] quæ in ea deducitur: vt per glo. in l. j. C. ſi aduer. tranſact. & Bar. ibi hec declarat. & idem Bart. in l. poteſt. ff. de auth. tut. cum ſimil.

b Rei. Andr. Tiraq. in tract. retract. proxi. §. i. glo. vii.

¶ Et quãtũ ad iſtã regulã, ille de plano exẽplificari poteſt in actione reali: q̃a cũ actio cõpetat ad rẽ recuperãdã, talis res



lis res dicit̃ eẽ in bonis. l. rẽ in bonis. ff. de acq. re. do. l. bonorũ ap. ſ. tit. j.
¶ Nec obſt. ꝙ habens dominiũ rei, & rei vendicationẽ, propriè dicatur
rem habere: vt gl. hic dicit. Regula autem iſta loquitur per modũ fictio
3 nis dum dicit. † videtur. & per iſtam rationẽ gl. reprobat iſtũ intellectũ.
Quia reſponderi poteſt, ꝙ iſta ratio nõ tollit quin iſta regula verificetur, & à fortiori habeat locum in actione reali, dato ꝙ verè & ꝓpriè dicatur rem habere ille qui habet dñium: ſed ratio præallegata videret̃ inferre, quòd in actione reali regula non reſtringatur. Preterea & ſecũdo reſpondet̃: licet in actione reali q̃s verè habeat dominiũ, plus tamẽ eſt habere rẽ apud ſe, quã habere actionẽ ad rẽ recuperandã, ꝓter cõmodum poſſeſsionis, ꝙ nõ videtur eſſe parui momẽti. §. commodũ. inſtit.
4 de interdi. l. is qui. ſ. de rei ven. & ideo alia regula quæ habet. ff. eo. † dicit, minus eſt actionem habere, quã rem. & iſto reſpectu iura vtũtur verbis denotãtibus fictionẽ: quia verè non habet rẽ apud ſe, licet habeat dominium. & iſto modo loquendi vtit̃ tex. in. d. l. rem in bonis. de acq. rer. do. dum vtitur verbo intelligitur, quod denotat fictionẽ. l. quoniam. vbi Bal. ff. de his qui not. infa. l. hæres quandoq;. ſ. de acq. hære. quem tex. ad hoc allegat Roma. cõſi. ccccv. præſuppoſitis terminis. col. j. & in c. ex ſtudiis. de præſump. quem tex. ad hoc allegat Abb. in conſi. xx. caſus in effectu. col. ij. lib. ij. ¶ Similiter tex. in d. l. bonorũ. §. fi. ſ. tit. j. vtitur verbo, videntur. quod verbum etiam no. fictionem: vt per gl. hic, & in l. ſi duo. in glo. fi. ſ. de ac. hære. in l. j. §. deieciſſe. in verbo, videor. ff. de vi & vi arma. cum ſimi. vt per Bar. in l. ſi quis pro emptore. de vſucap.

¶ Secundo iſta regula etiam videtur procedere in actione perſonali: vt tenet gloſ. hic quæ rationem adducit: quia cum adeſſe dicatur debitori id in quo alii obligatus eſt. l. ſi mandato Titij. ff. de negot. geſt. ergo econtra creditori cui debetur, videtur adeſſe. ſecundum gloſſ. hic & ad
5 hoc facit, † quia actiones perſonales & nomina debitorum dicuntur eſſe in bonis. d. l. bonorum. §. fi. tit. j. & ideo qui non poteſt rem acquirere, eodem modo actionem ad rem acquirere non poteſt. l. ſi ad reſoluendam. C. de præd. mino. l. ſi vnus ex ſociis. ff. de ſerui. ruſti. præd. vbi Pau. de Caſt. & illud quod eſt in iure & obligatione dicitur eſſe in patrimonio: vt not. Bal. in l. facere. in prin. per illum tex. ff. ſol. matr.

¶ Et iſta concluſio vera eſt largo modo & fictè, vt denotat verbũ illud:
6 ſecus eſt verè & propriè: quia vt ſ. dictũ eſt. minus eſt, actionẽ hr̃e, quã rẽ. vt j. e. l. minus. † & ideo ſtatutũ quod loquitur de vẽdẽte rẽ ſuã imponendo pœnã, nõ habet locũ in eo qui vẽderet rem ad quã haberet actio
A nem[a] perſonalẽ. vt not. Bar. in l. Gallus. §. videndũ. de lib. & poſth. q̃a ille nõ dicit̃ propriè habere rẽ ad quã habet actionẽ, vt poſt alios tradit Alex. in d. §. vidẽdũ. & no. Bar. in l. nemo. ff. de in inte. reſt. & dicit Bar. in l. forma. §. ſi cũ ego. ſ. de cẽſ. ꝙ ille q̃ poſsidet, debet ponere rẽ in cataſtro

a Actionem. Dixi in conſue. Pariſi. §. xxiii. q. ix. C.M.

non ille q habet actionē ad rē petendā.& facit l.ſciēdū.§.ſi fund⁹.ſ.qui
ſatiſ.cog.ibi diuerſa cauſa eſt eius qui fundi petitione perſonalē habet:
ſic etiā quod ſ.in prin.dictum fuit,quòd meū quādoq; appellatur quod
eſt mihi debitū:illud eſt verum largo modo & impropriè,per ſupradi-
cta.& ad idem facit,quia licet ius patronatus ſit de foro eccleſię.c.quan
to.de iud.non tamen actio perſonalis ad ius patronatus dicitur de foro
eccleſiæ.ſecundū Ant.de But.in d.c.quanto circa fi.& no.Are.in cōſi.vj.
viſo inſtrumento in fi.de quo dixi in d.c.quāto.in fi.¶ †Et quia,vt dixi, 7
propriè non dicitur meū,quod eſt mihi debitū:vt no. per gl.inſti. de a-
ctio.in prin.in ver.debetur.& per illā gl.dicit Ro.in cōſi.ccj.pro deciſio
ne quod meū propriè nō dicit mihi debitū.etiā facit tex.in l.Aurelius.
§.Mæuia.in l.creditor.§.Titia.de libe leg.& quod no.Bal.in l.cū neceſ
ſitatē.C.de fideic.in prin.& aliud eſt qđ beneficiū ſit ſuū, aliud ꝙ ſit ſi-
bi debitū:vt no.ꝑ gl.in cle.auditor.in verbo debitū.de reſcr.Largè ergo
& impropriè mihi debitū dicitur meū.vt dixi.& not.Ro.in cōſi.cxcv.in
caſu ꝓmiſſo.& qđ no.Alex.in cōſ.lxiiij.& ſi celeberrime.lo iij.in prin.

## In l. Imaginaria. Argumenta.

1 Pretium, in contractu venditionis dicitur de ſubſtantia.
2 Venditio facta pretio viliori, an ſit dicenda donatio.
Venditio imaginaria ſeu ſimulata, nullius eſt efficaciæ.
4 Venditio facta in fraudem creditorum, valida eſt, reuocatione indigens.
5 Venditio nullius eſt valoris, quæ facta eſt in fraudem legis.
6 Simulatum contractum aſſerens, ſimulationis ſpeciem exprimere debet.

### REGVLA XVI.

IMAGINARIA *venditio non eſt, pretio accedente.*

¶IAM pretiū arguit contractū venditionis.l.fi.vbi Bar.C.de prædi.
curia.lib.x.no.gl.& Bal.in l.cum dotē.C.de iure dot.& gl.in verbo pre-
tio.in l.apud Celſum.§.ſed cum legitima.ſ.de excep.do. †& pretiū dici 1
tur eſſe de ſubſtātia cōtractus vēditionis.l.pacta cōuenta.ſ.de cōtrahē.
emp.& ideo accedēte pretio,vt ibi dicitur,vera eſt venditio, & non ima
ginaria:ſufficit etiā vt vera dicatur vēditio conuentio facta de pretio cū
propoſito ſoluendi pretium:quia ſolo conſenſu venditio perficitur.§.j.
inſti.de emp.l.ij.ff.eo.vnde quod dicitur hic,pretio accedente, intelli-
gitur etiā conuento:nec reſoluitur contractus venditionis, licet poſtea
præter primum propoſitum loco pretij aliud ſoluatur.l.pretij cauſa.C.
de reſcin.ven.l.ſi ſponſus.§.circa venditionem.ff.de don.inter vir.quem
text.hic gl.adducit.& quod dictum eſt intelligitur, quando à principio
intentio erat ꝙ pretium ſolueretur:ſecus ſi pretium apponatur ex cau-
ſa donationis,id eſt ea intentione ꝙ non ſoluatur:tunc enim non dici-
tur venditio.l.cum in vēditione.ſ.de contrahen.emp.eſſet enim imagi-
naria venditio,quæ in effectu facta eſt ſine pretio, vt hic à cōtrario ſen-
ſu colligitur: & eo modo imaginaria venditio dicitur, ſi facta ſit vno
numm



nummo de re maioris pretij:vt not.per glo.in §.præter-
ea.inſt.quib.mod.ius patr.pot.ſol.in verb.imaginaria.&
inſtit.de teſt.in prin.in verb.libripendæ. Si autē venditio
facta ſit pro modico pretio, illa tamen eſt venditio vera:
vt hic dicit per tex.qui hoc bene probat in l.quis donatio
nis.ſ.de contrahen.emp.ſecus eſt,vt dixi,in venditione fa
cta vno nummo:quia tale pretium nullam habet propor
2 tionem ad æſtimationem rei. An autem †venditio facta
modico pretio dicatur potius donatio quàm vēditio.Cy.
in l.j.in fi.C.de pact.quem Bald.ibi refert, dicit ꝙ potius
dicitur donatio: & ad hoc eſt gloſ.in l.apud Celſum.§.de
autoris.in verb.cauſa.de except.dol.ſ.& ideo Bal.in d.l.j.
infert ꝙ diſpoſitio l.ſi vnquam.C.de reuoc.donat.habeat
locum in venditione facta modico pretio[a].& idem dicit
A Bal.in d.l.ſi vnquam.& facit quod no.Bar.in l.non vſq;.ſ.
ſi quis à pa.fue.ma.& hoc intelligendum videtur quando
pro maiori parte eſſet donatio ſecundùm doctrinam quā
tradit Bar.in l.Ariſto.circa fi.ff.de do.& l.tenetur.§.j.ſ.de
act.emp.no.in c.ad.quæſtiones.de re.permu.& trad.Abb.
in conſil.xv.quæritur lib.v.Alex.conſil.cxij.viſo proceſſu.
3 col.pe.lib v.†Et imaginaria venditio & ſimulata,de qua
dictum eſt, nulla[b] eſt.l.emptor.in prin.ſ.de aqua plu.ar.
facit l.& qui ſub imagine.C.de diſtra.pig.& no.Bart.in l.
4 poſt contractum.col.iij.ff.de don. †vbi ſecus dicit eſſe in
venditione facta in fraudem creditorum,quia illa valet,
& opus eſt ꝙ reuocetur mediantibus actionibus reuoca-
toriis de quibus in tit.de his quæ in fraud.cred. & Bart.in
l.filios.C.de reuo.his quæ in fraud.cred.& hoc bene pro-
5 cedit in alienatione facta in fraudem creditorum:†ſecus
ſi facta ſit in fraudem legis: quia illa eſt nulla:vt no.Bar.
per illum text.in l.ſi libertus.ſ.de iure pat.& Bal.in l.j.in
j.opp.de oper.li,quia vbi agitur de annulatione actus,du
rius agitur cum lege,quàm cum homine:vt per Bar.in d.
l.ſi libertus.& in l.amplius non peti.ff.rem rat.hab.

¶Poſtremò ad declarationem iſtius l.dicit Bal.allegan-
do iſtum tex.in l.cum precibus.C.de prob.quòd hic agi-
tur de ſimulatione in qua nihil agitur. Et hoc exemplifi-
cari poteſt in eo qui nullo modo velit vendere: ſed pro-
pter timorem tyranni vel criminis commiſſi facit vendi
tionem ſimulatam: vt dicit Pau.de Ca.in conſi.cxiij.viſo
puncto ſupraſcripto.col.ij.& ibi proſequitur plures ſpe-
cies ſimulationis:de quibus no.Bal.in d.l.cum precibus.
Bartol

a Pretio. Latè And. Tiraq. Rep.d.l.ſi vnquam. verſ.donatione largitus.num.2.

b Nulla. Vide Bal. & doct. in l.j.C.plus vale. quod agi. vbi dicit ꝙ ſimulatio vitiat iuramentum, tranſactionem, ſententiam & laudū: & quotuplex ſit, vide Bal.in l.cum precibus. C.de prob. latè Cep.in trac. de ſimu.cōtractuum. & qualiter probetur, vide Bald.vbi ſ.Bar.l.pacta. C.de pact. & Bald.in l.multum.j.col.C.ſi quis alteri.Hle. Chuc.

Bartol.in conſil.lxv.Petrus Nicole.col.ij.verſic.circa primum.in l.j.C. plus val quod agi.in l.Ludius.la.ij.ff.depoſi.nouiſsimè Socin.ſcribit in conſi.cclxviij.viſis col.iij.circa ſecundam quæſtionem.

¶ † Et cum ſint plures ſpecies ſimulationis,ille qui dicit 5 contractum ſimulatum, debet exprimere & ſpecificare ſpeciem[a] ſimulationis:vt not.Bart.in d.conſi.lxv.col.iij. & Bal.in l.ab Anaſtaſio.in fi.C.mand.Pau.de Caſt.in l.iuris gentium.§.dolo malo.ſ.de pact.Alex.in conſ.cxj.viſo ſuperiore themate.col.j.lib.iij.in conſi.xxviij.in cauſa.col.iiij.lib.v.Pet. de Ancha.in conſi.ccxxvij. Ad corroborationem.col.j. Et iſta addenda ſunt ad ea quæ tradit Barth.Veron.in tract.ſimulationum. in xxvj. præſumptione.col.fin.

a Speciē.Ang. Aret.inſtitu.de excep. in prin. col.xxj.

## In l.Cùm tempus Argumenta.

1 Tempus ſolutioni adiectum, videtur fauore debitoris.
2 Hæres grauatus ad diſtribuendum bona ſe mortuo,non poteſt ante mortem diſtribuere.
3 Declaratio fienda in tempore, ante tempus fieri non debet.
4 Tempus,quod in teſtamento adiicitur, gratia hæredis adiici creditur.
5 Dies incertus pro conditione reputatur.
Creditor ante conditionem non cogitur inuitus ſolutionem recipere.
6 Creditor ante tempus non cogitur vinum aut granum recipere, curſu temporis quod minuitur.
7 Emphyteuta quare pro annis pluribus futuris ſoluere nequeat.
8 Emphyteuta non ſoluens canonem, iure ſuo priuatur, non obſtante reſcripto ſummi Pontificis.
9 Emphyteuta non ſoluendo, non priuabitur iure, ſi hoc ferat conſuetudo.
Emphyteuta paciſci poteſt cum eccleſia, quòd non ſoluendo non cadat iure.
10 Creditor, cuius fauore tempus adiectum eſt, ante tempus petere poterit. & num.ſequentib.

### REGVLA XVII.

C*VM tempus in teſtamento adiicitur, credendum eſt pro hærede adiectum: niſi alia mens fuerit teſtatoris, ſicut in ſtipulationibus, promiſſoris gratia tempus adiicitur.*

¶ NOTA † ꝙ tempus appoſitum ad ſoluendum,in dubio appoſitum videtur in fauorem debitoris & hæredis.

¶ Et primò de hærede,vt hic dicitur.& ideo hæres in dubio lucrari debet fructus qui pendente dilatione percipiuntur.l.ſi ita relictum.§. Pegaſus.de leg.ij.Et propter hoc hæres ſi velit, ante tempus ſoluere poteſt.l.eum qui.ff.de an leg.& l.poſt mortem.C de fideic.& l.patrem. ff.de his quæ in fraud.cred.

¶ Et ex hoc infert Barto.in l.ſi cum præfinitione.in fin.ſ.quando dies leg.cedit.

¶ Quòd ſi teſtator vnam corbē grani reliquit annuatim vſque ad certos annos



1 annos, hæres ſtatim[a] ante tēpus ſoluere poterit quia eſt vnum legatum. Et dilatio appoſita eſt in fauorē hæredis.

¶ Et iſta cōcluſio procedit quādo ſolū agitur de intereſſe hæredis:ſecus ſi tractatur de præiudicio tertij: quia tunc hæres ante tēpus ſoluere non poteſt.l.vxorem.§. Seia.de

2 leg.iij.l.cum pater.§.à filia.de lega.ij.vbi Bar.infert. † ꝙ hæres grauatus poſt mortem eius diſtribuere bona inter pauperes non poteſt hoc facere in vita in præiudiciū pauperum qui erunt poſt mortem eius. Et idem dicunt Bar. Ang.& doct.in l.poſt mortem.C.de fideic.Et eſt communis opin.vt proſequitur Alex.in l.ſtipulatio iſta.§.incertam.quem legit ſimul cum §.ſi quis dolum.de verb.obl.

¶ Et in ſimili no.Bar.in l.omnes populi.in v.q.quæſtionis principalis.ff.de iuſt.& iur.vbi not.concludit, ꝙ poteſtas quæ habet arbitriū imponēdi pœnā in caſibus non determinatis à iure,non poterit in principio officij hoc declarare:quia talis † declaratio quæ poteſt variare in tēpore:

3 ante tempus fieri non poteſt.d.l.cum pater.§.à filia.& ſequitur Pet.de Anch.in c.j.in verſi.quærit.Bart.de conſt.

¶ Et idem quod dictum eſt de pauperibus, ſequitur Ro. in conſi.ccccliij.circa primum.& Bald.in conſi.lxxvij.videtur ꝙ electio.lib iij.

¶ Aliter tamen reperio ꝙ in hoc voluit Pet.de Anch. in conſi.ccij.circa primum dubium.in ſecundo dubio:[b] quia

8 illa diſtributio quæ debet fieri inter pauperes poſt mortem hæredis,eſt principaliter facta pro ſalute animæ defuncti,cui expedit ꝙ celerius prouideatur. Vnde ſi hæres in vita voluit eligere pauperes, debet commendari: nec eſt curandum de pauperibus qui acceſſoriè veniunt.vt latius ipſe ibi proſequitur. Et hoc idē videtur tenere Abb. in conſi.l.xj.factum ſic proponitur.in primo dubio. & ij. lib.& iſta opin.de iure verior videtur.

¶ Secundo quod dictum eſt de hærede, † idem eſt de quo

4 libet alio debitore: quia in dubio pro eo tempus appoſitum intelligitur vt hic dicitur,& l.eum qui Calendis.§.fi. de verb.oblig.& tex.in §.omnis.verſi.quod in diem.inſt. de verb.obli.Et ideo ante tempus ſi velit ſoluere, poteſt. l.quod in diem.ff.de ſolut.

¶ Et eodem modo ſi debet ſolutio fieri in certo loco fauore debitoris,poterit alibi debitor ſoluere:ac ſi talis locus expreſſus non fuiſſet: vt not.Bart.in l.is qui.ſ.de eo quod cert.loco. Et idem not. Bald.in l.acceptam. in xij. quæſt

a Statim contrarium ſentit Albe. in d.l.ſi cum præfinitione. & verius. C.M.

b Dubio.Vbi clariſſimè reſpondet motiuis Bart.& pro iſta opin. facit text.l.vxorem. §. Scæuola. de leg.iij.vbi hæc verba poſt mortem exponuntur,id eſt quando valet. H.C.

quæſtione in fine verſicu. ſed pone.C. de vſu.

¶ Et quod dictum eſt de tempore, procedit in die certa: ſecus eſt in die incerta: vt expreſſe textus diſtinguit in l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. de verb. obl. † Nam dies incertus pro conditione habetur. l. dies incer- 5 tus. ſ. de cond. & dem. Et ante conditionem non cogitur creditor inuitus ſolutionem recipere, quia deficiente conditione tenetur reſtituere: vt not. Bart. in l. item liberatur. §. qui paratus. in fin. j. quib. mod. pig. vel hyp. & not. in d. §. inter certam.

¶ Secundo, prædicta concluſio, ꝙ ante tempus ſolui poteſt, habet locum quando tempus ſolum apponitur fauore debitoris: ſecus ſi agatur intereſſe creditoris, quia ante tempus ſolui non poteſt. l. qui Romæ. in princ. ibi gloſ. & Bart. de verb. oblig. facit quod ſ. dictum eſt de hærede qui ante tempus ſoluere non poteſt in præiudicium legatarij. & à fortiori hoc dicendum eſt, ſi ſolum fauore creditoris tempus adiiciatur: quia ſimiliter ante tempus ſolutio fieri non poteſt. l. ſi ita relictum. §. Pegaſus. de leg. ij. vt no. in l. in fideicommiſsi. §. cum Polidius. ſ. de vſur.

¶ Et ex his infertur: † ꝙ creditor non cogitur ante tempus recipere vi- 6 num, nec granum, nec aliud quod curſu temporis deteriorari poſsit, vt not. Bald. poſt Guliel. de Cu. in l. plures apochis. C. de fi. inſtr. & Flor. in d. §. cum Polidius. in fi. Alex. in d. §. inter certam. & no. Cy. in d. l. ij. in vlti. q. C. de iure emphyt. Ange. in l. Titius. in fi. in ver. vnum tamen. ff. quæ res pig. obl. poſſ.

¶ Et hac ratione † emphyteuta non poteſt ſoluere canonē pro pluribus annis futuris, quia agitur de intereſſe ipſius domini creditoris: vt tenēt Cy. Bal. Alb. & Domi. in d. l. ſ. de iur. emph. Spec. in ti. de loc. §. nunc aliqua. ver. xlij. Bar. in l. eum qui. ſ. de ann. leg cum ſimil. vt tradit Alex. in d. §. inter certam. vbi dicit iſtam eſſe communē op. & idem Aret. dicit in d. l. qui Romæ. in princ. Et Moder. in d. l. ij. q. xxij. Et adde, † quòd non valet reſcriptum [a] Papæ, ꝙ emphyteuta non ſoluendo non priuetur iure ſuo: vt not. Bal. in l. ſi à te. ver. & no. C. de pact. inter empt. & vend.

a Reſcriptum. Intellige propriè: nam largo modo comprehendit priuilegium, & bene poſſet fieri. quia quòd poteſt per conſuetudinem induci, poteſt à fortiori per priuilegium, vt per c. ſuper quibuſdam. de verb. ſignif. & hoc etiā ſentit Bal. in l. ſi à te. in princip. legis. H.C.

¶ Videtur tamen ꝙ valeret reſcriptum ꝙ emphyteuta poſsit ſoluere ante tempus pro pluribus annis futuris: propter malignitatem quorundam dominorum qui ſubterfugiunt, & nolunt canonem recipere, ad illaqueandum emphyteutam: quia malitiis hominum obuiandum eſt. l. in fundo. ſ. de rei vend.

¶ Et quia agitur de modico præiudicio: nam ſi poteſt concedi dilatio ad ſoluendum per reſcriptum. l. quoties. C. de prec. imper. offer. à fortiori videtur quòd quis poſsit cogi ad recipiendum: quia hoc videtur minus præiudiciale.





9 ¶ Et licet valeat reſcriptū, vt dictum eſt, † valet tamen cōſuetudo quòd non ſoluendo emphyteuta iure ſuo non priuetur: vt not. Abb. tradit in conſi. lxxij. circa primum. lib. j. vbi hoc dicit in eccleſia. & idē Ioan. de Ana. in conſi. lxxxiiij. videndum eſt. col. fi.

¶ Et eodem modo valeret pactum factum cum eccleſia, quòd emphyteuta non ſoluendo non cadat: vt not. dicit Bart. in l. fundi. C. de fundo patr. lib xj. & ſequitur Pau. de Caſt. in conſi. cxxxvij.

10 ¶ † Et ſicut debitor in cuius fauore tempus appoſitum eſt, poteſt, ſi velit, ante tempus ſoluere: ita creditor, in cuius fauorem tempus apponitur, poterit petere ante tempus: vt ſit æqualis conditio vtriuſq; contrahentis. vt Rom. dicit in d. §. inter certā. & ſequitur Aret. in d. l. qui. Romæ. in prin. arg. l. cum dies. §. ſi arbiter in fi. ff. de arbit. facit text. in l. fi. C. de fruct. & lit. expen.

11 ¶ † Soci. in d. l. qui Romæ. in prin. reprobat iſtam æquiparationem, & dicit manifeſtam eſſe rationem diuerſitatis: quia in debitore ſoluente ante tempus nō agitur de intereſſe creditoris: ſecus videtur in creditore ſi velit ſibi ſolui ante tempus: quia agitur de intereſſe debitoris, vt ante tempus non cogatur ſoluere. Et ipſi debitori videtur eſſe ius quæſitum beneficio creditoris, vnde illud ſibi tolli non poteſt. arg. l. fi. ff. de pact. Et facit quod no. in l. peten. C. de temp. in integ. reſt. peten. & quod no. Bart. in l. ſi poſt mortem. §. fi. ff. de contratab.

12 ¶ † Sed verior videtur opin. Ro. quia ſi tēpus apponitur fauore creditoris, prout loquitur Ro. etiam ipſe debet poſſe renūtiare fauori ſuo: nec tali caſu poteſt debitor prætendere aliquod intereſſe: quia ſi ſolum eſt dilatio in fauorē creditoris, debet eſſe nociua debitori, & intereſſe debitoris non eſt in cōſideratione. Nam ſi intereſſe debitoris deberet cōſiderari in tali caſu, tunc gratia vtriuſq; eſſet dilatio: quo caſu etiā debitor in diem non poteſt prius ſoluere, quando tempus reſpicit fauorem vtriuſq;: vt no. in d. l. qui Romæ. in prin. vnde patet ꝙ rectè cōſideranti, debitor & creditor à pari procedunt, prout Ro. & Aret. dicunt, & bene.

## In l. Quæ legata. Argumenta.

1 Legata purè vel in diem certum relicta, ad hæredem tranſmittūntur.
2 Legata quę ad hæredem non tranferūtur, patri, vel domino non acquiruntur.
3 Stipulationum commoda patri vel domino indiſtinctè acquiruntur.
4 Conditionis futuræ ſpes quare potius in contractu, quàm in legato ad hæredes tranſeat.
5 Cōditio in perſona hæredis implēda, in domino vel patre nō eſt verificāda.
6 Conditio dandi hæredi, non habet verum in hærede hæredis.

### REGVLA XVIII.

Q V AE *legata mortuis nobis ad hæredem noſtrū tranſeūt, eorum commodū per nos his quorum in poteſtate ſumus,*

*eodem caſu acquirimus: aliter atque cum ſtipulati ſumus. nam & ſub conditione ſtipulantes, omnimodo eis acquirimus, etiam ſi libertate nobis præſtita à dominis conditio exiſtat.*

¶NAM † legata quæ purè vel in diem certum relicta ſunt, ad hæ- 1
redem tranſmittuntur. l. ſi poſt diem, in prin. l. ſi penũ. in prin. ff. quando dies lega. ced. l. j. §. cum igitur. in fi. eo. tit. C. quando dies leg. ced.

¶Eodem modo iſta legata ex perſona filij vel ſerui patri vel domino acquiruntur. vt hic dicitur, & in d. l. ſi poſt diem. §. pen.

¶Sic econtrà † legata quæ ad hæredem non tranſmittuntur, vt ſunt le- 2
gata conditionalia. l. j. §. ſi autem aliquid ſub conditione. ſuprà de cadu. tollen. & d. l. ſi poſt diem. §. ſed & ſi ſub conditione. patri vel domino non acquiruntur, ſed ipſi filio vel ſeruo, ſi tempore purificatæ conditionis ſui iuris reperiuntur: vt hic à contrario ſenſu colligitur, & in l. ſi vſusfructus. §. fi. ſuprà quando dies lega. ced. & in l. ſi legati, ſuprà de pignoribus. & in l. j. §. fi. ſuprà vt leg. no. caue. in l. vxor. C. de condi. in
ſer. Et hoc bene procedit in legatis: † ſecus eſt in ſtipulationibus, quo- 3
rum commodum indiſtinctè patri vel domino acquiritur. licet tempore purificatæ conditionis ſint ſui iuris filius vel ſeruus: vt hic dicitur. ad idem text. in l. ſi filius, ff. de verb. obliga. in l. ij. §. id quoque quod. ſuprà de collatio. bono.

¶Et ratio diuerſitatis videtur: quia in ſtipulatione cõditionali illa ſpes quæ habetur de conditione futura, tranſit ad hæredem. §. ex conditionali. inſti. de verb. oblig. ideo patri vel domino acquiritur, per regulam quæ hic in princ. habetur. Sed ſpes legati conditionalis non tranſmittitur in hæredem. l. j. §. ſi autem. C. de cadu. tollen. ideo patri vel domino non acquiritur, ſecundum regulam quæ hic ponitur.

¶† Et ſi vlterius quæratur de ratione quare potius ſpes futuræ condi- 4
tionis in cõtractu ad hæredes tranſmittitur, quàm in legato. Dicendum eſt quòd in contractu actus fundatur ex conſenſu duorum, & factum ſtipulatoris interuenit. qui ſibi ex heredibus ſuis prouidere videtur. vnde fortior acquiſitio redditur. Non ſic videtur in legato: vt per gl. in d. §. ex conditionali. & per Doct. in l. ſi filius, de quo tamen dicendum eſt, vt dixi in l. j. C. de pact.

¶Vltimo ad æquiparationem quæ fit hic de hærede ad patrem vel dominum facit text. in l. qui liberis. §. hæc verba. de vulg. & pupil. vbi ſubſtitutio facta de hærede, non habet locum in patre vel domino. & pariter nec in hærede hæredis. † Et conditio quæ debet impleri in perſona hæredis, non verificatur in perſona domini vel patris. l. qui hæredi. in prin. ſuprà de condi. & demonſtra. & facit text. no. in l. iij. §. hoc autem. de lega. præſtan.

¶Et pariter videtur quòd † conditio dandi hæredi, non verificetur in hærede



a hærede hæredis [a]. d. §. hæc verba. facit text. in l. cùm ita datur. ff. de condi. & demon. vbi cõditio dandi Titio, non poteſt impleri in hærede Titij.

a Hæredis. Vide omnino Iaſ. l. paterfamil. de vulg. & pupi. & quomodo intelligatur regula, quòd hæres hæredis primi teſta. eſt hæres, vide Anch. cõſ. cxxx. H.C.

## In l. Qui cum alio. Argumenta.

1 Cõtrahẽs, cõditionẽ ſeu qualitatẽ ſecũ cõtrahẽtis noſſe debet.
2 Societate finita non tenenẽ ſocij de cõtractu poſtea inito cũ aliquo ipſorum, licet contrahens neſcierit ſolutã ſocietatẽ.
3 Ignorans, quo caſu æquiparetur dubitanti.
4 Delicta an poſsint excuſari ex cauſa iuſta.
5 Bannitum cum ſaluo conductu occidens, excuſatur.
6 Offendens alium, conditionem eius inueſtigare debet.
7 Hæres ex quaſi contractu obligatur.
8 Obligatio qualitate non mutatur in creditoribus ob hæredum perſonas.
9 Statutum de contractu loquens, ad quaſi contractum quandoque extenditur.
10 Eſſe, idem putatur cum eo quod eſt, eſſe debere.
11 Contrahere ſpõte non dicitur, qui ex quaſi cõtractu obligatẽ.

REGVLA XIX.

QVI *cum alio cõtrahit, vel eſt, vel debet eſſe non ignarus conditionis eius: hæredi autem hoc imputari non poteſt, cùm non ſponte cum legatariis contrahit.*

1 ¶NOTA quòd † qui cum alio cõtrahit, debet eſſe certus de conditione, & qualitate contrahentis. & ideo qui mutuauit pecuniam filiofamiliàs, non poteſt mutuũ recipere obſtante Senatuſconſulto Macedoniano: quia ſcire potuit illum eſſe filiumfamiliàs. l. pen. ff. ad Maced.

¶Et idem in minore: vt no. per gl. in l. ſi Titius. in verſi. ætatis. ff. de fideiuſ. vnde præſumitur ille qui cõtrahit habere notitiam eius cum quo mercatur: vt no. Bal. per illum text. in l. inciuile. C. de furt.

¶Et in hoc etiã forenſis non excuſatur: quia debet conditionem eius cum quo contrahit inueſtigare: vt notat Cuma. in conſi. xxvj. cùm ſtatutum Paduæ. col. j.

3 ¶Et iſta ratione etiam iuſta cauſa non excuſat à pœna [b] cõuentionali: quia debuit inueſtigare, vt no. tradit Alex. in cõſi. cxix. titulus quæſtionis. col. pen. lib. ij. Et bene facit quod no. tradit Pau. de Caſt. in l. j. §. non autem. in ver. item aliàs conſului. ff. de exercito. vbi dicit ſe cõſuluiſſe
2 † quòd cùm duo mercatores feciſſent ſocietatem per quinquennium, quòd finito quinquennio alter non tenetur ex cõtractibus cum alio celebratis, licet cõtrahentes ignorarent

b Pœna. Dixi ad Alex. d. cõſ. cxix, nu. 13. lib. ij. adde Alexã. cõſi. lxvj. lib. v. do. And. Tiraq. in tract. Retra. conuentio. §. j. glo. vj. num. 56. C.M.

rarent finitam eſſe ſocietatẽ:quia debuerunt perſcrutari & ſe informare de qualitate ſocietatis, per iſtam regulã. & idem Pau.de Caſt in l.j.§.conditio. ff.de inſti. & idem Pau.de Caſt. in conſi. cccxxxv. viſis & ponderatis omnibus. in prin. & idem Pet. de Anch.in conſi.cccxxxiij. pro clariori deciſione. vbi concludit, ꝙ vnus ſocius pro alio nõ tenetur niſi pro illa quantitate quam poſuit in corpore ſocietatis.Et ideo ille qui contrahit debet inueſtigare qualitatem ſocietatis per ipſam regulam. Et ad idem facit:quia † licet aliàs ignorãs & dubitans æquiparentur[a] l.manifeſtiſsimi,§,ſinautem.vbi Bar.C.de furt.l.fi.C.de condi.indebi,Hoc non habet locum in cõtrahente cum alio : quia ſi dubitat, debet eius conditionem inquirere. ita Bald. not.dicit allegando iſtum text,in c.j. §.perſona verò.verſic. ſed quid indubitatè. per quos fiat inueſti.de cuius dicti veritate dixi in l.quandiu,C,qui admit.

¶ Et quod hic dicitur de contrahente, idem eſt in eligẽte qui præſumitur habere notitiam electi,& ideo non excuſantur canonici qui eligunt indignum b ; vt no.Bart.in l.ſi patronus.de confir.tut.& ibi Bar.alleg.iſtum text. Et per iſtam l.qui cum alio.arguit Alex.in l. ſi cum dotem. §.ſi mulier.ff.ſol.matri.col.ij.verſi. vnũ addo. quod imputatur creditori qui acceptauit debitorem qui nõ erat ſoluendo ; quia debuit eius conditionem perſcrutari.& idẽ dicit Pau.de Caſt.poſt Ang.in l.j.ff. ſi quis in ius voc.

¶ Et iſtà regula procedit , niſi ignorantia eſſet multum probabilis & iuſta , quia tunc excuſatur.l.ſi quis patrem. ff.ad Maced.& d.l.ſi Titius.de fideiuſ.

¶ Secundo regula habet locum in cõtrahente, prout loquitur : † ſecus eſt in delictis in quibus quis à pœna excuſatur ex iuſta cauſa, & non imputatur ſi conditionem[c] offenſi inueſtigauit , vt not. tradit Pau. de Caſt. in conſi. xxxij. licet iſta ſit quæſtio. in fi. verſi. ad quartum. vbi propter hoc concludit, † quòd occidens bannitum excuſatur non obſtante quòd bannitus occiſus haberet ſaluũ conductum, de quo ille non inueſtigauit,

¶ Sed tamen talis differentia non videtur vera : quia in tali caſu ex quo erat publicè bannitus d & deſcriptus in libro bannitorum ignorantia ſalui conductus erat multum probabilis:quo caſu idem eſſet in contrahente. vt dictum eſt : ſed ſi ignorantia non eſſet ita probabilis idem eſſet in delinquente.

a Aequiparentur. Vide Paul. de Caſt.in l.manifeſtiſsimi. §. ſed quærebatur. C.de furtis.

b Indignũ. Iaſ. l. cum filiusfa. §.in hac.col. j. de verb. obliga. Frã. Rip.de reſcript. Reſpon. xij. col.j. facit Alex cõſi. cciij. col, iij.li. ij. cõſi.xix. nu. iiij.li.iiij.C.M,

c Conditionẽ. hæc faciunt ad materiam ca.ſi verò.de ſenten. excõmun. vbi ponũtur plura exẽpla per do. Fel. quando quis delinquit ignorãdo cõditionẽ ſeu qualitatem perſone. & ponitur ibi regula , quod vbi factũ eſt illicitum nõ excuſatur allegãs ignorãtiã, quia præſumitur ſciẽtia. de quo per canon. in ca. à nobis. eo.tit.H.C.

d Bannitus. Hyppo.Marſi. in prac. ver. aggredior. M.C.



6 ¶ † Et quia ſi ille qui cum alio cõtrahit debet inueſtigare conditionem eius cum quo contrahit , vt hic dicitur, multo magis qui alium offendit debet eius cõditionem

A inquirere.ita Bar.dicit[a] in l.fi.ff. de adul. Et de quæſtione Paul.de Caſt.latè ſcribit Alexand.in l.huiuſmodi. §.ſi ita.de leg.j.& in conſi.lxxvij.viſis dubitationibus.lib.iij.

¶ Tertio regula habet locum in contrahente:ſecus eſt in

7 hærede,vt hic dicitur: † quia ipſe ex quaſi contractu obligatur.§.hæres.inſtit.de obli.quæ ex quaſi contractu.l.ex maleficiis. §.hæres.ſ.de act.& oblig.

¶ Et hoc verum intelligitur quo ad legatarios quibus hæres obligatur ex quaſi contractu : ſecus eſt in creditoribus quibus hæres eſt obligatus ex contractibus quibus defunctus tenebatur : vt not. Bartol.dicit in l.de eo.ff. de iudic. Et idem Raphael Cuman. in conſil.clxxvj. ſtatuto Papienſi.col.ij.

¶ Et de legatariis loquitur text.hic in §.hæres.inſtitu.de obli.quæ ex quaſi contrac. Et in d. l. ex maleficiis. §. hæres.& l.apud Iulianum.§.fi.vbi gloſſ. verbo, contrahere. ex quibus cauſis in poſ.ea.

8 ¶ Et ad hoc facit,quia † ex perſona hæredũ qualitas obligationis in creditoribus mutari non debet. l.ij. §.ex his. de verbo.obligat.

¶ Quantum tamen ad iſtam regulam idem videtur in creditoribus à quibus hæres conuenitur ex contractibus cum defuncto celebratis de quibus hæredi nihil imputari poteſt , ſi conditionem creditoris non inueſtigauit. Et ſic militat ratio quæ hic in tex.alleg.

¶ Et ex his colligitur , quòd illud quod dicit de cõtractu, non habet locum in quaſi contractu, ex eo quod hic dicitur de hærede qui ex quaſi contractu obligatur. Et hoc in ſtatuto no.Bar.in l.apud Iulianum.§.fi.in fi. ff.ex quibus cauſis in poſ.Bar.in l.j.per illum text.ſ.de contrario iud.tute.cum ſim.vt tradit Alex.in l.mutum. & in l. more.in ij.not.ſ.de acqui.hære.Et idem Ang. in conſi. cccij. viſis & diligenter. Abb.in conſi.lxj.quinque dubia. colũ. viij.lib.j.& c.qua fronte.de appel.vbi dixi.

¶ Et idem Alexã.in c lxxvj.viſis dubitationibus.colũ. iij. lib.v.Et iſta concluſio procedit inſpecta vi & proprieta-

9 te verborum : per viam verò extenſionis † quandoq; ſtatutum quod loquitur de contractu etiam ad quaſi con-

B tractum porrigitur b ,quãdo omnimoda ratio militaret:

a Dicit. Vide Iaſ. qui plura circa hanc quæſtio.accumulauit poſt Alex. in l ſi ſe nõ obtulit §. condẽnatum.in vj.colum. ver. vlti. Dyn. & Alb. &c.ſ. de re iudi.vbi etiã ponit an poſsit quis occidere bãnitũ quãdo nullitas banni eſt patẽs:quid quãdo pendet lis, an bannum ſit nullum vel ne:an poteſtas à ſtatuto cõceſſa occidẽti bannitum ſit interim ſuſpenſa. H.C.

b Porrigitur. Iaſ.l.ſi ego.ſ.ſi cer.pet.

Et ita procedit quod not. Bal. in rub. C. de pac. Bar. in l. more. de acqui. hære. cum ſimi. vt tradit Alex. in l. ſiue apud acta. C. de tranſact. & idem Rom. in conſi. xij. viſo facto col. fi. in fin. & in conſil. ccclxxx. præſuppoſito. in princi. & ſubtiliter ſcribit Cuma. in conſi. clxxvj. ſtatuto Pariſ. ſupra alleg. facit quod not Bar. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. col. iij. ſupra de pact. & in l. Mæuia. §. j. ſ. ſolu. matri.

¶ Vltimo ex verbis illius regulæ duo notanda ſunt.

¶ Primo ibi, eſt vel eſſe debet. † quòd paria ſunt, eſſe vel eſſe debere. Sic etiam paria ſunt, ſcire vel ſcire debere. l. quod te. ſupra ſi cer. pet. ubi dixi vt no. per glo. hic. Vnde ſicut denuntiari poteſt ille qui ſcit ſe debitorem: ita ille qui ſcire debet: vt not. Bald. in auth. ad hæc. col. iiij. C. de vſuris. ſic etiam paria ſunt, ſcire & ſcire poſſe. l. pen. ſ. ad Maced no. Bal. per illum tex. in l. ſi duo. de acquiren. hæred. facit tex. in l. qui contra. vbi Bar. C. de inceſt. nup. in c ij cum glo. de temp. ord. in vj. Sic etiam paria ſunt, habere & habere poſſe, vt in no. quæſt. Ange. dicit in l. itẽ veniunt. §. petitam. ſ. de pet. hære. Sic etiã paria ſunt, habere & habere debere vt not. Bart. in pulchra quæſtione in l. pen. §. cum ita. de aur. & arg. leg.

¶ Secundo not. † quòd ſponte non dicitur quis contrahere & ſe obligare qui ex quaſi contractu per interpretationem iuris obligatur. Etiã ſponte dicitur fieri illud quod fit principaliter & immediate ex propria voluntate: adeò quod not dicit Pet. de Ancha. in cle. præſenti. ia. not. de cenſi. quòd non dicitur ſponte factum illud quod fit ad petitionem: ſed videtur tex. in contrarium in l. j. C. de pact. & ibi dixi.

## In §. Non ſolet. Argumenta.

1 Exceptio doli non nocet, quibus teſtatoris voluntas non reſiſtit.
2 Exceptio doli repellit petentem debitum, quod exceptione elidi poteſt.
3 Teſtamentum primum reconualeſcit, ſi teſtator ſecundum inciderit.

## §. Non ſolet.

NON *ſolet † doli exceptio nocere his quibus voluntas teſtatoris non refragatur.*

¶ Vltra glo. hic iſte §. exemplificari poteſt, vt ſtatim dicam in tex. ibi doli exceptio Nam † exceptione doli generaliter repellitur qui debitum petit quod exceptione elidi poteſt. l. ij. §. generaliter. ſ. de except. do. vnde petens cõſultò deleta exceptione repellitur. l. j. §. ſed conſultò. ff. de his quæ in teſta. delen. ſed ſi inconſultò deleta ſint, non repellitur. d. l. j. verſi. inconſultò verò. quia voluntas teſtatoris non refragatur, vt hic dicitur. Et aliud etiam exemplum colligitur in l. pen. ſi. ſ. de ſecun. tab. † vbi ſi teſtator vltimum teſtamentum inciderit vt primum habeat locum, præualet primum.



## In l. Quoties dubia. Argumenta.

1 Libertati in dubio fauendum eſt.
2 Libertas inter cauſas pias annumeratur.
3 Libertati plus fauetur, quàm liberorum legitimæ.
4 Libertatis cauſa publica cenſetur, non priuata.

REGVLA XX.

QVOTIES *dubia eſt interpretatio libertatis, ſecundum libertatem reſpondendum erit.*

¶ NOTA quòd in dubio † pro libertate iudicandum
1 eſt. faciunt iura allegata in glo. ad idem tex. in l. lege Iu-
lia. ſ. de manumiſ. l. inter pares. ſ. de re iudic. & in l. in
obſcura. & in l. libertas. in eadem. † Cauſa enim liberta-
2 tis dicitur pia. l. j. circa fin. C. de communi ſeruo manu.
not. Bart. in l. proxime. ff. de his quæ in teſta. delentur. in
l. ſi vnus. C. de teſta. Bald. in l. ij. & pen. C. de fideicom. lib.
Et libertati magis quàm reo fauendum eſt. c. ſi na. de re
iudic. d. l. inter pares. & d. l. Iulia.

¶ Et † fauorabilior eſt cauſa libertatis, quàm ſit legiti-
3 ma liberorum: vt not. dicit Pau. de Caſt. per illum tex. in
l. Papinianus. §. quarta autem. de inoffic. teſta. Et cauſa li
bertatis dicitur publica, † non priuata. l. ſi quis rogatus. ſ.
4 de fideicommiſſ. libert.

## In l. Non debet. Argumenta.

1 Occidere qui poteſt licitè, verberare poterit non illicitè.
2 Argumentum à maiori, in ſtatutis locum habere poteſt.
3 Mulier quæ licitè occiditur, impune violari poterit.
4 Argumentum à maioritate rationis, in materia correctoria nõ probat.
5 Plus & minus ſi ſint eiuſdem ſpeciei, cui quod licet plus, non licebit minus.
6 Diſpenſatio ratione maioris rationis non extenditur.
7 Mandatum de maiori, non extenditur ad id, quod minus eſt.
8 Argumentum à maiori ad minus valet, ſi vtrobique ſit ratio eadem.

REGVLA XXI.

NON *debet cui quod plus eſt, licet: quod minus eſt, non licere.*

¶ CVM iſta regula concordat reg. cui licet. eod. titu.
1 in vj. & iſtam regu. etiam colligit Alexand.[a] per illum
tex. in l. in actionibus. §. j. ff. de in lit. iur. Et ideo

a Alex. Et ibi Iaſ. col iij. Dy. d. cap. cui licet. Nicol. Eueral. in lo. leg. Ioã. a minori. C. M.

 † ſi

† ſi quis poteſt aliquem occidere, à fortiori illum poterit 1
verberare & contun.eliis afficere. l. nec in ea. ff. de adult.
vbi Barto. facit tex. in l. in ſuis. in fin. ſ. de libe. & poſthu.
l. j. C. ne fideiuſſ. dentur. c. ex parte. de deci. c. per venera-
bilem. qui filij ſint legiti.

¶ † Et iſtud argumẽtum à maiori etiam habet locum in 2
ſtatutis[a]: vt not. Bald. in l. quod vero. verſi. ſed pone. ff. de
legi. in l. ſi verò. §. de viro. ſ. ſol. mat. l. ij. C. de in ius voc.
& l. affinitatis. ver. pone ſtatutum. C. commu. de ſucceſ.

a Statutis. An hoc procedat quando ſtatuta ſunt contra ius commune vel ne. vide Lanfr. in tract. de interpreta. ſtatu. in vj. col. Hier. Chuc.

¶ Et ex his ſumitur argumentum à maiori affirmatiuè,
quod valet auth. multo magis. C. de ſacroſanc. eccl. c. cum
in cunctis. in princi. de elect. cum ſimi. vt dixi ibi.

¶ Et econtrà etiam regula negatiuè procedit: quia cui
denegatur quod minus eſt, etiam quod plus eſt videtur
prohiberi. l. relegatorum. § poteſt. ſ. de interdic. & releg.
l. qui indignus. ſ. de ſenat. l. cui pacto. ſ. de ſer. expor. & in
c. cum illorum. de ſenten. excommunica.

¶ Et per iſtã regu. hic arguit glo. in d. l. ij. C. de patri. qui
filios diſtra. quòd ſi pater poteſt filiũ vendere, à fortiori
poteſt illum pignorare. Et hoc tenet Azo ibi in ſumma.

¶ Et per iſtam reg. infert Nellus in tract. bannitorum,
in ij. parte ſecundi temporis. q. xlvj. † quòd ſi mulier ban- 3
nita poteſt occidi, à fortiori poterit adulterari: cũ maius
ſit homicidium, quàm adulterium. xxxiij. q. ij. c. ſi quid
verius. ibi, ſi enim facturus eſt quod non licet, prius fa-
ciat adulterium, quàm homicidium. aliter tamen in hoc
expreſſe voluit Bal. in l. fi. C. ſi contra ius vel vtil. public.
vbi inquit, quòd licet mulier occidi poſsit, non tamẽ po-
terit adulterari. de quo dicendum eſt, vt ſcripſi in ca. quæ
in eccleſiarum. col. vj. de conſtit.

¶ Nunc regula iſta limitatur non habere locum in caſi-
bus notatis in glo. hic. Et vlterius † primo fallit in mate-
ria correctoria, in qua non valet argumentũ à maiorita- 4
te[b] rationis: ſecundũ gloſ. quæ approbatur communiter 3
in auth. quas actiones. C. de ſacroſanc. eccl. & glo. fi. & ibi
Bart. in l. ſancimus C. de teſta. & l. præcipimus. C. de app.

b Maioritate. Nicol. Eueral. in loc. leg. Ioã. à ratione. l. larga. colum. iiij. C. M.

¶ Et idem Barto. in l. ſi conſtante. in princi. in ix. q. j. par-
tis principalis. ſ. ſol. matri. & eſt bonus text. in authen. de
admini. ſacri palat. col. iij.

¶ † Secundo, regula habet locum quando plus & minus
ſunt eiuſdem ſpeciei: ſecus eſt in diuerſis ſpeciebus: quia 5
regula non procedit: vt per Dy. in d. reg. cui licet. per tex.
in l.



ſolemus. §. latrunculator. ff. de iud. vbi latrunculator hominem in-
terficere poteſt. Et tamen de cauſa pecuniaria cognoſcere non poteſt.

¶ Contra iſtã tamen limitationẽ facit tex. in d. l. in ſuis. de lib. & poſth.
& d. l. nec in ea. & d. l. j. ne fideiuſ. den. vbi arg. fit à maiori etiam in di-
uerſis ſpeciebus. non obſt. text. in d. §. latrunculator. quia reſpondetur,
vt ſtatim dicam.

¶ Tertio, regula fallit quando eſt facta diuiſio poteſtatis ſecundũ plus
& minus: quia tunc ille qui habet poteſtatẽ in eo quod plus eſt, nõ po-
teſt quod minus eſt, cum alteri illud ſpecialiter ſit attributum. not.
Bal. in reg. cui licet. vbi Peruſ. ſequitur. Et hoc modo poteſt procedere
tex. in l. ſolemus. §. latrunculator.

6 ¶ † Quarto, regula non procedit in materia diſpenſationis in qua non
ſit extenſio ad caſum etiam habentem maiorem rationem. & eſt dictũ
Hoſti. in c. poſtulaſti. de reſc. vbi ad hoc alleg. c. j. & ij. de fi. presby. & ſe-
quitur Abb. in c. at ſi clerici. §. de adult. de iudi.

¶ Et hoc pro regula ponit Fely. in c. poſtulaſti.

¶ Et comprobat per tex. in c. fi. de poſtul. præla. vbi diſpenſatio facta cũ
aliquo ꝙ poſsit trãſire ad archiepiſcopatũ, nõ habet locũ in epiſcopatu.

¶ Et quia licet ſit diſpenſatum cum monacho in curato beneficio, di-
ſpenſatio non habet locum in ſimplici beneficio.

¶ Sed vt dixi in d. §. de adulteriis. col. vj. iſta cõcluſio non probatur iu-
re. nam in tex. d. c. j. & ij. de fil. presby. ſimpliciter dicitur, quòd materia
diſpenſationis odioſa eſt: ergo non debet diſpenſatio magis ſtrictè in-
terpretari, quam alia materia odioſa. Sed in alia materia odioſa habet
locum argumentum à maiori[a]. d. l. nec in ea. & d. l. in ſuis. & d. ca. cum
illorum. de ſentent. excom. cum ſimil. ſ. alleg. ergo idem
videtur in diſpenſatione. & in terminis eſt text. in ca. per
venerabilem. qui filij ſint legitimi.

a Maiori. Ad. de Philip. Dec. l. & militibus. nume. 12. C. de teſta. mili. conſil. lxxvj. Vbi in annotat. dixi Hier. grat. cõſi. xxvj. nume. 34. lib. j. C. M.

¶ Non obſtat quòd ſit diſpenſatio gratioſa: imo eſt odio-
ſa, quia contra ius commune.

¶ Non obſt. c. fin. de poſtul. prælat. quia ibi non trahitur
ad id quod minus eſt: quia non eſt eadem ratio, cum fa-
cilius debeat diſpẽſari in maiori beneficio, quàm in mi-
nori, propter maiorem vtilitatem, vt ibi colligitur. Et
iſta ratione facilius diſpenſat cum monacho in benefi-
cio curato: quia in eo maior eſt vtilitas & neceſsitas, quàm in ſimpli-
ci. vt latius dixi in d. §. de adulte.

7 ¶ † Quinto fallit in mandato. vt tex. not. in c. ei cui. §. fin. de præben. in
vj. vbi ſi mandatur prouideri de præbenda certi valoris, de minori va-
lore prouideri non poteſt: quia huiuſmodi mandata quorũ fines obſer-
uari diligenter oportet, non debent ad alios caſus quam expreſſos ex-
tendi: vt ibi dicitur. & facit tex. in c. fi. de verbo. ſigni.

¶Sexto fallit in decreto:vt eſt tex.in l.ſi pupillorũ.§.ſi prætor.ff.de rebus eorũ,ibi,cũ quis aliud facit quàm à prætore decretũ ſit,nihil agit. & no.per glo.hic,& ſequitur Alex.in d.l.in actionibus.de in litẽ iuran.

¶Vltimo fallit quando non eſt eadem ratio in eo quod minus eſt. prout colligitur ex ſuprà dictis:& faciunt iura alleg.in glo hic. Et eodem modo limitatur reg.l.quæ de tota.ff.de rei vendic.vbi arguitur de toto ad partem.† Nam argumentum procedit vbi eſt eadem ratio. vt Abb.declarat in c.paſtoralis.§ item cum in totum.in fin.de offic.de lega.& no.Are.in conſil.clxiiij.diligenter.col.iij.ver.non obſtat argumentum.& hoc idem Bart.dicit in l.iuriſgentium.§.adeo.ff.de pact.& adde quæ dixi in regu.in eo.in princ.j.eo.

## In l.In perſonam.Argumenta.

1 Seruus nec obligare,nec obligari poteſt.
2 Seruus quando naturaliter obligari poſsit.
3 Seruus an poſsit fideiubendo obligari.
4 Seruus in delictis obligari poteſt,in contractibus non item.

### REGVLA LII.

IN PERSONAM *ſeruilem nulla cadit obligatio.*

¶ISTA regula intelligitur de obligatione ciuili† quæ nec actiuè nec paſsiuè cadit in ſeruum.l.ſerui.ff.de actio.& obli.l.nec ſeruus.ff.de pecu.vbi tex.notabilis quem glo.hic adducit.

¶Secus eſt in naturali obligatione ad quam ſeruus obligatur.l.ſerui.& l.hæres à debitore.§.ſeruo.ff.de fideiuſ.ad idem tex.in l.naturaliter.ff. de condict.indeb.& l.ſi id quod.eo.tit.ibi Barto.declarat quomodo naturalis obligatio cadat in ſeruo.

¶Et hoc quod dictum eſt ſeruum obligari naturaliter,† verum eſt niſi ex cauſa fideiuſsionis promitteret:quia tunc etiam naturaliter ſeruus non obligatur.l.ſed & ſi ſerui.in princi.ff.de fideiuſ.ibi,cum ſeruus fideiuſsionis nomine obligari non poſsit.& glo.ibi,& in l.in perſonam.§. qui pecunia.in ver.à Titio.ff.de pact.& no.Bart.in l.ſeruus inſcio.de fideiuſ.vbi rationem adducit,quia lex reſiſtit.d.l.ſed ſerui.& l.licet.§.de ſi filius.ff.de pecu.ergo non oritur naturalis obligatio ex quo lex reſiſtit.l.cum lex.de fideiuſ.& ſequitur Pau.de Caſt.in d.l.ſeruus inſcio.

¶†Sed tamen conſiderandum eſt,quia imo ſeruus etiam fideiubendo naturaliter obligari videtur,quia conſenſit d.l.naturaliter.cum ſimil.ff.allegat.

¶Non obſtat,quòd iura reſiſterent:quia illa prohibitio eſt reſpectu domini,vt de peculio nõ teneatur,prout iura prædicta loquuntur:non autem quo ad ipſum ſeruum procedere videatur.

¶Secundo,quod dictum eſt,ſeruum obligari naturaliter actiuè & paſſiuè,procedit quãdo iſta naturalis obligatio prouenit ex promiſsione ſecun-



ſecundum quam graue erat fidem fallere.l.j.ff. de pactis.l.j.in prin.ff de conſtitu.pecu.

¶Secus ſi ex contractu mutui,vel alio cõtractu,qui ſit de iure gentium. quo iure ſtatus ſerui erat annihilatus:quia tunc etiã naturalis obligatio ſeruo acquiri non poteſt:vt not. Bart.in l.frater à fratre.in j.q.extra gl.ff.de cõdit.indeb.

¶†Secundo principaliter regula habet locum in contractibus:ſecus eſt
4 in delictis in quibus etiam ſerui obligãtur.prout.tex.diſtinguit in d.l. ſerui.de actio.& obl.& no.hic quæ dicit idem eſſe in quaſi maleficio.al leg.l.j.§.cum ſeruus.de his qui deiece.vel effude.facit tex.in l.ſi vnus.§. cum ſeruus.ff.de iniur.& l.ſi minor.§.ſi ſeruus.ff. de minor.& inſtit.de noxa.in princ.& generaliter vbi de pœna corporali agitur,ſeruus tenetur.l.hos accuſare.§.omnibus.ff.de accuſationibus.

## In §.Generaliter.Argumenta.

1 Arbitrium boni viri intelligitur,ſi quid in domini vel procuratoris arbitrium conferatur.
2 Arbitrium liberum differt ab arbitrio ſimpliciter dicto.
3 Arbitrium boni viri,quale debeat intelligi.

## §.Generaliter.

GENERALITER *probandum eſt, vbicũque in bonæfidei iudicijs confertur in arbitrium domini vel procuratoris eius conditio:pro boni viri arbitrio hoc habendum eſſe.*

1 ¶NOTO † quòd illud quod confertur in arbitrio domini vel procuratoris, de arbitrio boni viri intelligitur. facit tex.in l.hæc venditio. in prin.ff.de contrahen.emp.& l.ſi in lege.in prin.ff.loca.l. ſi cum ea.C. de dot.promiſ. Et not.Barto.in tract.ad reprimen.in verſi.videtur.

2 ¶†Et hoc intelligitur quando ſimpliciter dicitur de arbitrio : ſecus ſi de libero arbitrio dicatur,quia tunc de libera voluntate intelligitur. vt no.Bar.in l.ſi ſic.de leg.j.in l.alio col.iij.in verſi.ex prædictis.de alimẽ. & cib.leg.in l.fideicommiſſa.§.ſi ſic.de leg.iij.Bal.in l.j.ff.de teſta.mili. & Rom.in l.filiusfa.col.iij.in iij.caſu principali.ff.de donatio.

¶Secundo regula iſta limitatur,niſi arbitrium concedatur illi qui aliàs arbitrium boni viri habuiſſet:[a] quia tũc vt verba aliquid operentur de voluntate,& libero arbitrio intelligitur:vt not. Imo.in dicta l.ſi filiusfamiliàs.de donationibus.

a Habuiſſet. Imo idẽ, quia tolerabilius eſt, verba nihil operari, quàm contra materiã ſubiectam: vt infra eodem l. quoties idem ſermo.C.M.

3 ¶Vltimo notandum eſt, † quòd arbitrium boni viri intelligitur illud quod in rebus ſuis quis faceret, vel quod vellet ſibi fieri:vt not Bar.in l.j.ff. de ſolu.& Roma.in rubri.de arbit.col.iij.

In l.

## In l. Contractus. Argumenta.

1 Depoſitarius de dolo ſolo tenetur.
2 Depoſitum & commodatum eiuſdem ſunt fermè rationis.
3 Depoſitarius pro cuſtodia pecuniam recipiens, de culpa etiam leui tenebitur.
4 Depoſitarium, qui ſe obtulit, de culpa leuiſsima teneri, quando verum ſit.
5 Cõtractus quãdo gratia eius, qui rogauit, dicatur celebratus.
6 Commodatarius de culpa leuiſsima teneri ſolet.
7 Culpa leuiſsima in faciendo, eſt leui æquiparanda.
8 Depoſitarius de caſu tenetur, ſi depoſitũ in pecunia numeret.
9 Precarium recipiens, de dolo & lata culpa tenetur.
Precarium conſtitui dicitur, vbi verbum precario, vel aliud eiuſdem ſignificati adiicitur.
10 Precarium ſumens non tenetur de leui aut leuiſsima culpa.
11 Precarium concedens non poteſt illud ilico reuocare in præiudicium recipientis.
12 Commodatarius minus iuris conſequitur, quàm precario recipiens, & tamen plus obligatur.
13 Precarium quando tranſeat in hæredem concedentis.
14 Precarium quando extinguatur morte concedentis.
15 Precarium quo differat à conſtituto.
16 Cõſtitutũ verã poſſeſsionẽ tradit, licet ficto modo quæratur.
17 Conſtitutũ quando poſt mortẽ conſtituentis conferri poſsit.
Conditio purificata retro trahi ſolet.
18 Donatio vel venditio, ſi duobus ſucceſsiuè facta ſit, vtri iure quæratur.
19 Emptor primus non eſt ſecundo præferendus, ni pretium aut fidem de pretio dederit.
20 Poſſeſsio conſtituti in abſentem facti non transfertur ante ratificationem.
21 Pax alicubi & ſuis adhærentibus facta, qualiter ſit extẽdenda.
22 Donatio facta abſenti, ante ratificationem non prodeſt ei.
23 Pax pro abſente per notarium recepta, an poſt terminum datum poſsit ratificari.
24 Ratificatio ſecundæ obligationis quando præiudicet priori obligationi.
25 Dolus & culpa in plurib. cõtractib. ſimul interuenire poſſunt.
26 Teſtes deponentes de culpa in contractu, de qua intelligi debeant.
Indefinita in teſtibus non equipollet vniuerſali.
27 Culpa quomodo in contractibus interuenire dicatur.
28 Commodatum quo differat à precario.
29 Commodatũ, terminorũ data paritate, non differt à depoſito.
Commodatum præſumitur fieri ad petitionem cõmodatarii.
30 Commodatarius pro deterioratione rei non tenetur, ſi ad vſum debitum ea vtatur.
31 Venditor de dolo, & culpa leui, in re vẽdita cõtingẽte tenetur.
32 Creditor de dolo, lata & leui culpa contingente in re pignori accepta tenetur.

Com



33 Cõductor & locator inuicẽ de dolo, lata, & leui culpa tenent.
34 Equus in itinere moriens, an pereat locatori, an verò conductori.
35 Emphyteuta quãdo pro deterioratione rei emphyt. teneatur.
36 Maritus pro re dotali tenetur de dolo, lata culpa, & leui.
37 Tutor in rebus pupilli, de dolo, lata culpa, & leui, ligatur.
38 Geſtor negotiorum de dolo, lata culpa, & leui poteſt quandoque teneri.
39 Socius in rebus ſocietatis tenetur de dolo & culpa leui, ſi quid depereat.
40 Dolus & culpa in rerum communione attenditur.
41 Conuentio contra contractus naturam, reiicienda eſt.
42 Dolus quare per pactum remitti nequeat.
43 Culpa lata pacto remittitur aliquando.
44 Minor non reſtituitur aduerſus dolũ præſumptum de futuro.
45 Dolus de futuro tacitè remittitur quandoque.
46 Debitor ſpeciei ex contractus natura de caſu fortuito non tenetur.
47 Debitor tenetur de culpa caſum interuertente.
48 Obligatus ad caſum fortuitum, tenebitur ſi contigerit.

### REGVLA XXIII.

CONTRACTVS *quidam dolũ malum duntaxat recipiunt, quidam & dolũ & culpam. Dolum tãtum depoſitum: & precarium: dolum & culpam, mandatũ: commodatum: vẽditum. pignori acceptum, locatũ: item dotis datio, tutelæ, negotia geſta. In his quidã & diligentiã. Societas & rerũ communio, & dolum & culpam recipit: ſed hoc ita niſi ſi quid nominatim cõuenit vel plus vel minus in ſingulis cõtractibus. nã hoc ſeruabitur quod ab initio cõuenit. Legem enim contractus dedit, excepto eo quod Celſus non putat valere ſi conuenerit ne dolus præſtetur. hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium eſt, & ita vtimur. Animalium verò caſus, mortéſque quæ ſine culpa accidunt, fugæ ſeruorum qui cuſtodiri non ſolent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum, à nullo præſtantur.*

1 ¶ PRIMO noto ibi, dolum tantùm depoſitum. ꝙ † depoſitarius duntaxat de dolo [a] tenetur. ad idem text. in l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. cõmo. ibi, ſolùm dolum in

A

a Dolo. Ita ꝙ non de lata, vt tenuit Io. Igne. hic, & nimis effusè in l. iij. §. ſi quiſquã. col. v. cum nouem. col. ſequentib. ad Silla. ſed verior eſt cõmunis ſententia quã tenet Deci. hic. & tenuit d. Pyrrhus legendo Aureliis, me audiente, Anno 1518.

depoſit

depoſito.& in d.l.j.§.ſi veſtimenta.& §.fi.ff.eo.tit.& in §. præterea.inſt.quib.mod.re contrah.oblig.Et non ſolùm de dolo,ſed etiam de lata culpa tenetur.l.j.C.depo.& per gl.in d.§.præterea.in ver.dolo.& c.fi.in verb.de culpa.extra de depo.& tradit Bald.in conſi.cxviij. præmittendum eſt.li.v.Nam dictio illa tãtùm,nõ excludit latã culpã.l.j.§.j.ſ.ſi menſ.fal.mod.dix.no.per gl.hic & in d.l.iij.§.interdum.ſ.de neg.geſt.vbi Ange.tamen dicit hoc non habere locum in ſtatuto in quo duntaxat dicatur de dolo.

¶ Et cùm tantùm de dolo & lata culpa teneatur depoſitarius,infertur ꝙ de leui & leuiſsima nõ tenetur.ex quo infert Ang.Are.in d.§.prę terea in prin.ꝙ ſi leui culpa depoſitarij res depoſita furto ſubtracta ſit,quod non tenetur.

¶ Et iſta cõcluſio procedit quãdo depoſitũ factũ ſit gratia deponẽtis,prout regulariter & cõiter fieri ſolet:qa nulla vtilitas eius verſatur apud quem deponitur:ideo ſolus dolus preſtatur:vt dicit tex.in d.l.ſi vt certo.§.nũc videndũ.

¶ Secus ergo ſi factũ ſit depoſitũ gratia depoſitarij:quia tũc de culpa etiã leuiſsima tenetur.l.ſi qs nec cauſam.in prin.ff.ſi cer.pe.ſecundùm cõem intellec.de quo dixi ibi.

¶ † Et tali caſu in depoſito idem videtur quòd in commodato:quia data paritate terminorũ,non videtur differentia inter commodatum & depoſitum: vt declarat Bart.in l.quod Nerua.col.fin.verſi.duodecimò quæro.ſ.depoſi.

¶ Eodem modo ſi depoſitarius obtulit ſe, de leuiſsima culpa obligatur: ſecundùm gl.hic per l.j.§.ſæpe.ſ.depo.facit tex.in c.ij.extr.de depo.Et ratio videtur,quia gratia eius qui rogauit contractus videtur celebrari.l.ſi gratuita.in §.margaritas.ff.de præſcr.verb.ſi verò depoſitum factum ſit gratia vtriuſque, depoſitarius de dolo,lata,& leui culpa tenetur, ſecundùm diſtin.quæ habetur in d.l.ſi vt certo.§.nunc videndum,& latius iſta tradit Bar.in d.l.quòd Nerua.col.antepen.verſi.octauò principaliter quæro.& Abb.poſt alios in d.c,ij.col.ij.de depoſi.

¶ † Et ad prędicta facit: quia ſi depoſitarius accipit pecuniã pro cuſtodia rei depoſitę,dę leui culpa tenetur:qa gratia vtriuſq; cõtractus fieri videtur vt cõductor cõuenit.l.j.§.ſi veſtimenta.ff.depo.& d.l.ſi vt certo.§.nunc videndum.Nã pecunia pro depoſito dari poteſt:vt no.Ang.in l.intereſſe.ſ.de acqu.poſ.And.Sic.in conſ.lxxj.lib.iiij.facit quod not. Ro.in conſi.ccccc.ſummarius quæſtionis.col.j.

¶ † Et ꝙ dictum eſt,depoſitarium qui obtulit ſe, de leuiſ-

ſima



ſima culpa teneri: hoc de plano procedit, ſi gratia ipſius

a depoſitarij depoſitum factum ſit,[a] vel gratia vtriuſque vt obligatio aliquid operetur: ſecus videtur ſi gratia deponentis depoſitum factum ſit: quia ſatis obligatio operatur,ſi de leui culpa obligetur.& ad hoc facit text.in d.c.ij.de depo.vbi æquiparantur iſti duo caſus, quòd ſe offerat, vel pecuniam accipiat depoſitarius: ſed quando recepit mercedem, tantùm de leui tenetur:vt ſupra dictum fuit. ergo pariter videtur in alio caſu quando ſe obtulit.

a Factum ſit. Vide Barba.c. bona fides. de depo.vbi dicit hanc communem opi. tamẽ ipſe in contrarium ponderat ibi tex.in æquiparatione, quã facit de eo qui ſe obtulit,& de eo qui pecuniã pro cuſtodia recipit, quem vide ij. col. & vide eũ, quia vult ꝙ quãdo quis ſe obtulit, videatur contractus celebratus gratia recipientis tãtum. H.C.

¶ Et certè ex quo nullam habet vtilitatem depoſitarius qui ſe obtulit, non videtur quòd ex tali obligatione in tantum debeat obligari.

¶ Non obſt.text.in d.l.j.§.ſæpe.quia ibi de leuiſsima culpa nihil dicitur. Sed ſimpliciter dicitur, quòd debet præſtare culpam & cuſtodiam: quæ verba videntur potius leuem culpam reſpicere.

¶ Non obſtat, ſi dicatur dum text.ibi dicit illum teneri de culpa & non de caſu fortuito: ergo videtur omnis culpa includi,ex quo tantum caſus fortuitus excluditur:quia reſpõdetur hoc non eſſe verum:nam non ſequitur,de caſu non tenetur, ergo de omni culpa obligatur.l.quæ fortuitis.C.de pig.act.

5 ¶ † Non obſtat, quòd gratia eius qui rogauit contractus videtur celebratus: quia hoc videtur verum quando agitur de vtilitate rogantis:prout loquitur text.in d.l.ſi gratuita.§.ſi margaritas. Secus videtur vbi conſtat rogantem nullam habere vtilitatem: eſſet enim abſurdum ꝙ ibi tantum agitur de vtilitate deponentis, quòd ex eo quod depoſitarius magis liberalem exhibuit.debeat ita grauari vt de culpa leuiſsima teneatur.

¶ Adde etiam alium caſum in quo depoſitarius de leuiſſima culpa tenetur, videlicet quando fuit in culpa, quia portauit rem depoſitam per loca periculoſa: vt not.per glo.in d.§.præterea.in ver.dolo.alle.l,in rebus.in prin.& l.ſi vt certo.§.interdum.ff.commo.

¶ Sed aduertendum eſt,quia illa iura loquuntur in com-

6 modato, † in quo venit regulariter leuiſsima culpa. Et non videtur bene inferri ad depoſitum in quo regulariter quis de dolo & lata culpa tenetur.

7 ¶ Sed reſponderi poteſt, † ꝙ culpa quæ eſt in faciẽdo prout iura ſuprà allegata loquuntur,etiam ſi leuiſsima ſit æquiparatur leui & etiã latæ culpæ in non faciẽdo: vt not.

Bar.

Bart.in l.quod Nerua.col.antep.ver.item quæro.vtrum culpa.ff.depo.& gl.in l.ſi maritus.ff.ſol.mat.vbi Alex.& alios caſus in quib⁹ tenetur depoſitarius de leuiſsima culpa & de caſu, tradit in glo.in d.§.præterea.in l.j.§.ſæpe ver.euenit.ſ.depoſi.& in c.ij.de depo.in verbo, de culpa.

¶ Et notabilem caſum nota in quo depoſitarius de caſu tenetur [a] † quando fit depoſitum in numerata pecunia actum eſt quòd tantundem reddatur: tunc enim egreditur terminos depoſiti : vt dicitur in l.Lucius.la j.& l.ſponſaliorum.ſ.depoſi. Et cum tali caſu depoſitarius teneatur ad tantundem in genere : eius eſt periculum. l. incendium.C.ſi certum pet. Nam de tali depoſito idem quod de mutuo quantum ad hoc iudicatur , vt not.Rom. in conſil.ccccc.ſummarius quæſtionis.col.ij.& in conſ. cccccxx.circa propoſitam.in prin.Paul.de Caſtr.in conſ. ibi in præſenti cauſa & idem tradit Bald.in conſi.cccc præmittendum eſt.libr.ij.& in conſil.ccclxij.viſo inſtrumento.eod.lib ij.

a De caſu tenetur. Vide Paul.de Caſtr. in l.j.§.ſi euenerit.ff.depoſi.

b Periculum. Et hoc veriſsimum & æquiſsimum, quādo ſolum tenetur in genere generaliſsimo,ſecus ſi teneretur de genere ſubalterno,puta de certo aceruo poſito in tali archa, vt patet in l. in naue ſaupheij. ſ.loca.quia toto illo genere ſubalterno perempto,eſſet liberatus. & ita debet intelligi illa lex non autem debet extendi extra caſum ſuum ad genus generaliſsimum,& ita intelligit d.l.in naue ſaupheij. Dec.in l.quod te.colum.j.ſ.ſi cert. pet. facit Dec.cōſilio vj. C.M.

¶ Secundo noto, ꝙ † recipiens rem precario de dolo dumtaxat tenetur,& etiam de lata culpa:vt eſt text.in l.quæſitum.§.eum quoque.ſ.de precar. Et vt ſit precarium,oportet quòd adiiciatur verbum precarium vel aliud idem importans:puta ſi dicatur,promitto tibi vt volūtate mea ædifices.Nam illud verbum idem importat quod precarium.l.Lucius.cum glo.ff.de dona.ita Ange.dicit in conſil.j.porrecta fuit.col.pe.Et differt precarium neutri generis,à præcaria in fœminino genere:quia conceſsio precaria non poteſt reuocari ad libitum concedentis ſicut precarium,quia ad certum tēpus conceditur: vt no.Abb. in c.j.in ij.not.& c.fi.in vlt.not.extrà de precar.

¶ Et mirum videtur quòd cum † precarium fiat gratia recipientis, quod de culpa leui & leuiſsima non teneatur ſicut eſt in commodato.l.ſi vt certo.§.nunc videndum.ff. commod.

¶ Ad hoc text.reſpondet in d.l.quæſitum.§.eum quoque. ita ſtatutum fuiſſe in precario:quia voluntate concedentis reuocari poteſt.& not.Bart.in l.quòd Nerua.col. verſi.octauo quæro.ff.depoſi.

¶ Et ex hoc videtur ſtubitandū de eo ꝙ Abb.voluit in c. fi.in iij.col.de preca.dicēs, † ꝙ ſi concedēs velit reuocare precarium ſtatum in præiudiciū recipientis, non videtur ꝙ poſsit:quia ſecundum eum, iura quæ ſimpliciter dicunt



precariū poſſe reuocari ad libitū concedentis, intelligitur dato aliquo interuallo. ar. l.quod dicimus. ſ. de ſol.
[a] Nam hoc videtur contra [a] tex.in d.l.quæſitū.§.eū quoq;. vbi videtur præciſe ſtatim poſſe reuocari, ex quo ꝓpter hoc ſolum de dolo & lata culpa tenetur:nec poteſt allegare ſe deceptū , ex quo iſta eſt natura precarij de qua à principio cogitare potuit:vt dixi etiā l.in omnibus.ſ.eo.

a Contra.Barba.ca.fin.tenet contra Abb.al leg. l. Lucius. de dona.ſupra.

12 ¶ † Mirum etiam videtur quòd cōmodatarius, qui plus obligatur, minus iuris conſequatur,quàm ille qui precario rem accipit.Nam commodatarius non poſsidet , ſed ſimplicem habet tenutam.l.officium.ſ.de rei vend. l.rei commodatæ.ſ. cōmo. Et per precarium poſſeſsio transfertur.l.& habet.§.eum qui.de precar.

¶ Sed ratio à quibuſdam aſsignatur:quia in commodato vſus eſt limitatus , in precario verò vſus eſt latior ad voluntatem concedentis: & hoc incertum eſt, quo caſu dubium perpetuum reputatur. l.ſufficit. ſ de condi. indeb. l.iuriſperitos.in prin.vbi Bart.ff.de excu.tuto.

¶ Et licet precarium reuocari poſsit ad voluntatem cōcedentis. vt ſ.dictum eſt,non tamen per mortem concedentis reuocatum intelligitur:vt no.Abb. per illum tex. in fi.in iij. no. de precar. † Tranſit enim precariū ad hæ-
13 redem concedentis [b] l.quæſitum.§.j.l. cum precario. §.
[b] fi.ſ.de precar. Et hoc verum eſt quando precarium conceditur ſimpliciter:ſecus ſi concedatur ad beneplacitum concedentis: quia tunc per mortem beneplacitum expirat.c.ſi gratioſe.de reſcript.& ita Abb.dicit in d. ca. fi. Et hoc de beneplacito in pulchra quæſtione tradit Ange. in conſi.ccxvij.in cauſa accuſationis.col.ix.

b Concedētis. Eſt bonus text. in l.Lucius. de dona. ſ.vbi etiā probatur, quòd ſi cōceſſum ſit ad volūtatem quod morte cōcedentis non extinguatur. H. C.

¶ † Et eodem modo videtur, ſi concedatur precarium
14 ad voluntatem concedentis,videtur precarium extingui mortuo concedente:quia per mortem ceſſat voluntas. l. iiij.vbi text.ff.locat.

¶ In contrarium tamē facit tex.in l.j.ſ.de preca.vbi precarium conceſſum videtur quandiu patitur qui conceſſit.Et idem dicitur in d.c.fi.de preca. Ergo iſta patientia videtur ceſſare per mortem.d.l.iiij.ſ.loca.

¶ Sed poteſt reſponderi, ꝙ illa verba quādiu patitur qui conceſsit,ſunt declarata in l.iij.§.j.ſ.de precar. vt dicatur pati ille qui conceſsit,donec reuocauerit, & voluntatem mutauerit,vt colligitur ibi : vt poſſum reuocare cū mutauero voluntatem.& no.Bar.in l.centeſimis.§.fi.de ver.

oblig. Meritò per mortem non extinguitur precarium: quia licet per mortẽ ceſſet voluntas, non tamen dicitur facta reuocatio: vt not. declarat Bar. in l. & quia. col. fi. ſ. de iur. om. iud. & bonus text. in c. ſi delegatus. ff. de offic. deleg. in vj. Et idem no. Bar. in l. centeſimis. §. fi. de verb. oblig. cum ſimil. vt Alexan. ibi proſequitur.

¶ Et nota † differentiam eſſe inter precarium & conſtitutum. Nam in precario trãſit naturalis poſſeſsio in ipſum rogantem, & ciuilis remanet apud concedentem. l. & habet, §. eum qui. ſ. de preca. Sed in conſtituto ſi conſtituo me ſimpliciter nomine tuo poſsidere, omnis poſſeſsio transfertur; quia ille poſsidet cuius nomine poſsidetur. l. ꝙ meo. ſ. de acqui. poſ. & no. Bar. in l. interdum, in prin. ſ. de acqui. poſ. & in l. creditores in ij. q. verſi. item quæro. C. de pign. cum ſi. vt tradit Alex. in d. l. interdum. Et hoc videtur procedere in dubio: aliàs etiã in precario agi poteſt, ꝙ omnis poſſeſsio trãferatur, vel quòd nulla transeat: vt per gl. in d. l. & habet. §. eum qui. in verbo, in poſſeſsione, & inſti. de interd. §. hodie tamen. ver. nec clam.

¶ † Et notandum eſt, quod per conſtitutum[a] vera poſſeſsio acquiritur; licet modus acquirẽdi ſit fictus; vt no. Bar. in l. ab emptione. circa fi. ver. vltimo aduertas. ſ. de pact. & probať in l. certè. §. j. ibi, propriè habere dicor. & Bar. ibi not. illum tex. ſ. de precar. Et idem tradit Bart. in l. ſi is qui pro emptore. col. pen. ff. de vſucap. cum ſimil.

¶ Et hoc fallit vbi corporalis traditio præciſe requiritur, quia tunc non ſufficit conſtitutum: vt not. Bar. dicit in l. Titia. circa fi. ver. quid ſi do tibi fundum. ſ. de verb. oblig.

¶ Secundo, iſta cõcluſio procedit quando conſtitutũ apponitur in cõtractu vero: ſecus ſi ſit ſimulatus, vel ſit ſuſpicio fraudis, quia tũc vera & corporalis traditio requiritur: vt no. Bar. in l. poſt contractum. col. iij. ver. ſed quid ſi venditor. ſ. de dona. & in l. emptor. ſ. de aqua plu. arcen.

¶ † Item notandum eſt, quòd tale conſtitutũ non poteſt cõferri poſt mortẽ conſtituentis; vt nota. Ange. dicit in l. quãuis. §. j. ver. ſed ex hoc dico. ſ. de acqui. poſſ. Nam tali caſu, dicit ipſe, conſtitutio precarij nihil operatur, quia confertur in tempus quo poſſeſsio defuncti erat penitus interrupta. l. cũ hæredes. in prin. de acq. poſſ. & ſequitur Alex. in d. l. quãuis. §. j. verſi. item per iſtum tex. & idem Alex. in cõſi. lxxxij. perſpectis his. col. iij.[b] lib. ij. ſecus tamen eſt ſi conferatur in tẽpus mortis: vt in notabili caſu tradit

a Conſtitutũ. Latè do. Andr. Tiraq. in tract. de conſtit. poſſ. & in tracta. le mort ſaiſit le vif. C.M.

b Col. iii. nu. 9. vbi dixi. antho. Neguſan. trac. pig. fo. v. C.M.



tradit Old. in cõſi. cxxxix. ad habendam aliqualem notitiam. in v. dubio. Et ſequitur Alex. in conſi. lxxxiij. viſa facti narratione. col. iiij. lib. ij. Et eodem modo ſi conferatur poſt mortẽ accidentaliter: vt quia cõſtitutũ factum ſit ſub cõditione quæ poſt mortẽ conſtituentis purificetur, valet conſtitutũ: quia conditio purificata retrotrahitur: vt Old. tradit in conſi. prçallega. cxxxix. in iij. dubio.

¶ Et ſupradicta habent locum quando apparet de con-
1 ſtituto in ipſo inſtrumento: ſi non apparet, non poteſt[a] illum notarius apponere virtute dictionis, &c. vt notabiliter concludit Alexan. in conſi. xxviij. viſo & præhabito. lib. ij.

2 ¶ Ex ſupraſcriptis infertur ad quotidianam quæſtionẽ, † quòd ſi res ſit vendita vel donata duobus ſucceſsiuè diuerſis tẽporibus, quo caſu præfertur ille, cui prius rei traditio facta ſit. l. quoties. C. de rei vendi. Nam ſufficit quòd traditio facta ſit per conſtitutum: vnde primus emptor vel donatarius cui factum fuit conſtitutum, præfertur ſecundo cui poſteà realis traditio facta ſit: vt tenet Guli. de Cug. in d. l. quoties. quẽ refert, & ſequitur Ioã. And. in addi. ad Spe. in tit. de empt. & ven. §. ſciendum. col. x. ver. quòd ſi res tradita non eſt in præſentia. in addit. incip. dubitatur. Et idem ſequitur Bal. in rub. de contrahen. empt. in xvj. q. Abb. in c. ij. col. fi. de conſue. & in conſi. xcj. quo ad primum dubium. col. pen. lib. j. & idem Alex. in conſi. xiiij. circa primum dubium. in fi. lib. j. & in conſilio xxv. viſo teſtamento. lib. iij. & idem Bal. in conſi. ccclxix. venditor conſtituit. lib. v. & Ange. in conſi. cvj. quædam mulier. Et iſta concluſio eſt ſatis nota. ſed pluribus modis vtiliter limitatur.

3 ¶ Primo, quando poſſeſsio tempore conſtituti erat penes[b] conſtituentem: aliàs ſecus. vt no. Ang. in d. l. quamuis. §. ſi conductor. & Alexan. ibi in fin. ſequitur. & poſt Ange. admonet aduocatum eius qui agit virtute conſtituti, vt debeat probare conſtituentem poſsidere tempore conſtituti. & idem Ange. dicit in l. ij. circa fi. C. de acquir. poſſ. & in l. quædam mulier. col. j. verſi. attende tamen. de rei vend. & Bal. in l. j. col. j. quando lic. ab emptio. diſcedere. & idem Alex. conſi. x. viſo proceſſu. lib. iiij. hoc fallit in antiquis, vt Socinus ſcribit in conſilio clxxxvij. in controuerſia. col. iiij. verſi. tertio probatur. Et non ſufficit quòd cõſtituens detineret: vt not. Bal, in rub. de contrahen. empt. q. xvj.

19 ¶ † Secundo fallit, quãdo primus emptor non ſoluiſſet pretiũ, nec habita fuiſſet fides de pretio: quia tali caſu vera traditio nõ trãsfert dominium. §. venditæ. inſtit. de rerũ diuiſ. A fortiori ergo nec iſta, quæ inducitur per conſtitutũ: vt no. Bal. in d. rub. de contrahen. emp. in xvj. quæſt.

¶ Tertio, cõcluſio prædicta intelligitur quando res certa ſit, quàm quis cõſtituat ſe poſsidere: ſecus ſi incerta ſit: quia propter incertitudinẽ conſtitutum nihil operatur. vt no. Bar. in l. iij. §. incertam. ſ. de acqui. poſ. &



a Non poteſt. infra eo. l. ſemper in ſtipulationibus. nu. 15. C.M.

b Penes. Dixi ad Alexan. con ſi. clxi. nu. 1. lib. vi. C.M.

bio.Tamen [a] ſi ante euentum conditionis res pro qua A
fuit factum conſtitutum alteri vendita ſit,& donata,&
tradita,illi ius quæſitum videtur quod tolli nõ poteſt,li-
cet prima conditio cõſtituti primi emptoris vel donata-
rij purificata ſit:quia illa conditio non trahitur retro in
præiudicium ſecundi emptoris vel donatarij:quia extre-
mum à quo,nõ eſt habile:iuxta not.per Bar.in l.ſi is qui
pro emptore.col.iiij.ver.idem ſi æſtimabile extremum
à quo.ſ.de vſu.alleg.l.bonorum.ſ.rem rat.habe.vbi ſi il-
le actus qui ratificatur nõ poteſt ſecundum veritatẽ fieri
tempore ratificationis,illa ratificatio nõ trahitur retro:
quia extremum à quo,nõ eſt habile [b].Et idem probatur B
in l.neceſſario.§.quòd ſi pendẽte.ſ.de peri.& commo.rei
vend.vbi ſi conditio venditionis extitit re perempta.con
ditio non retrotrahitur:quia extremum à quo,nõ eſt ha-
bile.& ita in propoſito videtur: quia tempore purificatæ
conditionis illa clauſula conſtituti non potuiſſet poſſeſ-
ſionem transferre:quia nõ erat apud venditorem.& hoc
idem notat Barto.in l.quoties.in fi.ſ.de noua.& Alex.in
conſi.xxv.viſo teſtamento.col.ij.lib iij.& quia ad hoc vt
ratihabitio vel conditio trahatur retro,requiritur quòd
res ſit in eodẽ ſtatu:vt no.tradit Bar.in l.ſi vxor.§.ſi quis
vxorem.verſi.vel aliter.ſ.de adult.& Alexan.in d.l.quod
meo.in prin.col.ij.& in conſil.lxxviij.viſo.col.penul.lib.
v.& Corn.in conſi.cx.in iudicio diuiſorio.col.penul.lib.
ij.& ad idem facit quod no.Bar.in l.res aliena.in princi.
ſ.de pign.actio.vbi concludit,† quòd ratificatio domini 24
facta de obligatione rei ſuæ per alium facta,eius nomi-
ne non præiudicat illi cui dominus ante ratificationem
rem vendidit vel obligauit.& facit quod not.Abb.poſt
Anto.de But.in d.c.cùm veniſſent.col.ij.de reſtit.ſpol.&
quod not.Pau.de Caſt.in conſil.cxcvij.cum ſimil.in præ-
ſenti limitatione.ſ.alleg.Et ita aliàs conſului in ciuitate
Auinionenſi pro magnifico barono Dales.
¶ Vltimo,cõcluſio ſupradicta limitatur procedere ſtan-
te primo cõtractu venditionis valido:ſecus ſi nullus fuiſ-
ſet:quia cõſtitutum in contractu nullo nihil operatur.vt
not.Bal.in l.ex teſtamento.C.de fideicõmiſ.dicens,quòd
ſi nõ valet principale,cõſequenter non valet precarium
eius acceſſorium.Et idem not.Bald.in c.ij.de feu.dato in
vic.legis commiſ.& ſequitur Alexan.in l.j.§.ſi vir.& l.
quod meo.in princi.ſ.de acquiren.poſſeſ.& latius idem
Alexan.

a Tamen.Fa. Alexan.conſil. clij.nu.j.conſi. ccxxviij. nu.4. lib.vj. Sic non valet quando confertur in tẽpus quo conſtituens non poſsidebit,puta poſt mortem.Alex.conſil lxxxj. colũ. iij.libr.ij. Bertrã.cõſi. cccxv. quoniam Andreas.lib. ii.licet contra facit Matth. Afflict.deci. Neapol.lii.colũ.iii. C.M.

b Habile.Corneus conſi.clxxiii.col. penul. lib.ii.Dec.conſil.ccccl x.in fi. licet Soci.l.fi. nume.6.ſ.ſi ex noxali cau.aga. C.M.



Alexan.in conſil.lxxxj.lecto & diſcuſſo.col.iiij.lib.iij.Et
hoc bene procedit in iſta poſſeſsione quæ à iure per cõ-
ſtitutum transfertur:quia pariter poteſt à iure annulla-
ri:ſecus eſt in poſſeſsione reali,quæ in facto conſiſtit;
quia illa transfertur:licet contractus principalis ſit nul-
lus.l.j.§.ſi vir.ſ.de acquir.poſſeſ.vbi Paul.de Caſt.ita di-
cit & declarat.Et hæc ſatis ſint de conſtituto.
25 ¶ † Tertio,noto ibi dolum,& culpam,quòd in pluribus
contractibus hic enumeratis venit non ſolum dolus,ſed
etiam culpa.Et de leui intelligitur:quia ſub nomine cul-
A pæ,quando profertur à lege,de leui intelligitur [a]:vt not.
Bal.in authen.quod locũ.in ij.quæſtio.ſ.de collat.alleg.
l.ſi cum venderet.§.fin.ſ.de pignor.actio.& not.per gloſ.
l.in venditione.§.de tempore.in verbo,ex culpa.& Bart.
ibi in vltimo notabili.ſ. de bonis autorit.iudic.poſſ.&
facit glo.in §.præterea.in verſi.culpæ.inſtit.quibus mo-
dis re contrahitur oblig.& in l.ſi filiusfamiliàs.§.mari-
to.in ver.culpa.ff.ſoluto matri.& not.Bal.in l.acceptam.
in vj.C.de vſu.Et hoc intelligitur niſi ſecundum ſubie-
ctam materiam eſſet aliud dicendum; quia tunc culpa
intelligitur ſecundum ſubiectam materiam:vt not.Bal.
in l.quæ fortuitis.colum.iij.verſic.ſed dubitatur.C.de pi-
gno.actio.cum ſimil.vt per Alexan.in l.ſi mora.colum.
v.ſ.ſoluto matrimo.
26 ¶ † Hoc tamen non haberet locum in teſtibus: quia ſi
deponunt de culpa in contractu gratia vtriuſque cele-
brato,non intelligitur de culpa leui ſecundũ ſubiectam
materiam: quia probatio non concludit,cum poſsit in-
telligi de leuiſsima culpa: vt not.Corn.Peruſi.in conſil.
cxviij.videtur prima facie.colum.iij.lib.j. Et hoc ex eo
videtur,quia probatio debet de neceſsitate concludere.c.
in præſentia.de probatio.l.non hoc.ſ.vnde leg.Et ideo in
teſtibus indefinita non æquipollet vniuerſali: vt notat
Abb.poſt Innoc.in c.auditis.de præſcrip.Alexã.in conſil.
cx.viſis acutiſsimis.lib.j.
27 ¶ † Et diſcurrendo breuiter quomodo veniat culpa in
B contractibus [b] hic enumeratis.Primo in mandato.Con-
C cluſio ſit,quòd regulariter in mandato mandatarius [c] te-
neatur de dolo,lata,& leui culpa.tex.hic declarando vt
dixi.facit tex.in l.ſi procuratorem.§.fi.ſ.mand.in l.in re
mandata.in fi.C.manda.Et iſta concluſio videtur proce-
dere in mandato quod mediocrem diligentiam videtur
requirere:

a Intelligitur. Deci.l.in actionibus. colũ.vii. ſ.de in lit.iuran.Iaſ.l.ſi mora.colũ.ii. ſolu. matri. Alexan. conſi.lxxiiii. nume.1.li.vi.C.M.

b In cõtractibus.vide Iaſ.l. domus.ii.colũ. de lega.i.

c Mandatarius. Quando mãdatarius teneatur de leuiſsima culpa: & quæ dicatur leuiſsima: & quando de dolo vel lata culpa, vide Paul. de Caſt.in l.in rebus.ff. cõmodati. Bart in l. eum qui. §. ſi culpa.ff.de furtis.

a Lites. Lancelo. Deci.l.cũ res legata.§.itaque ſi Stichus. col.fi.de lega. iii. ratio propter peritiam aſſertam ex eo quòd idoneũ ſe profitetur ad id quod ſummam diligentiam requirit.dixi in trac. de eo quod intereſt. nume. 142. cum ſeq. C.M.

requirere:vt emere aliquid,vel negotia gerere.Secus eſt in mandato in quo maxima diligentia requiritur,vt in mandato ad lites[a]:quia tunc procurator de culpa etiam leuiſsima tenetur.l.à procuratore.C.mand.& not.Dy.in reg.contractus.cum ſimi.vt tractat Alex.in conſi.clj.viſo puncto.colũ.ij.lib.iij. Et ex hoc ibi infert,quòd capitaneus galearum de leuiſsima culpa teneatur,quia tale negotium videtur exactiſsimam induſtriam requirere.Si verò in mandato continetur illud quod modicã aut nullam requirit induſtriam,vt in mandato facto fideiuſſori quòd ſoluat vel alicui portet literas:tunc ſolum mandatarius de dolo & lata culpa tenetur.l.ſi fideiuſſor.in prin.& §.j.ſ.mandati.Et ita adaptando iura ſ.alleg.cõcludit Barto.in l.quòd Nerua.col.penul.ver.ix.quæro.ſ.mand.& in l.eum qui.§.fi.ſ.de fur.& ſequitur Bal.in l.quæ fortuitis.in pen.col.verſi.iuxta hoc reuoco in dubium.C.de pigno.act.Pau.de Caſt.in l.in rebus.in princip.ſ.commoda.& Ange.Aret.in §.mandatum.in fin.inſtit.mand.glo.tamen in l.in re mandata.C.manda.in verbo,exactio.aliter diſtinguit,conſiderando cuius gratia factum ſit mandatum.Sed glo.inſtitu.mand.in §.mandatum.in verſi.iuſta cauſa.non approbat dictam opinio.dicens,quòd contractus mandati multum diſtat ab aliis contractibus.Et hoc patet ex eo quod ſuprà dictum eſt de procuratore ad iudicia qui etiam de leuiſsima culpa tenetur,& tamen mandatum factum videtur gratia mandantis.Et ſupradicta habent locum in actione mandati directa:ſecus in contraria in qua venit leuiſsima culpa.l.ſi ſeruus cõmunis.§.quod verò.in prin.& ibi Barto.ſ.de furtis.Et hoc limitatur & declaratur vt per Bald.in l.quæ fortuitis.colum.penul.C.de pigno.actio.

¶ †Secundo dicitur hic de commodato:nam cõmodatum differt à pre- 28
cario:quia præcarium conceditur ad voluntatem concedentis l.j.ſ.de precario.c.fin.de precar.& ſ.dictum fuit.Sed commodatum fit ad certum vſum:& debet eſſe gratuitum.l.ſi rem tibi inſpiciendam.ſ.de præſcriptis verb.item debet fieri cum certo tempore expreſſo vel tacito:ſecus ſi conceſsio facta ſit ad certum vſum indeterminatum,quia eſſet precarium:vt not.Bart.in l.j.in princi.ſ.de preca.& in l.in commodato §.ſicut.ſ.commodati.per l.Lucius.ff.de donat.& idem not.Bal.in l.Aquilius in j.oppo.ſ.de donat.& idem not.Bald.in l.ij.C.commod.& Ange.Are.ſequitur in §.ſequens.col.iij.inſtit.de actionib.

¶ Et commodatum non poteſt reuocari niſi vſu finito d.l.in commodato.§.ſicut.in c.j.in fi.eo.tit.de commod.ſufficit tamen quòd tantum temporis elapſum ſit quòd potuerit cõmodatarius perficere vſum ad quem res fuit cõmodata. Et ſi non ſit vſus etiam propter aliquod impedimentum,



pedimentum,reuocatio non impeditur:vt not.Bart.poſt glo.in d.l.in commodato.§.ſicut.Et in commodato quia gratia cõmodatarij communiter fieri ſolet.ideo de leuiſsima culpa regulariter cõmodatarius tenetur.§.item is cui.inſtitut.quibus mod.re contrahi.oblig.& l.j.§.is quoque.ff.de actio.& oblig.l.in rebus.in princi.l.ſi vt certo.§.nunc videndum.ff commo.c.j.in prin.de commo.Secus ſi gratia vtriuſq; dantis & recipientis factum ſit commodatum:quia tũc ſolum de leui culpa obligatur.l.in rebus.§.hoc ita.ſ.commod.l.ſi cum venderet.§.fin.& ibi glo.ſ.de pigno.acti.ſi verò tantum gratia commodantis factum ſit commodatum:commodatarius ſolum de dolo & lata culpa tenetur.d.l.ſi vt certo.§.interdum.ſ.commodati.& glo.ibi ita diſtinguit,& latius tradit Bar.in d.l.quod Nerua.col.fin.in verſi.xij.quæro.& Bal.in l.quæ fortuitis.col.penul.C.de pigno.actio.Abb.in d.c.j.col.ij. Et ex prædi-
29 ctis infert Barto.in d.l.quod Nerua.in loco præalleg.†non eſſe differentiam inter commodatum & depoſitũ,data paritate terminorum:ſed differentia quam facit tex.& in d.l.ſi vt certo.§.nunc vidẽdum.videtur procedere,conſiderato eo quod plerunque contingit:quia commodatum gratia commodatarij,& depoſitum communiter gratia deponentis fieri ſolet. Et propter hoc in dubio præſumitur quòd rogatu commodatarij ſit factum cõmodatum:vt not.Bart.in d.l.ſi vt certo.§.interdum.& ſequitur Angel.Aret.in d.§.item is cui.inſtitu.quib.mod.re contrahi.oblig.vbi dicit,quòd cautus ſit ille qui agit contra commodatarium,vt dicat quòd ipſe commodatarius rogauit & petiit. Iſta tamen cautela non videtur neceſſaria ex eo quod dictum eſt,quòd rogatu commodatarij præſumitur factum commodatum.Et ad iudicandum cuius gratia contractus ſit celebratus,debemus inſpicere principale propoſitum:vt not.Bart.in l.rogaſti.ſ.ſi cer.peta.

30 ¶ †Et ex ſupradictis infertur,quòd ſi commodatarius vtatur re commodata ad vſum pro quo fuit commodata,& res deteriorata ſit,nõ tenetur.l.fin.ff.commoda.Et ſi res commodata remittatur per nuntium idoneum communi opi.& à caſu perdita ſit,non tenetur commodatarius.l.argentum.ſ.commodat.Qui tex.limitatur,& declaratur,vt dixi in capit.ſignificante.de appellatio.& tradunt Moder.in l.j.ff.de eo per quem factum eſt.

¶ Tertio dicitur hic de venditore†qui etiã ipſe de dolo & culpa tene-
31 tur:vt hic dicitur.Et de culpa leui intelligitur,cum gratia vtriuſq; contractus celebretur:vt concludit glo.per illũ tex.in §.cum autem.inſti.de contrahen.emp.in verſi.neque culpa.& in l.cuſtodiam.ff.de peric.& commodo rei vend.& tex.in d.l.ſi vt certo.§.nunc videndũ.ver.ſed vbi.Nam licet in re vendita periculũ pertineat ad emptorẽ.d.§.cũ autem.& in l.j.C.de peri.& cõmod.rei vend.debet tamen venditor cuſtodiam in re vendita præſtare qualẽ bonus paterfamiliàs in rebus ſuis adhi-

beret.l.quod ſæpe.§.ſi res vendita.ſ.de contrahen.empt.
¶†Quarto,idem eſt id contractu pignoris : vt hic dici- 32
tur.Gratia enim vtriuſque contractus pignoris celebra-
tur:& ideo de dolo,lata,& leui culpa creditor tenetur.§.
creditor quoque.inſtitut.quib.mod.re contrahi.oblig.&
dicta l.ſi vt certo.§.nunc videndum.verſic.ſed vbi.& l.ſi-
cut.ibi glo.Bal.C.de pigno.& l.ſi cùm venderet.§.fin.&
ibi gloſſ.ff.de pignorat.actio.Et iſta concluſio procedit
in pignore conuentionali prout textus hic dicit,& iura
ſuprà allegata loquuntur. Secus eſt in pignore præto-
rio vel iudiciali in quo creditor[a] ſolum de lata culpa te- A
netur.l.prætor ait.§.eſt præterea.ſ.de bonis author.iud.
poſ.vbi tex.expreſſe iſtam differentiam facit.Et no.Bar.
in l.j.ff.de pig.act.

a Creditor. Caue vt intelligas ſecũdum hæc iura,videlicet in creditore miſſo nõ ad miniſtrãdũ, ſed inquietandũ.Secus ſi creditori ipſi vel cuiuis committatur adminiſtratio vel cuſtodia totalis rei, quia tunc etiam de leui culpa tenetur, vt nouè declaraui in conſue. Pariſ.c.vi.gloſ. vii. quæſtio. ii. C.M.

¶†Quinto,dicitur hic de contractu locationis & con- 33
ductionis,in quo vterque ad inuicem tenetur de dolo,la-
ta,& leui culpa,vt hic,quia gratia vtriuſque celebratur.
d.l.ſi vt certo.§.nunc videndum.verſic.ſed vbi.Ad idem
text.in l.in iudicio.C.loca.vbi gloſſ.& §.qui pro vſu.vbi
glo.inſtit.loca.
¶Hoc fallit in rebus quæ leuiter franguntur,in quibus
venit etiam culpa leuiſsima.l.ſi merces.§.qui colũnam
vbi glo.ſ.loca.& no.per glo.in d.§.qui pro vſu.
¶Et ex prædictis infertur ad quæſtionem,quam ponit
Bald.in conſi.ccxix.incipien. Vannutius.lib.j.quòd†pro 34
equo quem quis accepit ad vecturam, ſi in itinere in-
firmatus ſit,& conductor apud hoſpitem dimiſit,& mor-
tuus ſit,non tenetur: quia de vitio naturali,nec de caſu
fortuito,nec etiam de leuiſsima culpa conductor tene-
tur,per ſupradicta.
¶Et ſimiliter infertur ad gloſſ.in authen.de non alie-
nan.§.ſcire autem.verſic.fecit quæ dicit,†quòd emphy 35
teuta qui rem deteriorem facit,tenetur quando talis de-
terioratio proueniat ex lata,vel leui culpa: quia contra-
ctus gratia vtriuſque celebratur.Et not.Bald.in authen.
qui rem.de ſacroſanc.eccle.C.in j.col.verſi.tertio requi-
ritur & tradit Alexan.in conſi.cxviij.in caſu de quo quæ-
ritur.colum.pen.lib.v.
¶Similiter infertur ad quæſtionẽ quam ponit Corneus
Peruſ.in conſil.ccxviij.pro dicto victurali.lib.iiij.ibi,de
victurali qui perdidit ſacculum in quo erat argentum.
¶Sexto dicitur hic de dotis datione. Nam etiam contra-
ctus



36 ctus dotis gratia vtriuſque celebratur:† ideo maritus de
A dolo,lata,& leui culpa tenetur,[a] vt hic.& in d.l.ſi vt cer-
to.§.nunc videndum.verſi.ſed vbi.& not.per gloſſ.in l.ſi
conſtante.§.ſi maritus.in verbo culpanda.in fine.& in l.
ſi mora.in ver.culpa.ſupra ſol.matrim. Illo tamen caſu
tenetur de leuiſsima culpa: videlicet quãdo in rebus ſuis
eſſet diligentiſsimus.vt per gloſſ.notab.in l.in rebus.C.
de iure dot.in gloſ.j.in fi.& Alexan.in l.etiam.§.licet.in
prin.ff.ſolut.matrimo.& ibi poſt Nicolaum de Neapoli
dicit hoc modo poſſe limitari omnia iura dicẽtia quem
teneri de dolo,lata,& leui culpa.Et ibi infert ad quęſtio-
nem de boue, quam ponit Bal.in l.pignus.ſed voluit al-
legare l.quæ fortuitis.col.iiij.verſicu.ſed iuxta prædicta
quæritur.C.de pigno.actio.Eodem modo ſi eſſet leuiſ-
ſima culpa in faciẽdo,maritus tenetur: quia cum de leui
B teneatur,vt ſupra dictũ eſt,leuiſsima culpa in faciendo[b]
æquiparatur leui in faciendo:vt per Bart.in l.quòd Ner-
ua.in vj.quæſt.princ.verſic.item quæro vtrum.ſupra de-
poſiti. Et ad hoc eſt gl.not.in l.ſi mora.& Alexan.ibi.ff.
ſolu.matrimo.

a Tenet.Adde Bal.in l. quæ fortuitis.fi.co. Doc.l.ſi mora. ſolut.matrim.

b Faciẽdo Ancha.Phili.Frãc. c.inquiſitionis. in fi de hered. Cur.iunior.l.vnica.col.viii. num.23.C.de ſent. quæ pro eo quod inter. Iaſ. Deci. auth. quirẽ.C.de ſac. ſan.eccl. Dec.l. fi.colũ.iii.C.de. pact. l. actione in fi.C. de trãſa cõſ.cxcii. C.M.

37 ¶Septimo etiam in tutela † obligatur tutor de dolo,la-
ta,& leui culpa,vt hic: & eſt tex.in l.quicquid.C.arbitr.
tute.& in l.tutori.C.de negot.geſt.in l.iiij.§.tutores.vbi
gloſ.in verſic.inconſideranter.ſupra de ſuſpec.tut.vt no.
Bartol.in l.quod Nerua.colum.penul.in x.quæſtione.Et
ibi excipit duos caſus in quibus tantum de lata culpa te-
netur.& tradit Bald.in l.quæ fortuitis colum.penulti.C.
de pigno.actio.Ange.Aret.in §.actionum.colum.xxiiij.
inſtit.de actio.& vide tex.in l.ij.C.arbi.tut.in l.ſi tutor.
ſupra de admini.tuto.& Fulgo.in conſilio xxv.ſpectabi-
lis miles.in fine.Et faciunt quæ dixi in conſilio clxxviij.
& in conſilio cxcij.& in conſilio cx.colum.final.Et licet
tutor de leui culpa teneatur:hæredes tamen tutorum ſo-
lum de lata culpa conueniri poſſunt.l.j.& per totum.C.
de hæred.tuto.
C ¶Succeſsiuè octauo dicitur de actione[c] negotiorum ge
38 ſtorum, † in qua etiam regulariter venit dolus, lata, &
leuis culpa.l.tutori.C.de negotiis geſtis. Et per il-
lum textum hanc regulam facit gloſ.in lege tertia.§.in-
terdum.ſupra de negotiis geſtis.& §.ſunt autem.inſtit.
de obliga.quæ ex quaſi contrac. Et licet iſte qui alterius
negotia gerit videatur ſe ingerere,tamen regulariter de
leuiſ

c Actio. Vide Bal. in d.l. quæ fortuitis. pen colum.

leuiſsima culpa non tenetur:vt facilius homines inducantur ad geren-
dum negotia abſentium quæ perirent:vt not.Bart.in d.l.quòd Nerua.
col.fina.in ix.col.

¶ Et conſiderandum eſt, quòd iſta actio negotiorum geſtorum nume
ratur inter contractus,qui gratia vtriuſque celebrantur. quod ex eo fie-
ri videtur,quia cum ſponte quis veniat ad negotia alterius,illa oblatio
facit quod etiam eius gratia contractus videtur celebrari.arg.l.j.§.ſæ-
pe.ſ.depoſiti.Merito ergo tenetur de leui culpa : quia in contractibus
bonæfidei qui gratia vtriuſque celebrantur.quis tantum de leui tene-
tur.l.ſi ſeruus.§.cum quid.de legat.j.limitatur tamen iſta concluſio, vt
per glo.in d.l.iij.§.interdum.de neg.geſt.& Bart.ibi ſequitur.& in d.l.
quòd Nerua.col.fin. Et Ang.Aret.in §.actionum.col.xviij.verſi.quæro
de quo tenetur geſtor.inſtit.de actionibus.

¶ Nono dicitur hic de ſocietate[a].†Nam in tali contractu etiam dolus A
& culpa præſtatur,vt hic dicitur :& de leui culpa intelligitur,quia gra- 39
tia vtriuſque celebratur.l.ſi vt certo.§.nunc videndum.verſi.ſed vbi.&
ad idem text.in §.fin.inſtitut.pro ſocio.& in l.ſocius ſocio.& in l.cum
duobus.§.j.ſuprà pro ſocio.& tradit Alexand.in conſilio xlvij.circa pri-
mum.col.v.libro j. Et prædicta concluſio procedit, niſi ſocius in ſuis
rebus negligens eſſet: quia ſufficit illam adhibere diligentiam quam
in rebus propriis præſtare ſolet: vt dicitur in d.l.ſocius ſocio.& d.§.
finali.inſtitut. pro ſocio. Et notat Alexand.in conſil.cij.ſuper primo
colum.v.lib.ij.Et hoc declaratur vt per gloſſ.in dicta l.cum duobus.§.
j.in verſic.venit.quam pro notabili ſequitur Angel.Aretin.in.§.fin.in-
ſtitut. pro ſocio.

¶ Et ex prædictis infertur, quòd cum ſocius teneatur de leui culpa,te-
netur de furto.l.cum duobus.§.damna.ff.pro ſocio.not.Bal.in l.ſi cre-
ditor.C.de pigno.actio.& Corneus Peruſ.in conſi.cccviij.pro dicto vi-
cturali.col.iij.lib.iij.

¶ †Decimo & vltimo dicitur hic de rerum communione, in qua etiam 40
dolus lata & leuis culpa conſideratur , vt hic, & in l.hæres.§.non tan-
tum.in l.& puto.§.ſed & ſi.ſuprà famil.erciſcun. Et tamen notandum
quòd leuis culpa in rebus communibus aliter conſideratur,quàm in re
bus alienis:quia in alienis diligentia requiritur quam diligens paterfa
miliàs præſtare ſolet.l.ſi cum vendere.§.ſi.cum l.ſequenti.ſ.de pigno.
actione.& l.ſi procurator.ff.ad l.Aquil.ſed in rebus cõmunibus ſufficit
talem pręſtare diligentiam qualem in ſuis rebus adhibe-
re ſolet.d.l.hæredes.§.non tantum.& ita declarat Barto.
in l.quòd Nerua.col.ix.verſic.ad primum.& ver.ad ſe-
cundum. Et idem in l.j.ff.de ſol.col.ij.vbi etiam limitat
quod dictum eſt de rebus alienis,niſi committatur res ar
bitrio recipientis : quia tuncilla verba important vt fa-

a Societate. Adde Baldum l.l.quæ fortuitis.ſi.col.

ciat



ciat illud quod in rebus ſuis faceret , per illum text.ibi
cum gl.& no.Bal.in l.j.in ij.opp.C.de his quæ pœnæ no.
cum ſimil.vt tradit Alex.in conſ.cij.ſuper j.col.iij.lib.ij.

41 ¶ †Quarto principaliter noto, valere conuentionem
contra naturam contractus, vt quis in plus vel minus te-
neatur , quàm de iure obligatus ſit : quia contractus ex
conuentione legem accipiunt, vt hic dicitur, & in regula
contractus.eod. tit.in vj.l.j.§. ſi conuenerit.& §.ſæpe.ſ.
depoſi.in l.paciſci.ſ.de pact.

¶ Et iſta concluſio procedit quando natura contractus ſo-
lùm alteratur : ſecus ſi mutetur illud , quod eſſet de ſub-
ſtantia contractus, quia tunc conuentio non valet.l.cum
precario.ſ.de prec.facit tex.in l.ij.ſ.de vſuf.earum rerum
quæ vſu conſu.& l.per ſeruum.§.deniq;.C.de vſu.& hab.
& in l.pacta conuenta.ff.de cõtrahen.emp. in l.cum man
ſueta.eod.tit. Et hoc intelligitur,niſi conuentio poſſet in
aliam diſpoſitionem tranſire:quia tunc illa cõuentio quę
non valet prout agi videbatur , in aliam diſpoſitionem
transfertur, quando verba conueniunt & hoc patiuntur.l.
vbi ita donatur.ſ.de don.cauſa mort.vbi Bart.declarat.

42 ¶ †Quinto noto quòd dolus per pactum remitti non po-
teſt.idem dicitur in l.j.§.ſi conueniatur.verſi.illud.ſ.de-
poſiti.in l.ſi vnus.§.illud.ſ.de pactis.l.in commodato.in
prin.ſ.commod.& rationem tex.hic adducit:quia hoc bo
næfidei iudicio contrarium eſt:iſta tamen ratio non vide
tur generalis:quia idem videtur in contractu ſtricti iuris.
l.ſi quis cùm aliter.de verb.obli.l.dolo.C.de inut.ſtipul.
Et ideo illa ratio eſſe videtur,ne detur occaſio delinquen
di[a].l.conuenire.ſ.de pact.dotal. Et iſta ratione, quia do-
A lus remitti non poteſt,in generali remiſsione vel libera-
B tione facta alicui,non venit dolus[b].l.non ſolùm.la ij.§.
ſi.l.Aurelio.§.Caius.ſ.de lib.leg.& l.ſi ſeruus vetitus.de
leg.j.quidam decedens.in prin.ſ.de admi.tut.vbi Bart.
cum ſimil.vt tradit Alex.in conſi.lxij.ſeuerißimus.lib.
iiij.& in conſil.clxiiij.præſuppoſito primo.lib.v.& idem
Ang.in conſ.cxliiij.reuocatur in dubium.& in conſ.clxx-
iiij.filius Iugonis,& Bal.in conſil.50.in cauſa præſenti.in
prin.lib.j.ſecundùm formam nouam.vbi inquit quòd in
nulla latitudine poteſtatis dolus includitur.l.creditor.§.
Lucius.ſ.mand.Et idem no.Fulg.in conſi.ciij.nobilis vir.
Et de hoc latè dixi in conſi.clxxviij.vbi hoc limitatur &
declaratur, & conſil. cxcij.vbi videndum eſt.

a Delinquẽdi. Vide Bal.in l. ſic cùm antea. C. de arbit. & in l.ſi. de contrahend.empt. H.C.

b Dolus. Vide gloſſ.& doct.l. trãſactio.C. de tranſact.& in l. ſi vnus.§.illud. de pact. Bal.in l. aduerſus. C. de excep.Bart. in l. Pompo.in ix. col. de neg. geſt. H.C.

Et

¶ † Et licet dolus remitti non poſsit, lata culpa tamen 43
remitti poteſt: vt no.in d.regula, contractus.eo.tit.in vj.
facit text.in l.ſi vt certo.§.interdum.ff.commod. Et not.
Alexand.in l.ſi mora.col.j.s̃.ſolut.matr. Et idem Fulg.di-
cit in conſi.xxv.ſpectabilis miles.col.penult.alleg. iſtum
text.qui de dolo loquitur.

¶ Poſſet tamen reſponderi, quòd idem ſit in lata culpa
quæ dolo[a] æquiparatur, adeò quòd ſi dicatur de dolo tan A
tum, lata culpa non excluditur.l.j.§.j.ff.ſi menſ.fal.mo.
dix.niſi dicamus quòd remiſsio doli eſt contra bonam fi-
dem.vt dicitur in l.j.§.ſi conueniatur.ff.depoſiti. Et iſta
ratio non videtur habere locum in lata culpa quæ ſimpli
citate & quadam fatuitate procedit: vt not.Bart.in l.quòd
Nerua.in diffinitione latæ culpæ. Et per glo.§.pen.inſtit.
quib.mod.re contrahi.obliga. Et ad hoc facit: quia lata cul
pa videtur dolus præſumptus.l.quòd Nerua.s̃.depoſiti.
qui quidem dolus præſumptus remitti[b] poteſt: vt tenet B
Ant.de Butr.in c.fraternitatis.col.ij.ver.fallit quarto.de
teſti. Et Feli.ibi ſequitur.col.iij. Contrarium tamen vo-
luit Pau.de Caſt.in d.l.ſi vnus.§.illud.s̃.de pactis.per tex.
in l.quòd Nerua. † Et ad hoc facit, quia licet minor reſti- 44
tuatur aduerſus dolum præſumptum, vt per gloſſam in
l.vbi exigitur.ff.de edendo.hoc non habet locum in dolo
præſumpto de futuro.vt no.Bar.in d.l.vbi per l.auxilium.
in prin.s̃.de minor.vbi Bart.& idem Bart.in l.j.§.nuntio.
de ope.no.nun.cum ſi.vt tradit ibi Alex. Concordari poſ-
ſunt, ſi dicamus quòd dolus præſumptus de futuro remit
ti poſsit, quando in non faciendo conſiſtit, vt in tutore
qui non fecit inuentarium: vt dixi in conſil.clxxviij.s̃.al-
leg.[c] Et iſta opin.Ant.de Butr.intelligitur: ſi verò dolus C
præſumptus in faciendo conſiſtat, remitti non poſsit. Et
tali caſu dictum Paul.de Caſt.procedat per rationes quæ
habentur in conſi.præalleg.

¶ Item quod dicitur hic de dolo, intelligitur de dolo fu-
turo: ſecus eſt in dolo præterito, qui remitti poteſt[d].vt D
per glo.& doct.in d.l.ſi vnus.§ illud.s̃.de pact. Et no.Bar.
in l.quidam decedens.in prin.s̃.de admit. tut.

¶ Vltimo, concluſio ſupra facta procedit ſi dolus expreſ-
ſè remittatur, prout iura s̃.all.loquuntur. † Tacitè vero e- 45
tiam dolus de futuro remitti poteſt, ſecũdùm gl.in d.l.ſi
vnus.§.illud.per illum tex.in ver.quamuis. Et idẽ gl.in l.
iuriſgentium.§.ſed & ſi quis paciſcatur.s̃.de pactis.Paul.
de Caſt

a Dolo. Vide iſtam regulam per Soci.in ſuo tract.fallen. in reg.cxv.H.C.

b Remitti. Tacitè non expreſſè. Bal.l.j.in fi. C.de vſufr. Alciat. l. actione. ver.ſpecialiter. C. de tranſact. adde Hippol. Marſ. ſing.cclxxxix. C.M.

c All.& conſi. cccc xviij.col.fi.

d Poteſt. vide Bald.in l. cùm neceſsitatẽ. C. de fideicom.



de Caſt.& Mod.in d.§.illud.reprobant iſtum intellectum. Et dicitur, ꝙ
nec etiam tacitè remitti poteſt: quia text.dicit, nulla pactione, & ſic ex-
preſſa nec tacita. Et quia ſubeſt eadẽ ratio, ne detur materia delinquen
di, ad §.quamuis.reſpondetur, quòd in dolo de præterito intelligitur.

¶ Sed certè opin.glo.videtur apertè probari in d.§.illud quamuis.vbi
text.aduerſatiuè loquitur ad illud quod ſupra proximè dixit de dolo.
vnde in eodem caſu intelligitur, & ſic in dolo de futuro vt bene aduer-
ſatur. Et non eſt nouum, quòd aliquid permittatur tacitè fieri quod ex-
preſſè prohibeatur, vt patet in iuramento calumniæ quod tacitè remit-
ti poteſt, quamuis expreſſe non poſsit.c.j.de iura.cal.in vj.l.iij.§.ſed
quia veremur.C.de iura.cal.

¶ Non obſt.text.qui dicit, nulla pactio, quia de pacto expreſſo intelli-
gitur: quia tacitum pactum non eſt pactum propriè: vt not.Hoſt.de
pact.in princ.in diffinitione.& dixi in rubr.C.de pact.

46 ¶ Vltimo noto regulam, † ꝙ debitor ſpeciei ex natura contractus de ca
ſu fortuito non tenetur.ad idem tex.in l.in rebus.in prin.s̃.commod.in
l.quæ fortuitis.C.de pig.act.in l.j.C.depoſi.in l.ij.§.ſi eo tempore.s̃.de
admi.rer.ad ciui.perti.& l.ſi res pupillaris.s̃.de admin. tut. vbi gloſ.li-
mitauit hoc tripliciter. Et pro illa glo.eſt text.in c.ij.de depo.

¶ Primo, enim limitatur, niſi debitor ſit in mora: quia tunc periculum
caſus fortuiti ad eum pertinet.l.quod te.s̃.ſi cert.pet.l.ſi ex legati cau-
ſa.de verb.oblig.cum ſimil. Et hoc etiam habet locum in mora irregu
lari.l.merito.la j.§.certiſsimè.s̃.de vi & vi arm.& not.Bald.in conſi.
lxxxiij.ſunt quidam.lib.j.

47 ¶ † Secundo fallit, quando culpa præcedit caſum: quia tunc etiam debi-
tor de caſu tenetur.§.item is cui.in fi.inſt.quib.mod.re contrah.oblig.
ibi, ſi modò non ipſius culpa is caſus interuenit. Et text.in l.in rebus.s̃.
commod.cum ſimi.vt tradit Roma.in conſi.ix.quòd pars condemnata.
Et hoc procedit quando culpa eſt ordinata ad caſum: vt in iurib.præal-
legat.ſecus ſi culpa non fuit ordinata ad caſum: quia tunc de caſu is non
tenetur, licet in culpa fuerit.l.ſi is qui.s̃.de act.& oblig.l.fin.§.ſi ea con-
ditione.s̃.ad legem Rhod.de iact.& l.ſi alius.§.etiam autem.s̃.quod
vi aut clam.& not.Bar.l.ſi vt certo.§.interdum.vbi latius hoc declarat,
ſupra commod.

48 ¶ † Tertio fallit, quando quis pro caſu fortuito ſe obligauit.l.j.C.depo.
l.negotium.C.de neg.geſt.& in c.ij.de depo.& no.Bar.in l.ſed & ſi quis.
§.quæſitum.col.fin.s̃.ſi quis caut.vbi poſt gloſſ.ibi tenet, quòd ſufficit
ſi quis dicat in ſe ſuſcipere periculum caſus fortuiti, & tenetur de omni
caſu.l.quæ fortuitis.C.de pig.act.& l.ſi quis fundum. in prin.ff.loca.&
d.c.ij.de depoſi.vbi Abb.

¶ Et idẽ Bar.per illũ tex.in l.Titius.in prin.s̃.de lib.& poſth.cum ſimi.
vt tradit ibi Alex.qui dicit illam eſſe cõmunem opi, iſta tamẽ altiorẽ
poſt

poſtularent indaginem: ideo videndum eſt in d.l.ſed ſi quis.§. quæſitū.
quia id ſingulis inſiſtere longum eſſet. Et ex his lex iſta expedita ſit.

## In l. Quatenus. Argumenta.

1 Intereſſe quotuplex, & quale vnumquodque.
2 Intereſſe alicuius quantum ſit, non in iure, ſed in facto conſiſtit.
3 Statuta & conſuetudines loci particularis, facti ſunt, & in facto conſiſtunt.
4 Intereſſe non iniuſtè tunc petitur, cum factum fieri denegatur.
5 Intereſſe qualiter probari poſsit.
6 Teſtis intereſſe probando adhibitus, rationem dicti adducere debet, etiam non rogatus.
7 Teſtis dicens quem quid in ſui defenſionem feciſſe, non tenetur dicti ſui rationem allegare.
8 Teſtis quando dicatur affectione moueri, & quando non.
Probatio concludens eſſe debet.

### REGVLA XXIIII.

QVATENVS *cuiuſque interſit, in facto, non in iure conſiſtit.*

¶QVATENVS, id eſt quantū l.ſi vnus.§.pacta.l.ſi quis crediderit.
ꝟ.de pact.& in l.grege.§.pignori.ꝟ.de pig.& c.placet.ꝟ.de cōuer. cōiug.
¶†Et cum intereſſe ſecundum communem opi.ſit triplex, Commune, 1
ſingulare, & cōuentū, vt per gl.in l.j.ꝟ.de act.emp.in ver.intereſt.& l.li-
bertas.ꝟ.eo in fi.& l.j.in gl.j.C.de ſen.quæ pro eo quod intereſt profer.
dictum huius regulę in qualibet ſpecie videtur procedere. Nā ſi agatur
de intereſſe ſingulari quod cōſideratur ex eo quòd fundus ſit vicinus.l.
ſi cui.in fi.de leg.ij.vel ex eo ꝙ res fuerit maiorū ſuorū.l.ſi in emptio-
ne.ff.de mino.in facto hoc conſiſtit, vt hic dicitur. Eodē modo ſi agatur
de intereſſe cōmuni, quod eſt cōmuniter æſtimatum, ita quòd vnicuiq;
tantū valet.l.pretia rerū.ꝟ.ad leg.Falc l.ſi ſeruū.ꝟ.ad l.Aquil.hoc etiam
in facto conſiſtit: ſimiliter ſi agatur de intereſſe conuento; quia pendet
à conuentione & contractu.l.fi.ꝟ.de præt.ſtip.etiam illud dicitur in fa-
cto conſiſtere, quia contractus facti ſunt.l.conſilio.in fi.ꝟ.de cura furio.
¶Sic ergo quantum ſit alicuius intereſſe, in facto & non in iure conſi-
ſtit. Sic etiam quæſtio facti eſt, ſi quęratur quouſq; videatur permiſſum
adminiſtrare peculium: vt dicitur in l.j.§.j.ꝟ.quæ res pigno. Et quæſtio
facti etiam dicitur in l.inſulam.quæ res pig.oblig.poſ. Et quæſtio facti
eſt potius, quàm iuris, quis prior natus ſit l.idem Mæuius.in fi.ꝟ.de ſta-
tu homi.l.Herennius.ꝟ.de verb.ſignific.
¶†Sic etiam ſtatutū vel cōſuetudo loci particularis dicitur eſſe facti, & 2
in facto conſiſtit, vt dicit tex.in c.j.de conſti.in vj.& etiam quę pendent
ab animo in facto conſiſtūt.l.bonæfidei.ꝟ.de acqu.rer.dom. Et iſta quæ
in facto conſiſtunt debent probari, quia nō præſumūtur.l.in bello.§.fa-
ctę.ꝟ.de capt.c.cū in iure.de off.deleg.l.j.C.de prob.l.aſſeueratio.C.de
non nume.pec. Et hoc modo arguit Bal.in rub.C.de fid.inſtru.col.iij.&
Abb



Abb.in cōſi.xxxvij.circa primū.col.j.lib.ij.& cōſi. lxxix.
ſuper eo.lib.ij.cum ſi.vnde videndum eſt de duobus. Pri-
mo, qualiter intereſſe petatur. Secundo. qualiter probetᷣ.
4 ¶†Circa primū tutior modus, ꝙ petatur factū fieri. Et
ſi factū non fuerit, petatᷣ intereſſe ſucceſsiuè: vt Bar. con-
cludit in l.ſtipulationes nō diuidūtur.col.pe.verſ.tertius
modus eſt.& glo.quæ hoc dicit in l. ij.§. item ſi in facto.
in gl.j.de verb obli. Et no.Bal.in l.ſi pacto quo pœnā. in
fi.ver.vltimo quæro.ꝟ.de pac.vbi dicit aptiſsimè formari
libellū ſi dicatur, peto quod principaliter promiſiſti: & ſi
non ſolues, peto pœnā.& idem Bal.in l.j.col.fi. C. de ſen.
quæ pro eo quod intereſt.& in conſi.cxc.allegationes. in
iiij.lib.& idē gl.in l.j.ꝟ.de act.emp.in gl. magna. & Bar.
ibi idē ſequitur, verſi.tertia practica eſt. Et idē tenet Cy.
in l.ſi traditio.ver.ſecūdo queritur.C.de act. emp.& Bal.
ibi in prin.ver.itē poteſt.col j. & ſequitur Pet. de Ferra.
in eius practica Papienſi, in libello de actione reali. ver.
pro florenis decem pro omni damno & intereſſe. col.iij.
5 ¶†Circa ſecundū de ꝓbatione intereſſe, dicit Bar.in l.ij.
circa fi.C.de reſcin, ven. ꝙ talis ꝓbatio intereſſe eſt dif-
ficilis: & in tali probatione intereſſe debet iudex habere
A ęquitatē ante oculos, & etiā ex cōiecturis[a] ꝓbari pōt: vt
dicit Bal.in cōſi.clxx.ad euidētiā col.ij.lib.j. Et in proba
B tione intereſſe nō deferᷣ iuramētū [b] in defectū ꝓbatio-
nis, ſecūdū Bal.in l.j.in fi. de ſen. quæ pro eo quod inter.
Et primo de intereſſe cōmuni videndū eſt quomodo ꝓ-
betur teſtibus. Secūdo de ſingulari. Tertio de conuento.
¶Circa primū, intereſſe cōmune referri videtur ad cō-
munem rei æſtimationē & ad cōmunem rei valorem: vt
no.Bal.in d.l.j.col.ij.de ſen. quæ pro eo quod intereſt. &
facit tex in l.pe.ex qui.cau.in poſ.eatur.in l. ſi vendidero.
§.j.ff.de furt.in l.j.ff.de his qui à non domino manu.
6 ¶†Et teſtis in probādo intereſſe debet rationē dicti ſui
allegare etiā nō interrogatus: vt no.Bar.in tract.de teſti.
col.i.ver.teſtis dixit aliquē eſſe dn̄m.in fi.vbi inquit, ꝙ
C ſi teſtis dicat fundū valere decē, nō probat, niſi rationē[c]
adducat, quāuis nō ſit interrogatus. Et no.Abb.poſt alios
quos ibi refert in c.cum cauſa.col.ij. verſ.ſed dubitatᷣ. de
teſtib.& idē Bald.in l.fi.C.de iur.do.impe.& l.j. col. viij.
verſi.vij.quæro.de ſen. quæ pro eo quod intereſt profer.
Alex.poſt Pau.de Caſt.in l.pretia rerū.col.fi.ꝟ. ad legem
Falc. Et idem Alex.in l.j.in prin.ad fi. ꝟ.de ope. no. nun.
K facit

a Coniecturis. Bald.l. ſi traditio.C.de actio. empti. dixi ad Alex.cōſi. lxxvii.nu. 13. libr. vi.C.M.
b Iuramentū. Idē Iaſ.ſ. curare.col.fi.nu.59. inſtit. de act. ſed cōtrarium verius, vt expreſsim Bal.cōſi.incipiē. proponitur. ad fin.quod eſt cōſil. ccxii. lib.i. ſecundum veterē, & conſi ccc-xlv.lib.ii.ſecundum nouā impreſsionem. & Pyrrhus hic columna v.C.M.
c Rationem. Ber.cōſi.cclvi. multa ſunt col. fi.lib.iii. C. M.

facit ꝙ no.Inno.in c.cũ cauſam.de teſti.Bar.in l.ſolã.C.
de teſta. cum ſi.Et iſta cõcluſio procedit in æſtimatione
domus vel fundi : quia talis æſtimatio intellectu potius
quàm ſenſu corporis colligitur.Secus in eſtimatione fru
menti & victualiũ,& in ſimilibus rebus in quibus nõ eſt
opus magno diſcurſu:ideo dictũ teſtis bene probat abſq;
alia ratione ſi nõ fuit interrogatus:vt no.Bar. in d,tract.
in loco ſ,alleg.& idem Bal.dicit in l.ſolã.col.fi.ver. quæ-
ro nunquid. C. de teſt. Et ad hoc facit quod no. Bal.in d.
l.ſolam.col.fi.ver.ſolũ hic quæritur. vbi tenet † ꝙ teſtis 7
qui deponit aliquem feciſſe ad ſui defenſionẽ[a] : probat: A
licet rationẽ non adducat:quia modico diſcurſu intelle-
ctus hoc percipi nõ poteſt per coactionẽ loci, & tẽporis.
alleg.Bart.in cõſi.lvij.ſed reperitur.in conſi. cviij. quidã
Maſiolus.vbi Bar.hoc dicit,& ſequitur Alex.in cõſ. cxix.
viſis.col.fi. lib.j. Et ratio in teſtibus deponentibus de va-
lore rei vt cõgruè ſit & probet,debet ad cõmunem æſti-
mationẽ referri; videlicet ꝙ cõmuni æſtimatione tantũ
valet,& ꝙ tantum cõmuniter venderetur;vt no. Bar.per
illum tex.in l.pretia rerũ.ſ.ad leg.Fal.& in l.filiusfami-
liàs.§.ſi quid alicui.de leg.j.& l.fi.C.de prædi.naui.li.xj,
vnde non ſufficit ꝙ teſtis dicat ꝙ ipſe tantũ daret : quia
poſſet moueri aliqua particulari affectione. & ita tenet
gl.in l.ij.in gl.mag.C.de reſcin.ven.Et pari ratione non
ſufficit probare quantum res vẽdita fuit;vt no. Bar.in l,
cum emptor.§.fi.ſ.de dam.infc.cum ſi.vt tradit Alex. in
cõſ.xxviij.in cauſa & lite.col.ij.li.v.& Maria. in cõſ. viij.
viſis.col.j.Ang.Aret.in §.ſi quis agẽs.col.iiij.inſti.de act.
¶ Non omitto tamen quòd contra gl.in d.l.ij. de reſcin.
vend.tenet Bal. b in d.l.ij.col pe.vbi poſt Nico. de Marſi. 8
dicit,† ꝙ ſi non apparet de ſpeciali affectione , non præ- 8
ſumitur quòd teſtis qui dicit quòd ipſe tantũ daret , mo-
ueatur particulari affectione,ſed potius communi æſti-
matione:quia præſumitur quis facere illud quod fit cõ-
muniter.l.ſi pactum.de proba.Imo.& Alexã. in d. l. pre-
tia rerum.ſequuntur opin. glo. & Bar. quia probatio de-
bet eſſe concludens.ca.in præſentia. de proba. & iura al-
lega.per Bal.non loquuntur in materia probationis.
¶ Sed replicari poteſt,ꝙ imò etiam in materia probatio
nis ſufficit ꝙ præſumptiuè probatio cõcludat:vt per gl.
in l.neq; natales.C.de proba.cum ſi.vt dixi in d.c. in præ-
ſentia.Et hoc in propoſito dicunt ipſe Imo. & Alexã. in
l.j.§.

a Defenſionẽ. Facit Hyppol. Marſ. ſing.xix. Alex.cõſ.lxxvi. cõſ.cix.li.i. vbi dixi.C.M.

a Bal.ſequitur Pãtha.de Cre. Rep.d.l.ii.col. lxxiii.C.M.



l.j.§.hæres percepto fundo.ſ.ad Trebel.vbi dicunt per illum tex.quòd
res tantum valet quantum vendi poteſt:intelligitur ſcienti qualitatem
rei. Et dicunt hoc non eſſe opus exprimere:quia ſufficit quòd ita præ-
ſumatur.Et iſta opin.Bal.eſſet ſuſtentabilis,& verior videtur de iure:&
pleriq; illam tenẽt quos refert Alex.in d.l. pretia rerum. Et ſaltem vi-
deretur procedere quando in capitulo ſuper quo teſtes deponunt, dici-
tur quòd res tantum valet communiter vel cõmuni æſtimatione:quia
dictum teſtis videtur habere relationẽ ad capitulum,vt not. Bart. in l.
Labeo.ſ.de ſupel.leg.Et hoc modo opin.concordari poſſunt. & in pro-
batione intereſſe,aduertendum eſt : quia debet eſſe in potentia propin-
qua,& no.declarat Pau.de Caſt.in l.non vtique. §. nunc de officio. ff. de
eo quod cert.loco.Et de iſta materia vlterius non inſiſto hic , quia latè
videbimus in l.j.C.de ſen.quæ pro eo.

## In l. Plus cautionis, Argumenta.

1 Pignori incumbere ſatius eſt,quàm in perſonam agere.
2 Actio in rem vtilior eſt ea,quæ intentatur in perſonam.
3 Fideiuſſorem qui dare tenetur,dando pignora liberabitur.
4 Creditori inuito non ſoluitur aliud pro alio.
5 Satiſdatio remitti poteſt ei, qui valde idoneus eſt,non autem pignoris datio.

## REGVLA XXV.

PLVS *cautionis in rem eſt,quàm in perſonam.*

¶ IBI,cautionis,id eſt ſecuritatis & cautelæ : vt glo.hic dicit & facit
text.in §.neque autem.in authen.de manda.prin.& in l.ſancimus. C.de
verb.ſig.Sic ergo plus ſecuritatis eſt in rem,quàm in perſonam.Et hoc
1 exemplificari poteſt in eo quod dici ſolet , † quòd melius eſt pignori
incumbere,quàm in perſonã agere.§.furti.inſtit.de oblig.quæ ex deli.
naſcun.& l.itaq;.§.fi.ſ.de fur.Et hoc etiam patet in actionibus realibus
quæ firmiores ſunt : quia dantur contra quemlibet poſsidentem.§.j.in-
ſtitu.de actio.ſecus eſt in perſonalibus nam actio perſonalis:contra ſin
gularem ſucceſſorem non dirigitur.l.j.§.ſi hæres percepto fundo. ſ.ad
Trebel.l.fi.ſ.de cõtrahen.empt.l.cùm fundus.vbi Bal.ſ.de ſer.ruſtico.
præd.ſecus eſt in reali actione l.ſi fundus.§.in venditione. ff. de pigno.
facit text.in l.pignoris.eo.tit.
2 ¶ † Et quòd vtilior ſit actio in rem,quàm in perſonam,probatur in d.l.
ſi fundus.in d.§.in vẽditione.in fi.Et plenius prouidet diſpoſitio realis,
quàm perſonalis.l.ſi neceſſarias.§.de vẽdendo.ſ.de pig.act.& l.iuriſgẽ-
tium.§.pactorum.ſ.de pact.& not.in l.ſi pactum.ſ.de proba. Et perſo-
nis data immunitas,cum perſonis extinguitur,& rebus, nunquã extin-
guitur.l.iij.§.fi.l.forma.§.quanquam.ſ.de cenſi.Et ex ſupradictis dicũt
Guli.de Cug.Ang.Pau.de Caſt.& Alexã.& Moder.in rubr.ſuprà ſi cert.
pet.quòd actiones reales digniores ſunt:de quo dicẽdum eſt vt dixi ibi.

 ¶ Et

¶Et per iſtum tex. infert Bar. hic † quòd ille qui tenetur dare fideiuſſorē, liberatur dando pignora; quia plus cautionis eſt in rem, quàm in perſonam, Et idem Bart. dicit in l. prætoriæ. la ij. ꝟ. de præto. ſtipu. l. j. ꝟ. qui ſatiſd. cog. cum ſimi. vt ibi tradunt Alex. & Moder. idem Alex. in l. j. C. de procu. Et hoc verũ videtur, niſi à lege aliud præciſè diſponatur. d. l. prætoriæ. Non obſt. regula quam in contrarium adducunt Alex. & Moder. in d. l. j. qui ſatiſd. cogan. † quòd aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt. l. ij. §. j. ꝟ. ſi cert. peta. ideo non videtur quòd pro fideiuſſore pignus dari poſsit; quia reſpondetur[a], quòd hic nõ agitur de ſolutione, ſed de cautione; quo caſu qui promiſit dare vnum pignus, poteſt dare aliud æquè bonum; vt per glo. in l. ſi Titio. ꝟ. de pig. Et pro fideiuſſore dato alius æquè idoneus præſtari poteſt. l. Labeo ait. §. fi. ꝟ. de arbit. & l. qui autem. §. ſed & ſi quis certã. ꝟ. de conſtitu. pecu. Et quia tenetur quis facere quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt. l. in creditore. & ibi glo. ꝟ. de euict. & l. ij. §. item Varus. ꝟ. de aqua plu. arcen. 3 4

a Reſpõdetur. opin. Barto. eſt magis cõmuniter approbata, vt dicit Iaſ. in d. l. i. qui ſatid. cogan. in princ. iii. colũ. verſic. ex ſecunda.

¶Vltimo notandum eſt, † quòd licet quis liberetur à ſatiſdatione quam præſtare teneatur, ſi ſit valde idoneus: vt not. Bar. in l. quicunque. la ij. C. de fund. patrimo. libr. xj. cum ſi. vt tradunt Alex. & Moder. in d. l. j. qui ſatiſd. cog. non tamen videtur liberari ſi tenetur dare pignora. ita videtur dicendum per iſtum text. quia plus cautionis eſt in re, quàm in perſona.

## In l. Qui poteſt inuitis, Argumenta.

1 Filius poſſeſsionem bonorum patre inuito, & ignorante poteſt agnoſcere.
2 Citare non debet is, quo etiam inuito poteſt actus tranſigi.
3 Inuito aliquo ſi quid fieri poſsit, & eo ignorante poterit.
4 Iudicia in inuitum etiam reddi ſolent.

### REGVLA XXVI.

QVI *poteſt inuitis alienare, multo magis & ignorantibus & abſentibus poteſt.*

¶Ad hoc facit text. in l. necnon ignorante & inuito. ꝟ. de tut. & cur. da. ab his. & in l. iiij. §. j. ꝟ. de fideicom. lib. Et per iſtã regu.[b] arguit gl. in l. j. C. qui admit. in ver. ratam. † quòd ſi filius agnoſceret poſſe, inuito patre, à fortiori poſſet ignorante.

b Reg. Alexan. cõſil. cxxx. lib. i. Iaſ. l. ii. ꝟ. fina. nu. 19. ſolu. mat.





¶Et Alex. ibi in d. l. j. ampliando iſtam regulam. dicit illam etiam procedere in materia correctoria, quia eſt interpretatio paſsiua: per nota. in l. ij. de lega. ij. in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falc. Et hoc idem prius voluit Imol. in l. ſi quis mihi bona. § iuſſum. ꝟ. de acquir. hæred.

2 ¶Et per iſtam regulam infertur, † quòd nunquam debet citari ille quo inuito actus expediri poteſt.[a] Et hoc modo arguit Oldra. in conſi. xcv. in fin. ex forma iſtius ſtatuti & eodem modo arguit Paul. de Caſt. in conſil. xxxiiij. ſuper primo dubio colum. pen. in nouis, aliàs in conſil. ccxxvij. vbi etiam alleg. tex. in d. l. iiij. §. j. de fideicommiſ. liber. & ita etiam arguit Roma. in conſi. ccij. quo ad primum & idem Rom. in conſil. ccclix. circa primum. in quinto dubio. & idem Alexan. in l. ſi pacto quo pœnam. in vlt. not. C. de pact. & in conſil. ij. viſis codicillis. colum. vj. lib. j. & idem Alexan. in conſil. cxxx. difficultas. in eod. lib. j. & in conſil. vj. circa proceſſum cauſæ vertentis. col. fina. lib. iij.

a Poteſt. Niſi debeat eſſe pars iudicis. C. M.

3 ¶Iſta regula limitatur pluribus modis:[b] vt per gloſſ. hic & in l. ſi in tres. ff. de arbi. & Bar. hic reſoluendo conſiderat hic plures caſus: vt ex eius diſtinctione colligitur.

b Modis. Iaſ. l. qui in aliena. col. iii. de acq. hær. ꝟ. l. i. colũ. vi. C. qui admit.

¶Sed magis breuiter concludi poteſt, quòd regula intelligatur & procedat vbi ſit eadem ratio, prout regulariter videtur: quia † ſi poſſum facere aliquid te inuito & contradicente, pari ratione te abſente & ignorante: quia nõ debet expectari præſentia & ſcientia, quæ nihil operatur. argu. l. aliquando. §. fi. ꝟ. ad Velleia. 3

¶Secus vbi ſit diuerſa ratio, prout eſt in caſu l. duo ex tribus arbitris vel iudicibus. ꝟ. de re iudic. & in l. ſi in tres. ff. de arbit. ibi, duo ex tribus arbitris vel iudicibus iudicare poſſunt, tertio contradicente & inuito: non autem eo abſente vel ignorante. facit text. in d. l. ſi in tres. qui rationẽ adducit: quia tertius ſi eſſet præſens, poſſet alios in ſuam ſententiam trahere. Bart. tamen hic videtur iſtam rationem impugnare: quia talis ratio ſemper videretur habere locum. Et in omnibus caſibus regulæ procederet, quòd abſens poſſet alios præſentes trahere in eius ſententiam: ſed cum iſta ſit ratio Iuriſconſulti, impugnari non poteſt. Et ideo dicendum eſt, quòd illa ratio ſolum attendatur in arbitris vel iudicibus qui ratione officij habent poteſtatẽ iudicandi: ſecus videtur in priuatis, prout regula loquitur.

¶ Et eodẽ modo regula nõ procedit in iudicialibus:† quia 4
iudicia redduntur in inuitum.l.inter ſtipulantem.§.j.de verb.obli.& tamen nõ procedit iudiciũ contra abſentem: quia citatio requiritur.l.de vnoquoque.in princi.ſ.de re iudi. Et ſimiliter in electionibus prælatorum & in actibus capituli vel collegij in quibus attenditur quod fit à maiori parte:& cõtradictio minoris partis non attenditur.l.quod maior.ſ.ad municip.cap.cùm omnes.de conſtitu. Et tamen factũ à maiori parte non valet aliquibus abſentibus & ignorãtibus:quia plus nocet vnius contemptus,quàm cõtradictio multorum.c.per venerabilem.de electio.in prædictis enim caſibus regula non procedit: quia data eſt forma à iure,quòd abſentes requiruntur.

## In l.Nec ex prætorio.Argumenta.

1 Conuentio priuatorum non poteſt publico iuri derogare.
2 Delicta puniri Reipublicæ intereſt.
3 Pactum iudiciorum ordinis derogatorium eſt iuualidum.
4 Statuto poteſt iuri publico derogari.
5 Statuto plura introduci poſſunt,quæ pacta inducere nequeunt.
6 Teſtamenti factio poteſt tolli ſtatuto,non autem pacto.
7 Statuto fieri poteſt vt quis partim teſtatus decedat, & partim inteſtatus.
8 Statutum facultatem teſtandi auferre poteſt,pactum tollere non poteſt.
9 Argumentum de pacto ad ſtatutum nullius eſt vigoris,ſi negatiuè formetur:ſi affirmatiuè,poterit valere.& nu.10.

### REGVLA XXVII.

NEC *ex prætorio,nec ex ſolenni iure priuatorum conuentione quicquam immutandũ eſt: quãuis obligationum cauſæ pactione poſſunt immutari,& ipſo iure,& per pacti conuenti exceptionẽ: quia actionum modus vel lege, vel per Prætorem introductus.priuatorũ pactionibus nõ infirmatur: niſi tunc cùm inchoatur actio,inter eos conuenit.*

¶ NOTANDVM eſt,† quòd partium [a] conuentione iuri publico [b] derogari non poteſt.ad idem text.in l.iuris gentium.§.paciſcar.l.ius publicum.ſ.de pact.in l.ij.§.i ius reipublicæ.ff.de adminiſt.rerum ad ciui.perti.& in c.ſi diligenti.de foro compe.

¶ Et ius publicum intelligitur,quando reſpicit formam & ſolennitatem à iure publico introductam, cui etiam teſtator

a Partium.ſed an pacto publico populi vel alicuius villæ vel alterius vniuerſitatis poſſit derogari iuri publico.Bartol.in l. omnes populi.de iuſt.& iur.in iij.col. tenet quòd ſic. tu tamen vide Barb.d.c.ſi diligenti.v.colũ. verſicu. quinto põdero.vbi reprobat hanc opi.Bart.H.C.

b Publico.Et ideo pactum quod faciunt debitores ſuis creditoribus de non probanda ſolutione, non valet,per Barba.in d.c.ſi diligenti.ij.colũ. per Bal.in ſua margar.in ver. pactum.Pau.in l.pactum inter hæredes. ff. de pact.Bart.in l. ſi.ff.de præto. ſtip.Hier.Chu.



teſtator derogare non poteſt.l.nemo poteſt.de leg.j.l. teſtandi.C.de teſtib.

2 ¶ Similiter† vtilitatẽ publicã reſpicit,quòd delicta puniantur.l.ita vulneratus.ſ.ad leg.Aquiliam.l.ſi citatio.§. quod illicitè.ſ.de publica.cap.vt famæ.de ſentẽt.excom. ideo non valet pactum,quòd nõ agatur actione iniuriarum,vel furti ſi committatur.l.ſi vnus.§.pacta.ſ.de pac.

3 ¶ Et non valet pactum† propter quod ordo iudiciorum tollatur:vt per glo.in c.de cauſis.de offic.deleg.quod declaratur,vt dixi ibi.Et tradit Alexan.in l.ſi conuenerit. col.vij.de re iudic.

4 ¶ Et quod dictum eſt bene procedit in pacto.† Secus eſt in ſtatuto quod iuri publico derogare poteſt: vt not.per gloſ.hic,& not.l.neque pignus.§.priuatorum.j.eod.vbi glo.tenet,quòd etiam vniuerſitas poteſt ſtatuere contra ius publicum.& per illam glo.notab.Abb.conſil.ciiij.videtur primo.colum.ij.lib.ij.& in c.ſi diligenti.in iij.notab.de foro compet.

¶ Et ideo dicit Barto.in l.alia.§.eleganter.ſ.ſolu.matri.
5 † quòd multa poſſunt fieri per ſtatutum quæ non poſſunt [a] per pactum.allegat glo.in locis præallegat.& not. Dominic.in conſi.cxxxix.in cauſa.col.iii.& idem Barto. in l.Titio centum.§.Titio centum.el ij.ſ.de condit.& de-
6 monſtra.† vnde facultas teſtãdi per ſtatutum auferri poteſt,licet pacto tolli non poſsit:vt no.Ange.in conſi.lxvj. viſis.colum.fin. Et licet pacto quis non poſsit ſe obligare
3 ad pœnam mortis [b],vel mutilationẽ membri:quia non eſt dominus membrorum ſuorum.l.liber homo.la j.ſ. ad l.Aquil.& Barto.in l.ſi quis rerum.in princi.ff.de cuſto.reo.à ſtatuto tamen obligari poteſt:vt no.Barto.in l. Titio centum.d.§.Titio centum.verſi.tertia ratio eſt.

¶ Et ſolennitas teſtandi à ſtatuto poteſt tolli.l.ſi non ſpeciali.C.de teſtamen.licet à priuatis derogari nõ poſ-
7 ſit.d.l.nemo poteſt† Et licet non poſsit quis decedere pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus.l.ius noſtrum.j.eo. à ſtatuto tamen hoc induci poteſt: vt not.Ange.& Imol. per illum tex.in l.ij.& ibi Alex.in ij.not.de vulg.& pup. Et dictum fuit in d.l.ius noſtrum.

¶ Similiter licet non valeat pactum per quod tollitur fa-
8 cultas teſtandi.l.pactum quod dotali.C.de pact.† valet tamen ſtatutum:vt not.Bal.in l.Archimedoram.col.fin. ver.ſed nunquid.C.vt in poſ.leg.

a Poſſunt. Decius in rubr.de conſti.ij. lectu. iiij.col.ver.potentius.& in c. j.eo.tit.in ij lectu.iij.col.ver. vlterius.

b Mortis. In criminalibus nemo poteſt renũtiare defenſioni per pactum, de quo vide Felyn.in d.c.ſi diligenter in princi.& eiuſd.addi.ſuper litera b.H. Chuc.

¶ Hoc tamen dictum Bald. reprobat Alex. in l. pactum. & in d. l. fi. ſ. de pact. quia tale pactum videtur cõtra bonos mores [a]. d. l. pactum. & l. ſtipulatio hoc modo conce- A
pta. de verb. obli. quo caſu ſi non valet pactum, quia contra bonos mores, etiam tali caſu nõ valet ſtatutum: vt no. Bal. in l. non impoſsibile. ſ. de pact. & j. ſtatim dicam.

a Bonos mores. Adde quod pactum quod debitor bonis cedere nõ poſſit, eſt inualidum. quia contra bonos mores. Soci. in tractat. fallent. in regul. cclxxix. idem in pacto. de hæred. per denda, in regul. cclxxx. & quot modis dicatur pactum contra bonos mores, vide Bal. in l. pactũ. C. de colla. & Bar. in l. ſi quis pro eo. de fideiuſ. Hie. Chuc.

¶ Sed poteſt reſponderi quòd ratio Alexan. procedit inſpecto iure communi. Sed ex quo à ſtatuto in loco hoc permittitur, non videtur cõtra bonos mores, quia ad iudicandum aliquid eſſe contra bonos mores, mores ciuitatis de qua agitur debent conſiderari. l. item apud Labeonem. in princip. verſi. ſed quod adiicitur. ff. de iniur. Et quòd valeat ſtatutum, tenet Ange. in conſi. lxvij. ſ. alleg. Et quod ſuprà dictum eſt de validitate ſtatuti, à fortiori haberet locũm ſi cum ſtatuto pactum concurreret: quia plus poteſt fieri per ſtatutum vallatum pacto, quàm per ſtatutum ſimpliciter: vt tradit Bal. in c. venientes. col. fin. ver. ſed nunquid. de iureiuran.

¶ Et ex prædictis infertur, quòd negatiuè † nõ valeat ar- 9
gumentum de pacto ad ſtatutum: vt dicamus, ſi non poteſt fieri per pactum, ergo nec per ſtatutum: vt not. Bart. & Doct. in locis ſ. alleg. Et idem Socinus in conſil. lij. ſuper hac difficultate. in princi. nouiſ.

¶ Et hoc intelligitur & procedit vbi agitur ſimpliciter de derogatione iuris publici, per ſupradicta.

¶ Secus ſi ſit aliquid turpe & contra bonos mores: quia tunc etiam negatiuè valet argumentum: quia ſi non valet pactum. non valet ſtatutum: vt no. Barto. in d. l. non impoſsibile. ſ. de pact. l. omnes populi. in iij. q. principali. ſ. de iuſtitia & iure & in l. Titio centum. §. Titio centum. de conditio. & demonſtra.

¶ Et hoc modo intelligitur gloſſ. in rubri. C. de decre. ab ord. fac. lib. x. quæ dicit non valere ſtatutum ſi pactum
non valet. † Affirmatiuè verò valet argumentũ, ſi poteſt 10
fieri per pactum: ergo per ſtatutũ. Et ita arguit text. in l.
fi. vbi Bar. C. de fideiuſ. & idem Alex. [b] in conſi. l. in cauſa B
& lit. lib. v. Bar. in conſi. clxxij. dubia occurrentia. in prin. Et ad hoc facit: quia diſpoſitio legis contrahentium & teſtatoris æquiparatur. l. fin. ſ. de reb. alie. non alie. vbi Bal. Et ampliatur iſta concluſio: quia ſi poteſt fieri per pactum iuramento firmatum, poteſt fieri per ſtatutum, vt not. Barto. in l. fi. col. iij. verſi. quod caſu. ſ. de pact.

b Alex. conſi. cxx. in fina. lib. vj. Frãciſ. Cur. tract. de ſequeſtris. quæ. xxij. in fin. C. M.

¶ Et



¶ Et iſta concluſio affirmatiua procedit vbi ſit eadem ratio, ſecus ſi diuerſa, quia quandoque aliquid poteſt fieri per pactum, & non per ſtatutum. Nam per pactum princeps obligatur. c. j. de proba. & tamen lege vel ſtatuto non obligatur. l. princeps. ſ. de legibus. l. digna vox. C. de legib. Et per pactum poteſt remitti iuramẽtum ab eo in cuius fauorem præſtitum fuit. c. ij. de ſponſa. Et tamen iuramentum à ſtatuto tolli non poteſt: vt per Alexan. in conſil. lix. viſo inſtrumento. col. iij. ver. non obſtatter. lib. j. Et ex his expedita ſit iſta lex.

## In l. Diuus Pius. Argumenta.

1 Conuenti ex cauſa donationis, in id quod poſſunt tantum, damnandi ſunt.
2 Vſufructuarius quo caſu cautionem de vtẽdo arbitrio boni viri præſtare non teneatur.
3 Donatio ob cauſam, quare inſinuationem non requirat.
4 Donatio ſimplex dicitur, qua quid in premiũ emãcipationis à patre donatur.
5 Conuentus ob donationem à ſe factam, retinere poteſt, ne inſolidum exigatur.
6 Conuentus ob donationem propriam, quo gaudere poſsit priuilegio.
7 Conuentus ob liberalitatem ſuã actione perſonali, tenetur tantum in id quod poteſt.
8 Priuilegio originem ex contractu trahente poteſt renunciari.
9 Donans conuentus ob donationem, æs alienum deducere poteſt.

### REGVLA XXVIII.

DIVVS *Pius reſcripſit, eos qui ex liberalitate ſua conueniuntur, in id quod facere poſſunt condemnandos.*

1 ¶ NOTO quòd † illi qui ex cauſa donationis conueniuntur, in id
quod facere poſſunt debent cõdemnari. ad idẽ tex. in §. ſicut præterea. ver. idem eſt ſi quis ex donatione. inſtit. de acti. l. inter eos. §. hic quoq;. ſ. de re iudi. Et hoc habet locum etiã ſi ex alia actione donatarius conueniatur, quæ originem habuerit ex donatione: vt not. per gloſſ. hic & eſt tex. in l. ſi quis id quod. in princi. ſ. de don. ad idem bene facit tex. in l. ij. §. parui quoque. ſ. de priuileg. credi.

¶ Et quod hic dicitur, iuſta ratione ſtatutum fuit, ne quis ex ſua liberalitate pericliretur: vt tex. dicit in l. ne liberalitate ſua. ſ. de re iudica. Et iſta ratione ſingulariter dicit Bartholomæus Soci. in l. omnes. ſ. de ex-
2 cep. quòd licet † vſufructuarius teneatur præſtare cautionem idoneam de vtendo arbitrio boni viri. l. j. ſ. vſufruct. quemadmodũ ca. hoc ſecundum eum nõ habet locum in eo qui donaſſet eius bona retẽto vſufructu: quia cum ex ſua liberalitate cõueniatur cum eo mitius agendũ eſt
A arg. l. ad res donatas. ſ. de ædil. edic. Et ideo ſatis [a] erit, quòd tali caſu
vſufructuarius ſolũ promittat cũ hypotheca bonorum. & ad hoc inducit tex. not. in l. filio. ſ. vt leg. not. caueatur. Et latius hoc idem conſulendo deducit Cor. Peruſ. in conſil. cclxij. in hac conſultatione. colum. iij. lib. iiij. Et hoc

a Satis. Deci. conſil. cclxv. col. fi. C. M.

 idem

idem prius voluit Ioan.de Plat.in d.§.ſed præterea.in verſic.ſi quis.in-
ſtitut.de actio.

¶ Et iſta regula procedit in donatione ſimplici,quæ ex mera libera-
litate procedit.d.l.ne liberalitate ſua.de re iudic.ſecus eſt in donatione
ob cauſam.vt not.Ange.in l.ſed hoc ita.ſ.de re iudic.& ibi Alex.ſequi-
tur,& inducit glo.ibi in ver.matrimonio.Et idem Alexã.in l qui in id.
col.ij.eo.tit.ſ.de re iudi.& idem tenet Ioan.de Platea in d.§.præterea.
verſicu.ſed & ſi quis.† Et ratio manifeſta videtur,quia donatio ob cau- 3
ſam non eſt propriè donatio:ideo non requirit inſinuationem : vt not.
per glo.& ibi Barto.in l.Aquilius Regulus.per illum tex.C.de dona.&
facit tex.in l.ſi pater.§.j.ſ.de dona.& not.Oldra.in conſil.cxxxi.ad ha-
bendam.cum ſimil.vt tradit Alex.in conſi.xij.viſo inſtrumento.col.ij.
lib.j.Et donatio ob cauſam quãtum ad propoſitum,dicitur,quãdo cau-
ſa reſpicit fauorẽ donantis quæ excludit liberalitatem:
ſecus[a] eſt in alia cauſa extrinſeca,quæ nõ impediret quo-
minus dicatur donatio ex liberalitate procedere.vt not.
Ange in d.l.ſed hoc ita.& Ioan.Faber.& Ioan de Plat.in
d.§.præterea.verſi.ſed & ſi quis.& facit quod not.Pau.de
Caſt.in l.vt liberis.col.penul.C.de collat.† vbi declarat 4
quomodo donatio facta à patre in præmium emancipa-
tionis.dicitur donatio ſimplex,& non ob cauſam,quia il-
la cauſa non tollit liberalitatem.ſic etiam cõcludit Pau.
de Caſt.in l.j.ſ.de don.vbi dicit,quòd donatio facta ſub
conditione,ſi nauis venerit ex Aſia:dicitur tamen dona-
tio ſimplex,quia à mera liberalitate procedit,& hoc
etiam declarat Aret.in conſi.xvij.conſideratis.col.iij Et
ſi donatio excederet cauſam donationis,in illo exceſſu
haberet priuilegium.per ea quæ not.Bald.in l.illud.col.
iij.in iij.q.C.de ſacroſanc.eccle.cum ſimi.vt tradit Alex.
in l.ſi donatione.col.ij.C.de collat.facit text.in l.ſi ſpon-
ſus.§.circa venditionem.ibi,quatenus locupletior facta eſt.ſ.de dona.
inter virum & vxo.& in c.relatum.de teſtib.ibi,iuxta ſeruitij meritum.
& not.Oldra.in conſi.ccxxvj.quidam epiſcopus.col.penul.Alex.in con-
ſil.lv.conſideratis verbis.col.ij.lib.j.& in conſi.cj.viſis inſtrumẽtis.col.
iij.eod.lib.j.& Aret.in conſi.xvij.ſ.allegato.

a Secus. Idẽ Angel.conſil. cxxiij.totius. Cor.conſil.cj. colum.pe.lib.j. Dec.conſi.ccxxviij.ad finẽ. Aymo.conſil. xcv.nu.2.licet aliter velle videatur Bertrã.conſi.lxxxv.viſo inſtrumẽto. colũ.j.ſed ſibi contradicit cõſil.clxxiij.quia difficultas.colum.j.C.M.

¶ † Secundo regula procedit,quando illi qui donationẽ fecerunt conue- 5
niuntur,quia retinere poſſunt vt inſolidum non exigãtur.Sed ſi ſoluiſ-
ſent petendo,nõ haberent tale priuilegiũ:vt no.Bal.dicit in c.j.in prin.
ad fi.in titu.de notis feud.Et ad hoc bene facit in l.nam & maritus.ff.de
cõdi.indeb.Et no.Alex.in l.maritũ.ver.xvj.fallit.ſ.ſol.mat.Et ad idem
facit:quia facilius retentio permittitur,quàm petitio.l.ij.vbi Bal.in iij.
notab.C.de fideicõ.facit tex.in l.per retentionẽ.C.de vſuris.in c.intel-
leximus,



leximus.de iudic.iuncto cap.cum inter.de excepti.Et in
notabili caſu tradit Benedict.Capra in conſil.xix.& ſi vi-
ſo & conſiderato.Et in alia ſimili quæſtione notat Alex.
poſt alios quos refert in l.precibus.in gl.ſi.de impub.&
aliis ſubſtit.

6 ¶ † Tertio regula habet locum in eo qui ex propria do-
natione conuenitur.d.l.ne liberalitate.de re iudi.cum ſi-
mil.ſ.alleg.ſecus eſt in alio,qui ex donatione alterius te-
netur cui non competeret tale priuilegium:quia eſt per-
ſonale,& ad alium qui non dotauit non porrigitur : vn-
de non datur hæredi.l.ſciendum eſt.ſ.de re iudic.nec fi-
deiuſſori.& l ſi fideiuſſor.in princip.eo.titu.ſ.de re iudi.
& no.per gl.hic.& ad idem tex.in l.verum.in princip.ff.
pro ſoc.Cautela tamen eſt,quod ſi conueniatur fideiuſ-
ſor principalis,compareat & ſuſcipiat iudicium in ſe:&
tunc ex perſona ſua habebit priuilegium vt docet Bart.
in d.l.& ſi fideiuſſor.per l.idemq;.§.& generaliter.in fi.
ff.mand.Et idem not.Bar.in d.l.rerum.in princip.ſ.pro
ſoc.cum ſimili.vt tradit Alexã.in d.l.ſed hæc ita.§.quod
autem.in fin.ff.de re iudic.& ibi dicit not.hoc procedere
quando fideiuſſor qui cõuenitur eſſet habiturus regreſ-
ſum contra principalem:quia tunc principalis compare-
ret pro ſuo intereſſe:aliàs ſecus.vt not.Bar.in l.Marcel-
lus.in fi.ſ.de fideiuſſ.

7 ¶ † Quarto regula procedit in actione perſonali : ſecus
eſt in actione reali : vt probatur in l.Neſennius.§.fundũ
ſ.de re iudic.& not.Bar.in l.maritum.& in l.ſi conſtante.
colũ.fi.ſ.ſolu.matr.& hoc intelligitur quando conueni-
tur actione reali prout loquitur tex.in d.§.fundum.vi-
delicet quãdo res donata tradita fuit donatario :& poſt-
ea aliquo caſu ad donantem perueniret.aliàs ſecus : vt
no.Bar.in l.ſi filiusfamiliàs.la ij.ſ.ſolu.mat.cùm ſimi.vt
Alexan.tradit in d.§.fundum.

8 ¶ † Quinto[a] limitatur,niſi tali priuilegio ſit renuntia-
a tum:quia cum habeat originem ex contractu,poteſt re-
nuntiari:vt Alex.concludit in l.alia.§.eleganter.col.pe.
ſ.ſolu.matr.& videtur renuntiatum ab illo qui integrè
promiſit ſoluere quantitatem:vt not.Alex.trad.in conſi.
b cxxxiij.ſuper quæſitis.in princip.lib.v.b.

9 ¶ † Vltimo ad declarationẽ huius beneficij notandũ eſt,
quòd in tali beneficio donans,deducit æs alienũ.l.inter
eos.verſi.& quidem.ſ.de re iudica.Et vlterius deducitur,
ne do

a Quinto.Sexto crederẽ eſſe limitandũ quãdo iſte qui ex cauſa dona.cõuenitur,negaret donationẽ,quia per mendacium perdit priuilegiũ : ſicut dicimus de marito negante matrim. qui habet ſimile priuilegium: nam conuenitur inſolidũ.ita Bar.l.etiam.§.j.circa fi.ſ.ſol.matri.& Alex.in l.maritum ii.col.eo.tit.ratio eſt,quia mendaciũ circa id quod eſt fundamentũ & cauſa priuilegii,facit perdere priuilegium.ita Bar.in l.ſi dubitetur §.ita demũ.per tex.ibi.ſ.de fideiuſ.H.C.

b Libro v.Vbi contrarium tenui.C.M.

ne donans egeat.[a] d.l.inter eos.§.fi.& l.condemnatione. A
in prin.ꝗ.eo. Et illa verba inquantum facere poteſt,intel
liguntur commodè[b] & honeſtè: vt per glo.in d.l.in con- B
demnatione. Et hoc debet conſiderari ſecundum qualita
tem perſonæ: vt notat Bal.in l.ij.in prin.C.quod cum eo.
cum ſimil.vt Alex.tradit in l.ſi maritus in id.in fi.ꝗ.ſolu.
matr.nec tali caſu videtur quòd donans teneatur vende-
re proprietatem, ſi res aliqua ſit magni valoris & parui
reditus. argumen. l. qui bonis.ꝗ. de ceſsione bonorum.
Nam proprietas vendi non debet, ſed alimenta debent
præſtari ſecundum quantitatem fructuum: vt notat Bar.
in l.pen.ꝗ.de alim.& ciba.leg.per l.imperator.ꝗ.ad Tre-
bel.vbi Bar.in l.fi.cum ſimil.vt ſcribit ibi Alexand.Bald.
tamen in caſu noſtro, videtur velle contrarium, quòd
imo debeat vendi proprietas, vt ipſe tenet in d.l.ij.verſi.
iuxta prædicta quæro.cum ſimil. vt tradit Alex. in d.l.ſi
maritus.Et idem Alexan.in l.maritum.in fin.ꝗ.ſol.matr.
concludit,quòd ſi alimenta debentur ex titulo lucratiuo,
non debet vendi proprietas: ſecus ſi ex titulo oneroſo.
Et quòd non vendatur proprietas, tradit Alexan.in con-
ſil.iij.[c] ſuper proceſſu cauſæ.in lib.iiij.& facit text.not.& c
quod ſibi Bald.in l.fin.§.ipſum autem.in fin.C.de bonis
quæ liber.vbi filius non dicitur poſſe alere ſe, ſi non ha-
bet tot reditus quod viuere poſsit: nec tenetur vendere
proprietatem.

a Egeat. Quæ perſonæ gaudeant hoc beneficio, & qualiter intelligatur vide Fabr. & poſt eũ Mod. in §. ſunt præterea.ver. item ſi de dote. inſt. de actio. vbi late per Ia.H.C.

b Commodè. Albe.Bru.conſi.lxxxix. C.M.

c Conſilij iij. Nunc habetur in lib.j.conſi.c. in fi.C.M.

## In l. Quod initio. Argumenta.

1 Acquiſitio facta per forenſem initio nulla, non conualeſcit eo ciue facto.
2 Laudum à principio nullum, nullo pacto ratificari poteſt.
3 Liberatio facta à filio patris viui debitoribus, non conualeſcit patre mortuo.
4 Confeſsio in quæſtione nullis indiciis illata, non validatur ſuperuenientibus indiciis.
5 Actus perſonæ illegitimę inualidus, non fit validus ea effecta legitima.
6 Electio facta de bannito, non roboratur eo rebannito.
7 Teſtamentum filij à principio nullum, non capit vires patris accedente conſenſu.
8 Vitioſum à principio quando vires expoſtfacto aſſumere poſſit.
9 Actus initio nullus non poteſt validari. validus autem qui poteſt annullari, poterit etiam confirmari.
10 Cauſa confirmans, ſuperueniens actui inualido robur miniſtrat.

Alien



11 Alienatio rei minoris, inualida, accedente ætate confirmari poteſt.
12 Teſtamentum vſurarij nullum, præſtita demum cautione efficitur validum.
13 Actus à principio nullus poteſt ratificatione roborari.

### REGVLA XXIX.

QVOD *initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere.*

¶ISTA regula etiam habetur in regula pen.ꝗ.eod.
A & in regula non firmatur.eod.titu.in vj.plura exempla[a]
in gloſſ.hic ponuntur ad idem text.in §.j.inſtitut.de ex-
hære.lib.in c.j.de deſpon.impu.in vj.& in c.j.de prohib.
feud.alien.

¶Et per iſtam regulam infertur ad q.quam tradit Rom.
in conſi.cccccix.circa propoſitam conſultationem.in v.
dubio,col.pen.vbi plura iura inducit ad probandum, ꝙ
1 †acquiſitio quæ à principio fuit nulla, quia facta per fo-
renſem contra formam ſtatuti, non reconualeſcit, licet
poſt acquiſitionem nulliter factã ciuis efficiatur.de quo
tamen aliter loquitur And.Sicu.in conſi.lxx,col,ij.lib.iij.
2 ¶†Similiter laudum quod à principio fuit nullum,rati
ficari non poteſt:vt not.Bald.in titu.de pace Conſtant.in
ver.ſententiæ quoque. Roman.in conſi.clx.præmiſſum
laudum.& idem Angel.in conſi.ccxviiij.viſa narratione.
col. pen.De quo videndum eſt quod tradit Pet.de Anch.
in conſi.cxxij. vnus ex procuratoribus.
3 ¶†Similiter liberatio facta à filio debitoribus pater-
nis viuente patre, quia à principio fuit nulla, non recon-
ualeſcit ſi poſtea filius patri ſuccedat.ita arguit Bal.in l.
filiusfamiliàs.la ij.ꝗ.de ſolut.de quo dixi poſt Mod.in l.
filius.C.de pact,
4 ¶†Et confeſsio facta in tormentis non præcedentibus
indiciis,quia non valet à principio, non cõfirmatur poſt-
ea ſuperuenientibus indiciis:vt not.Bar.in l.maritus.col.
j.ꝗ.de quæſtionib.cum ſimi,vt tradit Alex in conſi.clxxix.
B in cauſa angelorum.col,pen,verſi,quinimo.lib,ij. Ro.[b]
in conſi.clxxvij.Antonius,col.ij.
5 ¶†Et actus qui à principio fuit nullus, quia perſona non
erat legitima,non confirmatur,licet poſtea perſona legi
timetur:vt tradit Alex.in conſi.clxxj.viſo proceſſu cauſę.
lib.ij.& facit quod not.per gl.in c.dilectus.el ij.de præb,
de impetratione iudicis excommunicati, quæ fuit nulla
à prin

a Exẽpla Dy. in d.reg.nõ firmat. ponit plura exẽpla tam in teſta. quàm legatis, quàm etiam in cõtractibus & matrimoniis. glo. & Io. Imo.in l.fi. §.fi. de ver.obl. & doct. in reg. j.de regul. iuris.lib.vj.H.C.

b Rom. Idem etiam in ſingu. cxxxj.fo.v.Fel. in c.ad noſtrã. de proba.j.col. vbi ſatis remiſſiuè.& quid in minore qui cõfeſſ⁹ eſt in tormentis ſine autoritate tutorũ, & poſtea ratificauit.vide Ab. c.fi.de confeſſ. iij.col.& ꝙ cõfeſsio in tormẽtis non præcedentibus indiciis ſit nulla, etiam ſi perſeueret, vide Iaſ.vbi plura de cõfeſsione in materia delictorũ, in l,qui aliena. §.Celſus de acquir,hær. Hippol. de Marſi. in tit. de queſt. in l.j.vj.colum. verſi. primo enim.& in l.pe. eo.ti.col.ij.ver. modo redeundo &c. Lanfr.

à principio,& non confirmatur,licet poſtea abſolutus ſit.
Et in ſimili not.per gl.in c.ſtatutum.in prin.in ver.cano-
nicus.in fi.de reſcript.in vj.cum ſi.vt dixi in c.poſt ceſſio-
nem.in vlt.charta,verſi.prima concluſio eſt.de prob.
¶ †Et electio facta de bannito qui non poteſt eſſe de 6
prioribus,ſtatuto ita diſponente,quia eſt nulla. non con-
firmatur,licet poſtea rebannitus ſit: vt not.Bald.in rubr.
C.de cond.ob turp.cauſ.circa fin.facit text.in c.ſi eo tem-
pore.de reſcript.in vj.& not.Bart.in l.vſusfructus.in fin.
ſ.de ſtipu.ſeruo.† Et ſi in teſtamento quod poteſt facere 7
filiusfamiliàs de conſenſu patris ex forma ſtatuti à prin-
cipio non interuenit conſenſus patris,non valet teſtamen-
tum,nec poſtea confirmatur: vt not.Bal.in l.ſi vxore.col.
ij.C.de condi.inſer. Et in ſimili quæſtione de conſenſu
propinquorum not. Bal.in l.j.col.penul.verſi.extrà quæ-
ritur.C.qui admitt.
¶ Et iſta regula videtur procedere maximè vbi conſide-
ratur principium: vt gloſ.dicit in dicta regul.non firma-
tur.in fin.facit text.in d.c.ſi eo tempore.de reſcript.in vj.
cum ſimil.ſupra alleg.
¶ Secundo regula ampliatur procedere etiã ſi eſſet cau-
ſa propter quam actus fuit nullus:quia per hoc actus nõ
confirmatur: vt not.per Dyn.in dicta regul.non firma-
tur.col.ij. Et probatur in §.præterea.inſtit.quib.non eſt
permiſ.fac.teſta.§.j.inſt.de inu. ſtipu.l.eius qui. ſupra de
teſta.& in d.c.j.de deſpon.impub.
¶ †Et prædicta regula habet locum quando à principio 8
fuit initium vitioſum,&,conſtet:ſecus ſi non conſtaret,vt
patet in eo quod memoriam hominum excedit[a],quia il- a
lud valet & habet vim priuilegij.l.hoc iure.§.ductus a-
quæ.ſ.de aqua quoti.& æſti.& cap.ſuper quibuſdam.§.
præterea.de verb.ſign.cum ſi.vt tradit Alex.in conſi.vj.
viſo themate.in princ.libr.j.vel dici poteſt, ꝙ illa verba
tractu temporis non videntur excludere tempus cuius
initij memoria non ſit in cõtrarium.facit quod no. Ang.
per gl.ibi,in auth.vt de cætero commu.eccleſiarũ.col.v.
cum ſimil.vt tradunt Moder.in rub.de præſcript.in fine.
¶ †Secundo regula limitatur procedere prout loquitur 9
quando ab initio actus fuit nullus: ſecus ſi validus ſit,li-
cet annullari poſſit: quia tunc confirmatur.c.quod ſicut.
in fi.ff.de elect.& no.per gl.in d.reg.non firmatur.& idẽ
not.Abb.in cap.iij.col.ij.de his quæ fiunt à prælatis. Et
hæc

in c.quoniã contra. de prob.in verſi.confeſſiones.& per Mathesilla. ſing. lv.fo.iij & Rapha. in conſil. cxxxviij. col.j. in prin.& Bal. in ſua Marg.in verſ. confeſſio. col.iij.in princ. & Alex.conſ.v. incip. in cauſa inquiſitionis.in i.vol.& in cõſi. i.inci. viſo proceſſu.in iii. vol. & in conſil.lii. incip.viſo themate. volu.iii. H.C.

a Excedit.ita declarant hanc reg.Io.And.& doct.in d reg. non firmaẽ. in prin.& adde ꝙ ſi poſſeſſio eſſet violenta à principio , non poſſet talis reſcripto principis confirmari. ita Iaſ. in l.iuſtè poſſidet. i. col.verſ.ſecundo limita.de acquir. poſſeſſ.& quãdo confirmatio ſuperioris firmet actũ nullũ.vide latiſſimè Feli.in c.inter dilectos de fi.inſtr.in v. col.poſt prin.& ca. qualiter & quãdo de acc.



hæc ampliatur etiam ſi aliquo reſpectu actus valet, vt
no.Inno.in c.cum conſuetudinis.de conſue.per l.per fun-
dum.ſupra de ſeruit.ruſtic.præd.vbi Paul.de Caſt.refert
Inno.& dicit ꝙ ideò in d.l.per fundum,confirmatur illa
conceſſio ſeruitutis,quia non erat ex toto nulla:quia ille
qui prius conſenſit,non poterat contrauenire. Et hoc idẽ
tradit Pet.de Anch.in conſi.cxxij.ex narratis.in fin.
10 ¶ †Tertio,regula limitatur non procedere ſi cauſa confir
mans ſuperueniat:quia tunc confirmatur quod ab initio
fuit nullũ. Et Dy.concludit in d.regula,nõ firmatur.per
d.l.fundũ.vbi Bart.approbat quod Dy.dicit. Et idẽ ſequi
tur ibi Bald.Ang.& Domin.in conſi.xxxiij.pro examina-
tione.col.fi.& idem gl. hic in effectu dicit.& idem glo.in
d.reg.non firmatur.Et hoc facit,quia iudicium ꝙ à prin-
cipio erat nullum,ex iure ſuperueniente confirmatur.l.ſi
rem alienã.§.fi.ſ.de pig.act.no.Alex.in conſi.xxvij.viſo
libello.col.ij.lib.j.& in conſi.lxxviij.in cauſa & lite.in fi.
co lib.j.& in conſi.cxxvij.viſo inſtrumento.col.ij.lib.v.
¶ Et ſimiliter in caſu l.fi.C.ſi maior fac.alien.rat.habue.
11 †vbi alienatio rei minoris facta ſine decreto quę non va-
let,confirmatur ſuperueniente maiore ætate;prout ibi di
ſtinguitur.de cuius intellectu no.Alex.in conſi.cxvij.viſo
proceſſu.li.v.Bal.in cõſ.xlv.incip.quandoq; contractus.&
conſ.clxxxiiij.ad intelligentiã.li.ij.& Cor.Peru.in conſi.
xxxvj.in hac conſultatione.lib.ij.& in conſi.ccvij.videtur
prima facie.lib.iij. Et quãdo actus à principio nullus ex
conſenſu vel ratificatione ſuperuenienti cõfirmetur.Ro.
tradit in cõſ.liiij.viſis circa id de quo quęritur & And.Sic.
plenè in conſi.lxx.lib.iij.Et ad prædicta facit tex.in l.j.in
fi.C.ſi quac.præd.pote.l.ſi quis in ſenatorio.ſ.de rit.nupt.
12 & quod no.Bart.in l.filio præterito.col.fi.ſ.de iniuſt.rup.
teſt.†vbi ponit quæſtionẽ de vſurario qui fecit teſtamen
tum non præſtita cautione.iuxta c.quanquã.de vſu.in vj.
a Nam eius teſtamentũ reconualeſcit demũ præſtita [a]cau-
tione,ſecundũ Bar.in d.l.filio pręterito.cũ ſi.vt Alex.ſcri-
bit in l.poſth.col.antep.C.de contratab.& eſt communis
opi.vt Fel.dicit in c.cum dilectus,de accu.col.ij. Et circa
prædicta conſiderandũ eſt, ꝙ regula videtur generaliter
procedere prout loquit,quia tractu tẽporis nõ firmatur:
ſed aliud vltra tẽpus requirit:& talis confirmatio facit ꝙ
actus valeat,prout nunc & prout tũc,vt not.Abb.per illũ
text.in d.c.iij.de his quæ fiunt à prælat.& bene facit text.
in l.

xii.col. Alex.in conſi.viii.incip. abunde.ii. col. H.C.

a Præſtita.Angel.diſp. incip. Aſtenſis miles. & diſp. vſurarius.Anchar.in rubr. col. ii. de regul.iur.in vi. conſ.clxi.col. ii. Alb.i.parte ſtatut. quæſti. cli. Bal.Pau.l.vniuerſa. col.i. C. de prec. imper. of. Pau.l.filiuſ. fam.ſ. de teſt. Phi.Fran.in rubr. de teſt.col. xxi.li.vi. C.M.

in l.obſeruare.in fi.ſuprà.de oſſ.procon. Et ideo ſi matri-
monium fuit nullum,[a] filij non legitimãtur per diſpen- A
ſationẽ poſtea factã:quia diſpenſatio videtur cõualidare
matrimoniũ,vt tũc,vt no.Bar.in l.Paulus.ſ.de ſta.homi.
¶†Et quod dictũ eſt,limitatur, niſi actus cõfirmetur per ii
ratificationẽ,quia trahitur retro:& perinde habetur ac ſi
ab initio cõſenſiſſet.l.fi.C.ad Maced.vbi Bar.cũ ſi.vt tra-
dit.Alex.in conſ.cxvij.viſo proceſſu.col.ij li.v. Et hoc in-
telligitur quãdo actus qui ratificatur fuit aliquo reſpectu
validus:ſecus ſi omnino fuit nullus: quia tunc ratificatio
retro non trahitur:vt no.Bar.in d.l.obſeruare.ſupr.de oſſ.
proconſ.Alex.in conſi.lxxviij.viſo & diligenter pondera
to.col.vj.ver.quarto reſpondeo.lib.v.Et Aretin.in conſil.
cxxvij.eximie domine.col.ij.& de iſta ratificatione vide-
bimus in regula,ſemper qui non prohibet.j.eod.

a Nullum. An ſi dolus det cauſam, matrimoniũ ſit nullum, vide Iaſ. in §.actionum. inſt.de act.col. vii. in fi. H.C.

## In l. Nuptias. Argumenta.

1 Matrimonium conſenſu contrahitur, non concubitu.
2 Matrimonium per verba de præſenti contractum, ſecundo per eadem verba etiam copula ſecuta, eſt præferendum.
3 Matrimonium præſumitur ex conſuetudine cum muliere habita.
4 Matrimonium præſumitur in fauorem filiorum, vt ſcilicet legitimi credãtur.
5 Conſenſus matrimonium perficit, non carnalis copula.
6 Legatum alicui factum ſi nuptias contrahat, quando deberi incipiat.
7 Vxor nondum cognita, non prohibetur religionem ingredi.
8 Filiusfamilias an poſsit citra patris aſſenſum vxorem ducere.
9 Statuto induci nequit, vt filius ſine patris conſenſu matrimonium contrahere non valeat.
10 Pater ad tempus filio ſub pœna matrimonium prohibere poteſt.
Filius matrimonium ſine patris conſenſu contrahens, an poſsit exhæredari.
11 Filia matrimonium ſine patris conſenſu contrahens, poteſt dotem petere.
12 Statutum pœnam imponens filiis vxorem ducentibus ſine patris aſſenſu, ſpernendum.
13 Pœna exhæredationis à iure ciuili impoſita contrahentibus matrimonium, canonibus reprobatur.
14 Filia ſine conſenſu patris matrimoniũ contrahens, quando poſsit exhæredari.
15 Exhæredatio à pari procedit cum priuatione alimentorum.

### REGVLA XXX.

NVPTIAS *non concubitus, ſed conſenſus facit.*

¶NOTA quòd†conſenſus facit matrimonium, & non concubitus. ad idem tex.in §.nuptias itaque,auth.de nup.col.iiij,& in §.illud.in authen.quib.mod.nat effic.leg.& in l.fi.in prin.C.de repud.nam ſolo conſenſu matrimonium contrahitur.c.cum locum.de deſpon.in c.ſufficiat. & c.matrimonium.xxvij.q.ij. ſic etiam nudo cõſenſu ſponſalia contrahuntur.l.ij.ff.de ſponſal.in c.tuæ.de ſponſal.

I:



2 ¶†Et matrimonium per verba de præſenti contractum præfertur ſecundo matrimonio poſtea cõtracto etiam ſequuta copula.c.fi.de ſponſa.duorum.Et ex iſto text.duæ concluſiones colliguntur.

¶Prima eſt,quòd concubitus non facit matrimonium.Et idem dicitur in c.matrimonium.ſ.allega.xxvij.q.ij & hoc videtur intelligẽdum ex
3 vno coitu.†Secus videtur ſi quis haberet conſuetudinem cum muliere: quia ex tali conſuetudine matrimonium præſumitur.l.in liberæ.ff.de ritu nuptiarum.

¶Et hoc procedit de iure ciuili:ſecus eſt de iure canonico: quia fornicatio præſumitur:vt no.per gl.in c.illud.in verb.vxorem.de præſumpt. & ibi Abb. in fin.Et hoc verũ intelligitur reſpectu ipſorum cohabitantium, †ſed reſpectu filiorum[a] vt legiti-
4 mi ſunt, matrimonium præſumitur: vt not. Abb.in c.la-
A tor.qui fil.ſint leg.cum ſimil.vt dixi in c. eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtit.col.xvj.verſi.in ſeptimo caſu.

a Filiorũ. Pulchrè Dec. cõſi. cluj.cũ duobus ſequen. C.M.

¶Secundo limitatur iſta concluſio, niſi præcedant ſponſalia de futuro:quia tunc copula quæ ſequitur, matrimonium inducit, c.veniens.el ij.de ſponſa.c.is qui.& no.in c.fi.eo.tit.

5 ¶†Secunda concluſio eſt,quòd conſenſus facit matrimonium.glo. hic intelligitur,quòd conſenſus perficiat matrimonium:ſed reſoluitur negatiuè, ꝙ ſine conſenſu non poſsit eſſe matrimonium. & iſta concluſio gl. negatiua indubitata eſt,adeò quòd etiam ſi quis expreſſe cõſentiret per verba de præſenti:ſi tamen animo non conſentiret, nõ eſſet matrimonium,ſaltem in foro conſcientiæ:vt eſt text.in c.tua nos. de ſponſa. de quo latè Marian.ſcribit in conſi.xxviij.

¶Sed dubitatio eſt in cõcluſione affirmatiua.Et affirmatiua etiam non videtur probari concludenter per iſtum text.quia dum dicitur, ꝙ concubitus non facit matrimonium,ſed conſenſus:poteſt intelligi, ꝙ concubitus ſolus non facit matrimonium,ſed conſenſus requiritur.Et per hoc inferri non poteſt, ꝙ ſolus conſenſus faciat matrimoniũ. & iſtum ſenſum fortè habuit gl.dum inquit,quòd conſenſus perficiat matrimonium.Et licet iſte text.cauillari poſſit:tamen contra gl. ſunt plura iura in quibus dicitur expreſsè, ꝙ ſolus conſenſus facit matrimonium.in c cum locum.de ſponſa.& in c.ſufficiat.& in c.matrimonium.xxvij. q. ij. cum ſi.ſ.alleg.Et per ſolum conſenſum quo ad eſſentiam eius, dicitur matrimonium:vt no.per gl.fi.in c.ex publico.de conuer. coniu. Et tale matrimonium impedit ſecundum matrimonium poſtea contractum,
6 etiam copula ſequuta c.fi. extra de ſponſ.duorũ. Et ideo † legatum factum alicui,ſi nuptias contrahit,ſtatim cõtracto matrimonio ſolo conſenſu conditio impleta videtur abſq; copula carnali: quia nuptiàs non concubitus,ſed conſenſus facit l.cui fuerit.ſ.de cond.& demon. Et quia talia ſponſalia de præſenti non poſſunt diſſolui à partibus.c ſi inter. de

L ſponſa

a Cõſummato. Sed ꝙ contractũ licet nõ conſummatũ Papa nequeat diſſoluere, nec in eo diſpenſare, ſentit Panor. (& bene) in d.c. ex publico. in fi. & expreſſe firmat Io. Lup. in tract. de matr. & leg. col. viij. ſentit Iac. Almain in iiij. ſen. diſt. xxx. q. ij. fortius Eraſ. j. Corin. vij. in Annot. reprobat vulgatã illam canoniſtarũ differentiam de matrimonio conſummato vel non conſummato. ſentiens quod etiã ante congreſſum eſt legitimũ & perfectũ matrimonium, & indiſſolubile ab homine, etiam per profeſſionẽ monaſticã. Dixi etiã apud Dec. in c. quæ in eccleſiarum. nu. 13. de conſti. vbi videas. vbi etiam dixi iuſtam eſſe cauſam diſſoluendi re integrã, ſi contractũ ſit ſine autoritate parentum vel tutorum, qui etiam conſummationem impedire poſſunt. C.M.

b Intrare. vide tex. & ibi doct. in c. cõmiſſum. de ſpõſ. & Abb. in d.c. ex publico. vbi ponit an ad eſſentiã matrimonij requiratur copula. & ponit qõnẽ, ſi ſtatutum ſit ꝙ maritus lucretur dotem muliere decedẽte ſine liberis, an ſi decedat ante copulã, ſi lucrabitur dotẽ. Et adde, ꝙ ſi vxor, vel ſponſa ſit cognita per vim à ſponſo: nihilominus poteſt contra voluntatem ſponſi religionem intrare. ita Ang. in l. j. §. monet. ff. depoſiti. quẽ ſequitur Hipp. de Marſi. in l. j. §. præterea. in iij. col. ſ. de quæſtio. H.C.

ſponſa. Et iſto reſpectu quia contrahitur vinculum indiſſolubile, dicitur matrimonium contrahi ſolo conſenſu abſolutè: tamen non videtur perfectum matrimonium ſolo cõſenſu: vt probatur in c. debitum. de biga. in prin. vbi dicitur, quòd duo ſunt in coniugio, conſenſus animorum, & commixtio corporum: ergo non videtur quòd alterum facit perfectum matrimonium. Et ideo abſq; corporum commixtione non contrahitur bigamia. d. c. debitum. & facit text. in c. ex publico. de cõuer. coniug. vbi text. interpretatur legem diuinam, quòd non licet viro vxorem dimittere, vt intelligatur de matrimonio copula carnali cõſummato.[a] † Et ideo non prohibetur vxor nõdum cognita intrare[b] religionem. c. verum. c. ex pu- A
blico. de conuerſa. coniug. & facit text. in c. quod autem. 7
xxij. quæſt. ij. apparet illos coniuges nõ fuiſſe. ergo patet B
quòd copula ad perfectionẽ matrimonij requiritur. Et dici text. eadem cauſa & quæſtio. in c. ſi quis deſponſata. quòd ritè coniugium vocatur, quando mulier eſt tradita viro, ita quòd ea vtatur. Et hoc modo ſaluant gl. hic quæ dicit, quòd conſenſus non perficiat matrimonium. ¶ Et cum ſolo conſenſu inducatur matrimoniũ, vt ſ. dictum eſt, infertur ad quæſtionẽ de qua ſuperioribus diebus quærebatur, † vtrũ filius famil. abſq; patris conſenſu 8
matrimonium contrahere poſsit. Et ſi hoc facit, an propter hoc exhæredari poſsit. Circa primũ breuiter conſiderandum eſt, ꝙ licet de iure ciuili conſenſus patris neceſſarius ſit inſtit. de nupt. in prin. l. Paulus. ſ. de ſta. ho. l. ſi vt proponis. la ij. C. de nupt. Et maximè ſi filius duceret vxorem turpem & indignã: quo caſu etiam propter hoc exhæredari poteſt. l. iij. §. ſi emãcipatus. el j. ſ. de cõtratab. l. libertus. vbi Bar. C. de nup. Secus tamẽ eſt de iure canon. ꝙ in iſto caſu attenditur vbi agitur de matri. c. fi. de ſec. nup. & in ij. q. iij. §. hunc igitur. ibi, leges ſeculi præcip



præcipuæ in matrimoniis ſacros canones ſequi nõ dedignantur. & do. Fed. in conſi. xxxvj. caſus talis eſt. Ange. in conſi. xxix. ex themate. in j. dub. & in conſi. cxcij. ſuper primo quæſito. in v. dub. Anto. de But. in conſi. xxxv. viſa forma. in prin. Abb. in c. j. col. ij. de ſponſa. & in c. j. col. j. de deſponſa. impub. & in conſil. lxv. ad deciſionem. col. j. lib. ij. Et ideo in terminis in caſu noſtro infertur, ꝙ iura ſ. alleg. de iure cano. correcta ſint: quia ſecundùm canones filiusfamiliàs abſque conſenſu patris matrimonium contrahere poteſt: vt no. per glo. in c. fi. xxij. q. ij. quæ expreſsè hoc dicit. idem gl. pen. in c. j. de deſpon. impu. vbi Abb. & idem cõcludit gl. in l. Paulus. de ſtatu ho. De honeſtate bene requiritur conſenſus patris: vt no. per gl. in c. cùm virũ. de regul. in verbo, paterna. & in c. ſufficiat. in verbo, ſolus. xxvij. q. j. ſed, vt dixi, nõ eſt neceſſarius conſenſus patris, nec impedit validitatem matrimonij. Et ſecundùm iſtam concluſionem conſuluit Abb. in c. lxv. in prin. in ij. lib. ſ. allega. & idem Abb. in conſi. xij. vt clarè materia. in j. dub. lib. j. & idem Pet. de Anch. in conſi. xxj. pro ſolutione dubiorũ. in ij. dubio. Et Ang. in conſi. xxix. ex themate. in prin. ſ. alleg. Et ad cõfirmationem huius
9 concluſionis facit: † quia non valet[a] ſtatutum, quod filius
A non poſsit contrahere matrimonium ſine conſenſu patris: vt concludit Ioã. And. in c. ſtatutũ. el j. in ver. & facit decretalis ad quæſt. in fi. de here. in vj. dicens, ꝙ correctæ ſunt leges quæ requirunt conſenſum patris & matris filiorum: vnde à fortiori non debet valere ſtatutum. & ſequitur Dñi. ibi, & alij. Abb. in c. eccleſia S. Marię. col. viij. in verſi. ad prædicta adde. de conſtit. & in c. j. de ſponſa. & in conſi. xij. lib. j. ſ. alleg cum ſi. vt tradit Alex. in conſi. j. col. vij. lib. iij. & in rub. ſ. ſolu. matri. col. fi. & in l. Seius, & Augerius. col. j. ſ. ad leg. Falcid. vbi refert ſe ita conſuluiſſe: & ita conſuluit in conſi. xcvij. principalis dubitatio. lib. j. Et licet ſtatutum videatur eſſe rationabile: vt no. Bald. in rub. de conſtit. col. fi. & in c. clerici. col. j. de iudiciis. in c. tenor. in fi. de re iudica. & in l. omnem matri ſuæ. C. ad Tertullian. in l. j. §. ius naturale. ſ. de iuſtit. & iure. Andr. Sicu. in conſi. vlt. in iij. lib. Tamen non ſufficit rationem ſubeſſe ex quo deficit poteſtas: quia in quolibet actu voluntas, & poteſtas requiritur. c. cùm ſuper. de offic. deleg. l. cùm in te. vbi Bal. C. de dona. ante nupt. & in l. nolle. vbi Bal. ſ. de acqui. hære. cum ſimi. & commu-

a Non valet. Imò, vt dixi ſ. eod. l. ij. nu. 40. C.M.

nem opinionem [a] ipſe Bald. ſequitur in l. nemini. C. de A
iud. in c pen. in fi. de conſti. cum ſi. vt nouiſsimè late ſcri-
bit Fran. de Cur. in cōſi. xxvij. magnificus vir. in j. dubio.
Et ita ex omnibus ſupradictis cōcludendum eſt, indubi-
tanter valere matrimonium quod abſque conſenſu pa-
tris cōtractum fuit. † Illud tamen no. quòd pater poteſt 10
ad tempus ſub pœna filio matrimoniū prohibere. l. ſed
ſi hoc ſpecialiter. §. fi. de condi. & demonſtra. vbi Bart. &
Imo. & Aret. in conſi. lxvij. diligenter & maturè. col. ij.
¶ Venio ad ſecundum: an filius exhæredari poſsit ex eo
ꝙ ſine conſenſu patris matrimonium contraxit. Et pri-
ma facie videbatur dicendum quòd ſic: quia ita decidit
Pau. de Caſt. in l. ſi filium. C. de inof. teſta. vbi per illum
text. dicit, quòd filia quæ nubit ſine conſenſu patris, ex-
hæredari poteſt. Ita à contrario ſenſu ibi colligitur. Et
idem dicit Pau. de Caſt. ibi, etiam in filio: argu. l. iij. §. ſi
emancipatus. el j. ff. de contratab. quia licet valeat matri-
monium cōtractum ſine conſenſu patris, prout canones
dicunt: vt ſ. proximè dictū eſt, ius canonicum ſolùm di-
ſponit de fœdere matrimonij, & non de iniuria quæ pa-
tri illata videtur. Et ad hoc quod not. Bar. in l. adiicimus.
C. de murileg. lib. xj. in fi. vbi inquit, ꝙ licet ſtatutū non
poſsit prohibere matrimonium, quia eſt res ſpiritualis,
& de iuriſditione eccleſiæ: tamen valet ſtatutum quo ad
hoc vt contrafacientes puniatur. Et ita videt eſſe in caſu
noſtro: quia honeſtas maximè ſuadet ꝙ conſenſu patris
matrimonium contrahatur: vt not. per glo. in c. cùm vi-
rum. de reg. cum ſimil. ſ. alleg. Et facit quod not. Bald. in
rub.

a Communem opinionem. Hanc etiam dicit cōmunem Felin. in d. c. eccleſia ſan-
ctæ Mariæ. col. xix. verſi. ſed cōtra. & in c. j. de ſpon. vj. & vij. col. vbi Alexan. dicit
eam magis communem, & idem dicit Fran. Cur. in conſi. hic allega. de quo etiam
per Moder. Hiſp. in repet. c. per veſtras. de donatio. inter virum, & vxorem. fo. 75.
verſi. ſunt tamen qui has. col. iij. vbi refert quaſi omnes tenentes hanc opinio. de
quo etiam vi-
de Iaſ. in l. j ff.
fin. ff. de iuſti.
& iure. & ſic
patet hanc eſſe
magis cōmu-
nē, a qua nō eſt
recedēdum, vt
per gloſ. in l. o-
mnis diffinitio.
infra, eodē. &
Bald. in l. preci
bus. C. de im-
pube. & aliis.
dicentes adhæ
reas Carrocio.
& Abb. ca. ii.
de cogo. ſpiri-
tua. & in c. tua
nos. de vſuris.
vnde patet cla
rè an valeāt le-
ges regni Ca-
ſtellæ diſponē
tes, quod ſi fi-
lia contraxerit
matrimoniū ſi
ne patris, & ma
tris conſenſu,
quòd nihil ex
bonis parentū
poſsit habere.
de quibus, &
aliis ſimile di-
ſponētibus, vi-
de Moder. Hi-
ſpa. vbi ſuprà,
fo 74. & fo. 75. vbi multa adducit ad earum corroborationem, dicendo eas iuſtiſ-
ſimas & rationabiles, quod admitto, tamen quòd dictæ leges non tollant liberta-
tem contrahendi matrimonium. & quòd cauſa matrimonij non ſpectet ad eccle-
ſiam, hoc non eſt admittendum, per ea quæ omnes doctores ſ. allegati dicunt. de
quo adde eundem do. Philip. in dicto capit. eccleſia ſanctæ Mariæ. col. xvj. idem
etiam eſt dicendum de prius in dictis legibus depoſitis: vt ſubtiliter more ſuo cō
cludit dominus Philip. infra. in verſi. venio ad ſecundum. & Franc. Curt. in dicto
conſi. xxvij. Hieronymus Chuchalon.



rub. extrà de conſue. col. pen. dicens ꝙ cōſuetudo poteſt pœnam impo-
nere rei licitæ, puta matrimonio, ſi ex eo ſequatur illicitum. Et idem
tradit Bal. in l omnes. C. ad Tertul. vbi tenet valere ſtatutum quod pœ-
nam imponit filiis contrahentibus matrimonium ſine cōſenſu patris:
quia non vetat ſubſtantiam matrimonij, ſed punit malos mores.
¶ Sed prædictis, & ſimilibus quæ adduci poſſunt non obſtantibus, con-
trarium de iure videtur, quòd propter tale matrimonium filius nullo
modo exhæredari poſsit: quia cùm matrimonium permiſſum ſit de iu-
re canonico, vt ſ. concluſum fuit: quod ſit lege permittente, pœnam non
meretur. l. Gracchus. C. de adult. xxiiij. q. iiij. in c. qui peccat. & in termi-
nis Abb. conſuluit in conſi. xij. vt latè materia. colū. ij. verſi. ſed dubium
imminet. lib. j. vbi dicit iſtam non eſſe iuſtam cauſam exhæredationis:
quia cùm de iure canonico matrimonium debeat eſſe liberum, nō de-
bet per iſtam pœnam exhæredationis reſtringi. & inducit deciſionem
Ioan. And in d. c. ſtatuto. de hære. in vj. & idem Abb. in c. j. de ſponſ. col.
ij. ſicut enim pœna conuentionalis in matrimonio reprobatur, ne liber-
tas matrimonij impediatur. l. Titia. in princip. ſ. de verbo. obli. Et cùm
à iure canonico permittatur matrimoniū abſque conſenſu patris, quia
vult matrimonium gaudere omnimoda libertate. c. cùm locum. c. gem-
ma. de ſponſa. & eadem ratione pœna exhæredationis remota videtur:
quia ceſſante prohibitione matrimonij, ceſſat effectus, & tollitur pœna
quæ in caſu prohibitionis erat ſtatuta: vt dicit text. in ca. non debet. de
conſang. & affini. Et vbi non eſt delictum, pœna ceſſare debet. l. ſanci-
mus. C. de pœnis.
11 ¶ † Et ideo filia [a] quæ contraxit matrimoniū abſq; con-
A ſenſu patris prout canones permittunt, non prohibetur
dotem petere. vt no. per gloſſ. in c. fi. xxxij. q. ij. in gloſſ. j.
ver. ſed nunquid. & xxxvj. q. j. in c. de raptoribus. in glo. in
verbo, excuſata. & pari ratione videtur ꝙ filius nullo modo exhæreda-
ri poſsit: vt ſ. dictū eſt ſecundùm Abb. in conſil. xij lib. j ſ. allega. Et hoc
idem in terminis tradit Petr. de Anchara. in conſi. xxj. pro ſolutione du-
biorum in ſecundo dubio, dum inquit, quòd pœna quam canones con-
cedunt filiis & filiabus liberam facultatem cōtrahendi matrimonium
abſq; conſenſu patris, non videtur quòd talis facultas metu pœnæ per
leges coarctari poſsit. Et propter hoc concludit, quòd filij tali caſu non
debet priuari hæreditate patris naturali iure illis debita: vt latius ipſe.
ibi proſequitur. Et deciſionem Pet. de Ancha. latè comprobat Alexand.
qui in ſimili caſu conſuluit in conſilio xcvij. principalis dubitatio. lib. j.
12 vbi concludit, † non valere ſtatutum quod imponit pœnam filiis con-
trahentibus matrimonium ſine conſenſu patris: quia à tali ſtatuto au-
fertur libera facultas contrahendi matrimonium. l. cùm tale. §. reſcri-
ptum eſt. ſ. conditionibus & demonſtratio. vnde ſicut non valet ſta-

a Filia. Dixi ad Alex. conſi. ccix. libro vj. Car. Molin.

 tutum

tutum.quod tali caſu prohiberet matrimonium:pariter non debet valere ſtatutum quod pœnam imponit contrahentibus matrimonium: quia vbi nõ poteſt aliquid directo & principaliter prohiberi,nõ poteſt etiam conditionaliter,& per indirectũ prohiberi:vt not.Bar.per illum tex.in l.Seius & Augerius.ſ.ad leg.Falcid.& per illum text.dicit Bal.in l.j.C.de indic.vidui.tol.quòd ſi non valet ſtatutum prohibitorium,ergo nec pœnale:quia pœna legis nunquam poteſt incipere à permiſsis. arg.l.ab adminiſtratione.C.de legib. Et not.etiam Bal.in l.omnes populi.col.vj.verſic.ſed nunquid ſtatutum inualidum.ſ.de iuſti.& iur.dicens,quòd qui non poteſt diſponere ſimpliciter,non poteſt diſponere pœnaliter. Et quòd in adiectione pœnæ maior poteſtas requiritur, quàm in diſpoſitione principali. Et in propoſito bene facit gloſ.not.in c.de tutelis.xxxvj.q.ij.in glo.fi.quæ voluit quòd ſicut non valet prohibitio legis ciuilis quæ prohibet mulierem raptam matrimonium contrahere cum raptoribus.c.pen.de rapt.ita pariter non valet diſpoſitio iuris ciuilis quæ pœnam imponit mulieri contrahenti matrimonium cum raptore:quia cum prohibitio ceſſat,etiam pœna ceſſare debet:vt glo.ibi dicit.Et iſta ratio pariter in caſu noſtro concludit.

¶†Vnde concludendum eſt,quòd pœna exhæredationis impoſita à iure ciuili non habeat locum. 13

¶Non obſtant allegata ſupra in contrarium:quia reſponſio ex ſupradictis colligitur. Nam dictum Pau.de Caſt.in d.l.ſi filia.non eſt verum,& contrarium tenent Pet.de Ancha.& Abb.in conſi.ſ.alleg.Et rationes contra Pau.ſunt efficaces,vt patet ex prædictis.

¶Non obſt.tex.in l.iij.§.ſi emancipatus.de cõtratab.quia vt dicit Bar. ibi,ille tex.hodie non habet locum.& not.Imo.in c.accedẽs.col.fi.ver. & per prædicta.de procurat.Alexan.in l.j.col.x.ſ.ſolu.matri.

¶†Et quamuis plerique dicant,quòd filia etiam hodie poſsit exhæredari duobus[a] cõcurrentibus:videlicet quòd ſine conſenſu patris contrahat matrimonium,& cum turpi perſona.vt glo.ſentit in c.de raptoribus.xxxvj.q.j.ver.excuſata.in fi. & vt not.Bald.in l.nec filium.C.de nup.& in l.ſi pater.C.de ſponſ.Anto.de But.in d.c.accedens.de procur.Et Pet.de Ancha.in conſil.xxj.ſ.alleg.col ij hoc haberet locum ſecundum iura antiqua.& ita Docto.loquuntur in locis præalleg.qui allegant tex.in d.l.iij.§.ſi mancipatus.ſed hodie ille §.eſt correctus vt ſ.dictum eſt.Et quia ſecundum iura canonica quæ attenduntur hoc non videtur verum:quia matrimonium à iure ciuili prohiberi non põteſt,nec pœna imponi poteſt,per ea quæ ſupradicta ſunt. quæ omnia habent locum etiam ſi cũ turpi perſona contractum ſit matrimonium:quia eſt defectus poteſtatis, vt ſ. 14 A

a Duobus. Hanc ſequebatur Soci.in tracta.fallẽ.in re.cclxxxj.de quo vide Iaſ.in authẽ.ſed ſi poſt.C. de inoffic.teſt.vbi refert omnes tenentes hanc opi.finaliter tamen tenet cũ do.Philip.hic.Hiero. Chuc.



concurrenti bus his duobus vt ſ.dictum eſt.Et iſta etiam ratio militat cum iura ciuilia in tali materia non habeant poteſtatem.

quia non ¶Non obſt.dictum Bart.in d.l.adiicimus.de murileg.lib.xj. adiiciceſt verum per ſupradicta.& contra Bar.tenet Ioan.de Pla.in d.l. mus.vbi allegat Ioan.And.in d.c.ſtatutum.de hæretic.in vj.cuius opi. communiter tenetur,vt Alex.concludit in d.conſil.xcvij.lib.j.vbi alios plenè refert in iij.col.& latius ſcribit Franciſc.de Curte in conſi.xxvij. in j.dubio.ſ.alleg.Et hoc modo etiam reſpõdetur ad alia ſuprà.alleg. in contrarium.

¶Et ſic ex omnibus ſupradictis concluſio eſt,quòd filius qui accepit vxorem ſine conſenſu patris,propter hoc nõ poteſt exhæredari.Et pari ratione non poteſt priuari alimentis:quia rationes ſuperius alleg. etiam militant in alimentis:†& quia à pari[a] procedunt, exhæredatio & priuatio alimentorum,vt not.Bart.in l.ſi quis ex liberis.§.ſi quis ex his.ver.idem iudex.in ver.detuleras.ſ.de liberis agnoſcen.Et idem Barto.in l.diuus.ſ. de parricid.in l.fi.C.de alen.lib.in princ.& per glo.in §. ſiue igitur.in verbo,habere.in authen.vt cum de appel. cog.& idem Bar.in tract.de alim.col.ij.ver.quæro an ex cauſis.& Abb. in c.cum haberet.col.fi.de eo qui duxit in mat.quam polluit per adult. Et his expedita ſit iſta l. 15 A

a Pari. Idem Alexan. conſil. cciij. lib.ij. vbi dixi.Ca. Mol.

## In l. Verum eſt. Argumenta.

1 Factum non poteſt non eſſe factum.
2 Virginitas amiſſa ſemel,nunquam recuperari poteſt.
3 Facta per fictionem,infecta iudicari poſſunt.
4 Mortuus poteſt quandoque fingi viuus.

### REGVLA XXXI.

VERVM *eſt neque pacta,neque ſtipulationes factum poſſe tollere.quod enim impoßibile eſt,neque pacto, neque ſtipulatione poteſt comprehendi, vt vtilem actionem,aut factum efficere poßit.*

¶NOTA† quòd impoſsibile eſt factum nõ eſſe factum.ad idẽ tex. in l.in bello.§.facto.in princ.ſ.de capt.in l.ſi ita quis.ſ.de euict.& in l. j.§.ſi vir.ſ.de acqui.poſ.& in auth.de æqual.dot.§.j.ver.quæ igitur.vbi dicitur:quod enim factum eſt,infectum manere impoſsibile eſt:adeo quòd nec Deus ipſe facere poteſt,quòd illud quod ſit factũ,non ſit factum,vt not.Bart.in l.non dubium.col.iiij.C.de legi.vbi alleg.text.noſtrum hic.& idem not.Bal.in l.fin.ver.his autem factis.C.de leg.& in l. ex his.in fin.C.de teſta.mil.latè tradit Soci.inferendo ad pulchrã quæſtionem in conſi.cij.in præſenti conſultatione.Et facit quòd not Bal.in l.eam quam.col.x.ver.circa quintum.C.de fideicom.Et ideo dicit tex. in l.

in l.j.in princi.C.de rap.virg.†quòd mulier corrupta & 2
violata reſtitui non poteſt.Et glo.ibi in ver.non poteſt.
dicit quòd etiam Deus facere non poteſt quòd illa quæ
fuit corrupta non ſit corrupta: licet enim omnia Deus
poſsit,ſuſcitare tamen virginem non poteſt poſt ruinam:
vt dicitur in c.ſi Paulus.xxxij.quæſtio.v.

¶†Et iſtud verũ eſt veritate inſpecta:ſed per viã fictionis 3
facta pro infectis[a] haberi poſſunt,quantũ ad effectũ iu- A
ris:vt not.Bar.in l.non dubiũ.col.iiij.& eſt glo.notabilis
in clem.j.de immuni.eccle.in ver.pro infectis.cũ ſimi.vt
dixi in c.fi.col.fi.in fi.de conſti.Et ad idẽ tex.in l.non du-
biũ.C.de legi.vbi pacta cõtra leges pro infectis habẽtur.

a Infectis. Scilicet illis quæ ſunt iuris poſitiui, vt dixi ſuper cle. vnica de immunit.eccleſia.ad marginem glo.

¶Nec obſtat,quòd eſt impoſsibile quòd factum non ſit
factum:vt hic dicitur ibi,impoſsibile eſt.cũ ſimi.ſ̄.alleg.
non videtur quòd per fictionem contrarium induci poſ-
ſit: quia fictio non habet locum ſuper impoſsibili.l.qui
ad certum.vbi Bar.ſ̄.loca.l.certe.in princ.ſ̄.de precar.

¶Quia reſpondetur.vt declarat Bart.in l ſub conditio-
ne.ſ̄.de ſol.col.j.lex nõ poteſt fingere illud quod eſt im-
poſsibile in ſuo genere:vt,quòd filius ſit maior patre,vel
quòd furioſus conſentiat:ſed bene fictio habet locum in
eo quod eſt impoſsibile in aliquo caſu particulari. Et ſa-
tis eſt quòd poſsibile ſit in ſuo genere.

¶†Vnde fingitur quandoque,quod ille qui mortuus eſt, 4
viuat.l.fi.ſ̄.de vaca.muner.in princi.l.bello admiſsi.ſ̄.de
excu.tut.Et licet impoſsibile ſit quòd mortuus viuat,ſa-
tis eſt quòd poſsibile ſit in genere quòd homo ſimilis
viueret:vt latius declarat Bart.in l.ſi is qui pro empt.col.
xv.verſi.tertio principaliter quæro.ſ̄.de vſucap.Et Alex.
refert in d.l.j.§.ſi vir.de acquir.poſſeſ.

## In l. Quod attinet. Argumenta.

1 Seruus,tabellionatus officio fungi nequit.
2 Argentarij officium publicam cauſam habet.

REGVLA XXXII.

QVOD *attinet ad ius ciuile ſerui pro nullis habentur.non tamen & iure naturali: quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt.*

¶De iſta regula dictum fuit in l.in perſonam.ſ̄.eo-
dem.ſolum adde,quòd ſeruus†non poteſt eſſe tabellio.l. 1
generali.



A generali[a].C.de tabu.lib.x.obſtare tamen videtur,quia
ſeruus poteſt eſſe argentarius.l.prætor ait.§.ſed & ſi
2 ſeruus.ſ̄.de eden.†Et tamen officium argentarij publi-
cam habet cauſam:vt dicitur in l.argentarius in princ.ſ̄.
de eden.poteſt dici quòd tex.in d.l.generali.procedat ex
noua prouiſione illius legis: quia textus dicit,deinceps,
& ſic de cætero.vnde videtur præſupponere quòd ſecun-
dum iura Digeſtorum potuiſſet ſeruus eſſe tabellio.&
ad iſtam regulam,vide aliam regulam quæ habetur j.
eo.in l.in omnibus officiis.

a Gene. Vbi latiſsi. Ioã.de Plat.& qua pœna puniatur dominus qui permittit ſeruum ſumere tabellionis officiũ, ibi in princ.l.Hie Chuc.

## In l.In eo quod.Argumenta.

1 Damni & lucri alia & alia eſt ratio habenda.
2 Hæreditatis titulus,cenſetur lucratiuus.
3 Hæreditas tunc lucratiuã cauſam habet quando ſoluendo eſt.
4 Lucratiua cauſa dicitur à lucro originem trahens,licet damnum afferat.
5 Lucrum dotis factũ à marito,an dicatur ex cauſa lucratiua.
6 Lucrum vt verè dicatur cauſa immediata attenditur.
7 Donatio quare inter virum & vxorem prohibeatur.
8 Cauſa lucratiua,vel oneroſa,qualiter ab origine ſit iudicãda.

REGVLA XXXIII.

IN EO *quod vel is qui petit, vel is à quo petitur lucri potiturus eſt, durior cauſa eſt petitoris.*

¶De iſta regula videbimus j.eo.in reg.l in pari.vbi
melius cadit.

¶Sed quantũ ad cauſam lucratiuam,de qua loquitur iſte
1 tex.ſciendum eſt,quòd†ſæpenumero alia ratio damni,&
alia ratio lucri habetur in l.Proculus.in fi.ſ̄.de dã.infec.
l.ſi is cui.§.fin.ſ̄.de fur.l.fi.§.licentia.C.de iure deliber.l.
fi.C.de codicil.l qui autẽ.in princi.ſ̄.de his quæ in fraud.
cred.l.cũ hic ſtatus.§.ſi maritus.ſ̄.de donat.inter virum.

¶Et hoc intelligitur niſi lucrũ radicatum ſit:quia de tali
lucro idem quod de damno iudicatur:vt per glo.in l.j.§.
ſi quis propter.in ver.in integrum reſtitutione.ſ̄.de itin.
actúq; priua.& not.Bal.poſt Cy.in l.cũ te.C.de don.ante
nup.Bal.Ang.& Imo.in l.non amplius.§.j.ſ̄.de leg.j.cũ
ſimi.vt tradit ibi Alex.& in l.iij.ſ̄.de dam.infec.in princi.
in l.ij.§.fina.ſ̄.qui ſatiſd.cog.& in l.cum emptor.ſ̄.ad le-
gem Fal.& in conſi.lxxxix.viſo puncto.col.penul.lib.ij.

¶Et de lucro agitur,& cauſa lucratiua.dicitur quod
agitur de hæreditate & donatione cauſa mortis,vel in-
ter viuos,vel de relictis in vltima voluntate.l.j.§.lucra-

tiuas verò.C.de impo.lucr.deſcrip.lib.x.facit text.in l.ſi
hæreditatem.ſ.mand.

¶†Et quòd titulus hæreditatis dicatur lucratiuus,pro- 2
batur in l.inter ſtipulantem.§.ſi rem.de verbo.oblig.in
l.fi.§.pen.C.de codicil.in §.ſi verò expectet.vbi Ange.in
authen.de nup.& no.Alexan.in conſi.cij.ſuper eo de quo
quæritur.col.pen.lib.iij.

¶Et hoc habet locum non ſolum in hæreditate extra-
nei,ſed etiam in hæreditate aſcendentis.tex.cum gloſ.in
l.ſi emãcipata.C.de iuris & fac igno.Et ita hoc amplian-
do Alex.dicit in d.l.inter ſtipulantem.§.ſi rem.

¶Et de hæreditate intelligitur, † quando hæreditas eſt 3
ſoluendo,tunc habet cauſam lucratiuam : aliàs ſecus.vt
not Alexã.poſt Dy.& Ange.in d.l.inter ſtipulantem.§.ſi
rem.per l.ſi ſeruus legatus.§.item ſi domino.de leg.j.

¶Et hoc videtur verum quando à principio conſtat hæ-
reditatem non eſſe ſoluendo,prout loquitur text.in d.§.
item ſi domino.aliàs ſecus videtur: †quia quando cauſa 4
trahit originem [a] à lucro,licet quãdoque damnum affe- A
rat,lucratiua dicitur.gl.no.vbi Imo.in l.ſi duo.de acqui.
hæred.in glo.pen.

a Originem. Vide infrà.nume.8.

¶Similiter quòd acquiritur ex cauſa pœnæ, [b] acquiſi- B
tum dicitur ex cauſa lucratiua:vt not.Bart.in l.Mænius.
§.duobus.col.pe.de leg.ij idem Bal.in l nec damnoſam.
in ij.opp.C.de preci.imp.offe.facit text.in l.ſeruus ea le-
ge.in fi.ſ.de ſer.expo.& quod not.Bal.per illum tex.in l.
milites.in fi.C.de teſta.mil.

b Pœnæ. l. apud Celſum. §. autoris. iuncta gl.in verb. noxa.ſ.de dol. excep.Alexan. l.cum mulier. col. ij. in fin.ſ. ſol.matr.C.M.

¶Similiter acquiſitum in ludo [c] dicitur ex cauſa lucra- C
tiua acquiſitum:vt not.Bald.in d.l.j.circa fi.in verſi.extrà
quæro.C.ſi quid in fraud.patro.

c Ludo.And. Tiraqu. rep. l. ſi vnquam . in verb. donatione largitus.nume. 272. C. de reuocã.donat.

¶Et acquiſitum mòdico pretio , dicitur acquiſitum ex
cauſa quaſi lucratiua.glo.not.in l.apud Celſum. §.de au-
toris.in verſi.cauſa.ſ.de excep.doli.

¶†An autem lucrum dotis quod facit maritus ex for- 5
ma ſtatuti dicatur ex cauſa lucratiua?glo.not.in l.ſi do-
natarius.§.j.in verſi.duntaxat.ſ.de condic.ob cauſ.tenet
quod nõ [d].Sed ex cauſa operoſa acquiſitum dicitur,quia D
propter onera matrimonij acquiritur.& Bal.ibi & Do-
cto.alij communiter ſequuntur:vt Alex.ibi dicit.

d Quòd non. Dec.conſil.cccliij.nu.4.And. Tiraqu.repetitio. d.l. ſi vnquam.ver.donatione largitus. nume. 187. C.M.

¶Et idem Bal.in l.cum multa.C.de donat.ante.nup.col.
ij.in authẽ.præterea.col.pen.verſi.præterea non eſt ve-
rum.C.vnde vir & vxor.& in l.hac edictali.col.iij.C.de
ſecun.



ſecun. nupt. & idem Bal. in con.lxiiij.duo ſunt. lib.iij. in
fin. & eſt bonus tex. in l.j.§. lucratiuas . verſic. ſi verò.de
impo.lucra.deſcrip.lib.x.

¶Sed tamen aduertendũ eſt,quòd prædicta videtur pro-
cedere inſpecta cauſa remota. Sed cauſa proxima & im-
mediata huius lucri eſt vir ipſe & matrimonium: vt not.
Bal.in Auth. ex teſtamento.col.x.ver.xiij.in fi. C.de col-
lat. Et ꝑ dicto Bal. eſt tex.in l.cũ quis.ſ.de do.præleg.in
§.j.vbi dicitur,quòd matrimonij cauſa id lucratus eſt.&
per illũ tex. hoc trad. Bal.nouellus in trac.de dote,in vj.
parte.in xxxvij.priuilegio.col.iij . Et iſta cauſa proxima
attẽditur:vt no.Bal.in d.auth.ex teſtamento.in loco pręal-
leg.alleg.l.ſed & ſi plures.§. in arrogato.ſ.de vulgari.

6 ¶†Et iſta ratione,quia cauſa immediata attenditur, tale
lucrum dotis aduentitium dicitur:vt not.Bar.in l.ſi cum
dotem.§.transgrediamur.in fi.ſ.ſolu. matri.per tex.in l.
j.vbi Bal.in fi.C.de bon.quæ lib.idem Bal. in l.ſi donata-
rius.§.j.in prin.ff.de condi.ob cauſ.

A ¶Et certè cum tale lucrum marito [a] acquiratur,imme-
diatè abſque aliquo onere ex cauſa lucratiua acquiſitum
videtur:quia cauſa oneroſa dicitur,quando onus eſt cau-
ſa acquiſitionis:vt in emptione cõtingit.l. apud Celſum.
§.de autoris.verſi.ſi quis autem.ff. de excep.doli. Et ideo
in dote dicitur cauſa oneroſa.l. ex promiſsiõe.ſ. dẽ acti.
& oblig.quia dos datur pro oneribus.C.de iure dot.l.do-
tis fructus.ſ.de iure dot.l.dotem.ſ.de caſt.pecu.

a Marito. Dicendum vt ſcripſi in tract. de donatio. factis in cõtractu matrimonii. nu. 9. nu.18.C.M.

¶Non ſic videtur in tali lucro ſtatuti quod marito defer
tur : quia ipſe etiã abſq; tali lucro cogebat onera matri-
monij ſubire:& videmus quòd tale lucrũ acquiratur etiã
marito qui onera matrimonij non ſuſtinuit:vt not. Bar.
in l.nihil.ff.re.amor. Bal.in l. Deo nobis. per illũ tex.C.
de epiſc.& cler.in l.non ſine.C.de bonis quæ lib.cũ ſimi.

¶Et quòd tale lucrũ ex cauſa lucratiua dicatur procede-
re: expreſſe tenet Ang.in authen.de nup.§.adſcriptio. Et
7 ad hoc facit,†quia donatio eſt prohibita inter vir.& vxo-
rem,quãdo donãs pauperior efficitur , non autẽ ſi lucrũ
remittitur.l.ſed & ſi vir.§.quod legaturus.l.cum hic ſta-
tus.§.ſi maritus.el.ij.ver.ſimiles.ſ.de dona.inter virum.

¶Et ideo tale lucrum remitti poteſt vxori per maritum:
quia cauſam habet lucratiuã:vt no. cõcludit Andr.Sicul.
in cõſ.lix.illud in medio.col.ix.lib.ij. idẽ.dicit Alexã.in
l.ſi ſocer.§.Lucius.ſ.ſol.matr.& idem concludit Socinus
in conſi

in conſi.cxiiij.viſo teſtamento.col.ij.verſi.ad ſecundam rationem.

¶ Et ex deciſione iſtorum concludendum eſt, tale lucrum ſtatuti procedere ex cauſa lucratiua, attenta cauſa proxima quæ inſpicitur, vt dixi. Et alleg.ſ. in contrarium poſſunt habere locum conſiderando cauſam remotam quæ non attenditur.l.ſocium qui in eo.ſupra pro ſocio.

¶ † Non obſt. quod cauſa lucratiua vel oneroſa debet iudicari ab origine, 8
ſecundum glo.in d.l.ſi duo.ſ.de acqui.hære. Quia illud procedit quando cauſa de ſui origine & natura habeat cauſam lucratiuam. Nam licet accidentaliter damnũ occurrat, non attenditur prout eſt in hæreditate, de qua illa gl.loquitur: nõ ſic videtur in lucro ſtatuti quod de ſui natura cauſam habet lucratiuam per ſupradicta. Et ideo ſecũdum principalem eius naturam iudicari debet: arg.l.ſi quis nec cauſam.ſ.ſi cert.pet.

## In l. Semper in ſtipulationibus. Argumenta.

1 Acta à partibus attendi debent in contractibus.
2 Propoſitum nihil operatur, ſi in mente retineatur.
3 Verba non ſunt curanda, vbi mens diſponentis eſt aperta.
4 Animus hominis ex ipſius cognoſcitur loquela.
5 Actum id præſumitur, quòd tacitè ſubintelligitur.
6 Actum etiam eſſe dicitur, quod ex rei qualitate colligitur.
7 Conſuetudo attenditur, ſi quod actum eſt non intelligitur.
8 Contractus ſecundum loci conſuetudinem attenditur, ſi contrahentis mens ignoretur.
9 Doctor ſecundum conſuetudinem ſtudij præſumitur conduci.
Notarius præſumitur rogatus ad clauſulas conſuetas.
10 Conſuetudo quælibet, cuiuſlibet conſuetudinis regula eſſe debet.
11 Clauſula codicillaris præſumitur appoſita de voluntate teſtatoris.
Notarius in inſtrumento dotis hypothecam apponere poteſt.
12 Pœna quando contractui poſsit adiici.
13 Iuramentum quare poſsit in contractu apponi.
14 Contractus ſecundum quam conſuetudinem extendi poſsit.

### REGVLA XXIX.

SEMPER *in ſtipulationibus & in cæteris contractibus id ſequitur quod actum eſt. Unde ſi non appareat quid actũ eſt, conſequens erit vt id ſequamur quod in regione in qua id actũ eſt, frequentatur. Quid ergo ſi neque regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id quod minimũ eſt redigẽda ſumma eſt.*

a Dictum eſt. Quid in matrimon. vide text. & ibi not.in c. tua nos.de ſpõſa.

¶ NOTA † quòd in contractibus primo attenditur 1
quod actum eſt à partibus. ad idem tex.in l.ſed Celſus.§.
ſi fundus.de contrahen.empt vbi dicitur, quod in contractu
potius id quod actum eſt, quam id quod dictum eſt a ſe- A
qui debet. Et in contractibus veritas rei potius quam ſcriptura perſpici debet: vt dicitur in l.j.C.plus val.quod agi.

& in



& in l.iij.eod.titu.vbi dicitur, non quod ſcriptum eſt.ſed quod geſtum eſt inſpicitur. Iuſtum eſt enim volũtates contrahentium magis, quam verborum conceptionem inſpicere, vt dicitur in l.fi.in prin.C.quæ res pig.oblig.poſſ.ad idem tex.in l.in conuentionibus.ſ.de verb.ſign.in l. promittendo.in princ.ſ.de iur.dot.

¶ Et prædicta procedunt quando conſtat de voluntate, & apparet quod actum eſt, vt hic dicitur. Secus ſi non apparet: quia tunc plus valet ſcriptura, quàm quod actum eſt.l.ſi alij.in fine.ſ.de vſufruct.legat.qui tex. ita intelligitur, vt declarat Bart.poſt gloſſ.in l.in ambiguo.ſ.de rebus dubiis.

2 ¶ † Et ratio eſt, quia propoſitum in mente retentum nihil operatur.l.ſi repetendi.C.de condict.ob cauſ. Et non ſufficit teſtatorem ita voluiſſe niſi diſponat.l.quidam cùm filium.vbi Bal.& Imol.ſ.de hæred.inſtit.

3 ¶ Et eſt communis doctrina, quòd † receditur à verbis quando aliter conſtat de mente diſponentis: vt not.in l.non aliter.in prin.de legat.iij. & latè tradit Bart in l.non dubium.col.ij.verſi ſecundum dubium eſt. C.de legi.Bald.in l.iuriſgentium.§.pactorum.ſ.de pact.Ang.in conſi. ij.præmiſſo primo.col.ij.Aret.in conſi.lxvj.viſo puncto.col.j.in ſingu. Alexan.in conſi.cxvj.animaduerſis ſtatutis.col.ij.lib.ij. Sic ergo ſi non apparet quod actum eſt, non eſt recedendum à verbis: & actum videtur quod ex verbis colligitur: quia videtur quis habere voluntatẽ prout verba ſonant.l.Labeo.§.item Tubero.de ſupel.legat.& in l. nepos Proculo.de verb.ſign.& id loquitur quod ex his quæ ſignificantur ſenſit.& ideo à verbis contractus non eſt recedendum.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.de verb.oblig.l.fideiuſſores magiſtratuum.ſ.de fideiuſſ. quæ iura ad hoc alleg.Paul.de Caſtr.in conſi ccxxvij ſuper primo.& in conſi.clxj.in præſenti cauſa.ad idem tex in l.fi.C.communia vtriuſque iud.vbi tenor ſtipulationis inſpicitur. Et in ſtipulationibus verba ex quibus obligatio oritur, inſpicienda ſunt l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.in fin.ff de verb. oblig.

4 ¶ † Et ex loquela hominis eius animus iudicatur: vt not.Bal.in l.ſed & reprobari.in prin.ſ.de excu.tuto. Et verba contractus ſunt forma contractus quæ forma dat eſſe rei: vt not.Bal.in l.quoties.col.ij.C. de ſuis & legit.& nullum eſt magis noſtræ mentis teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum.vt not.Bald.dicit in c.j.de teſt.cum ſimil.vt tradit And.Sicul in conſi.lvj.lib.ij.in conſi.ix.col.pen.libr.iij.in conſil.xx. col.pen eod.lib.iij.& in conſi.xlij.col.iij.in eod.lib.

5 ¶ † Similiter actum videtur etiam illud quod tacitè intelligitur: vt no. Bar.hic per l.cum quid.ff.ſi cer.pet.vbi hoc probatur in his quæ ſunt de natura contractus. illud tamen non videtur propriè ex cõuentione contrahentiũ, ſed potius ex prouiſione legis: quia tex.ibi dicit, agi intelligitur.& pro cauto habetur.& declarat illum tex.Are.in l.iiij.§.Cato.col.

xiij.de

xiij.de verb.oblig.facit quod.not.Bar.in l.cùm ſtipulatus.de verb.obl.
vbi concludit quòd oblig. ad intereſſe quæ tacitè in obligatione facti
intelligitur,non dicitur ex diſpoſitione hominis, ſed legis.

¶†Item actum videtur illud quod ex qualitate rei colligitur, vt notat 5
Bart.hic poſt gloſ.not.ad idem glo.& ibi Bart.in l.j.§.qui ſuperficiem.
ff.de ſuperficie.in verbo , agendo. quæ dicit quòd ex qualitate prætij
colligitur an fuerit venditio vel locatio,vt not.Barto.in l.patronus.§.j.
col.ij.de leg.iij.Pet.de Anchar.in conſi.ccccij.pluribus rationibus.col.
ij.Alexand.in conſi.xxvj.conſideratis verbis.lib.iiij.& Aret.in conſil.vj.
viſo inſtrumento viſionis.colum.penul. Et quando in fine inſtrumenti
dicitur, Actum in tali loco.verbum illud,actum,rem perfectam ſigni-
ficat.Paul.de Caſt.in conſi.cciij.ad primum quæſitum.Bald.in l.quod
ſine.C.de teſtament.

¶†Secundo colligitur hic,quòd in contractibus ſi nõ apparet ꝙ actũ 7
ſit ſecundùm ſupradicta,recurritur ad conſuetudinem : videtur tamen
ꝙ in primis conſuetudo ipſius contrahentis inſpiciatur.l.vt vniuerſo-
rum.ſ.de pign.act.l.qui ſemiſſes.ſ.de vſur.& in l.hæredes palàm.§.ſi
quid poſt.in fine.ibi, ex conſuetudine patrisfamiliàs vel regionis.ſ.de
teſt.& in l.ſi ſeruus plurium.§.fi.de leg.j.ibi,ante omnia ipſius patrisfa
miliàs conſuetudo, deinde regionis.

¶Vnde conceſsio facta ab eccleſia,videtur facta ſecundùm conſuetu-
dinem eccleſiæ concedentis : vt not.Alex. in conſi.cxxiiij. conſideratis
his.col.ij.libro quinto.

¶†Et conſuetudo vltima attenditur.l.Mela.§.quid ergo.de alimen. 8
& cib.lega.& tradit Alex.in conſi.v.ſi vera ſunt.col.fi.lib.v.

¶Sed ceſſante conſuetudine contrahentis,ſecundùm con
ſuetudinem loci contractus interpretatur : vt hic dicitur:
ad idem tex.in l.ꝙ ſi nolit.§.qui aſsidua.ſ.de ædil.edict.
& in l.ſi fundus.ſ.de euict.in l.ſi prius.§.placuit.ſ.de aqua
pluuia arc.& in c.cæterùm.de dona.& not.Bart.in l.ſi in
princ.ſ.de his quæ in fraud.credit.& in l.ſi procurator.in
princ.ſ.de iure fiſci.

¶†Et ideo doctor conductus videtur conductus ſecun- 9
dùm conſuetudinem ſtudij : vt not.Bar in l.nemo eſt qui
neſciat.ſ.de duobus reis. Et magiſtratus etiam videntur
creati ſecundùm conſuetudinem : vt not Bart.in l.magi-
ſtratus.in prin ſ.ad municip.

¶Et notarius rogatus videtur vt apponat clauſulas con-
ſuetas[a] : vt not.Bar.per illum tex.in l.fin.C.de fideiuſſor. A
¶†Et generaliter quælibet diſpoſitio recipit diſpoſitio 10
nem à conſuetudine,vt eſt dictum Inn.in c.olim.de verb.
ſig.& ſequitur Abb.in c.certificari.de ſepul.cum ſi.vt latè
cong

a Conſuetas. Vide Paulũ de Caſt.in l.j.ff.de iur.om.iud. & latiſsimè per Alex.in l.ſi finita.de dam.in fec.Barb.in cõſil.ix.col.pe.in iiij.volu.& Iaſ. in l. Gallus. §. idem credendum de lib. & poſth.& d.Philip.in c. cum M.hic allegato.col.ij.in v.not.H.C.



congerit Felin.in cap.cum M.col.iij.& iiij.de conſtit.
¶Et prius Alex.in l.huiuſmodi.in prin.de leg.j.& in cõſ.
xxvij.in cauſa & lite.lib.ij.& in conſi.cvij.pro inueſtiga-
tione.col.pe.eo.lib.ij.& in conſi.xxxvij.viſo dicto inſtru-
mento.col.ij.lib.j.Et do.And.Sicu.in c.quo ad tranſlatio
nem.char.iij.de off.leg.& in conſi.v.col.pe.li.j.& in conſi.
vij.col.ix.& in conſ.xiiij.col.pe.& in conſi.xxxvij.col.v.in
conſi.lj.col.iij.in ij.li. Et adde tex.in l.item eorum.§.de-
curiones.ibi,ſecundũ conſuetudinẽ locorum.& idem no.
tradit Bart.in l.Paulus.la j.in prin.ſ.de ſol.& not.Ang.in
conſ.lxxxv.ex themate.Bal.in l.ita demum.§.fi.ſ.de arb.
in l.ſi certis annis.col.iij.verſi.credo autẽ.col.fi.C.de pac.
Ro.in conſ.xciiij.viſis his.col.fi.& Ang.in conſi.clxxxiiij.
ex forma & ſerie.col.j.in fi.vbi alle.tex.noſtrũ hic,& Bal.
in conſi.cxcvj.tres ſententiæ.lib.j.Cuma.in conſ.ij.propo
nitur.col.ij.& Soc.in conſi.xciiij.præſtantiſsimi.col.iij.

11 ¶Ex prædictis infertur, ꝙ†clauſula codicillaris videatur
appoſita de voluntate teſtatoris,ex quo conſuetum eſt ꝙ
apponatur.contra Bar.in l.j.in vj.q.ſ.de iur.cod.ita And.
Sicu.concludit in d.c.quo ad tranſlationẽ.de off.deleg.&
Alex.in conſ.j.col.ix.in prin.li.v.& facit quod not.Bal.in
l.j.col.fi.ſ.ſol.ma.in ver ſed ponamus cõtrahentes.vbi di
cit,ꝙ notarius poteſt inſtrumento dotis apponere hypo-
thecam de qua cõtrahentes nihil dixerũt:quia videtur ro
gatus vt apponat clauſulas quæ ſunt de natura cõtractus.

12 ¶Et pari ratione videtur, quod † pœna apponi poſsit in
contractu : quia conſuetum eſt quòd pro obſeruatione
contractus pœna apponatur.

A ¶Contrarium[a] tamen decidit Bal.in l.ſi duo patroni.§.
ſi quis iurauerit.de iureiur.in princ.in verſic.non tamen
præſumam pœnam.vbi dicit, quòd pœna non præſumi-
tur etiam ſub dictione,& cætera:quia non eſt vniformis.
& Socin.ſequitur in l.Gallus.§.item credendum.colum.
ſecunda.de liber.& poſthum.Adde quòd contrarium An
gelus dicit in l.ij.ſupra de iuriſdict.omnium iudicum.in
principio verſicul.poteſt & aliter exemplificari.vbi in-
quit, quod ille qui habet poteſtatem vendendi bona fi-
ſcalia, poteſt apponere omnia pacta pœnalia ſecundum
mores regionis.& idem Abbas dicit in capit.ſecundo de
precar.vbi loquitur in mandato ad pacem faciendam.Et
hoc poteſt procedere quando eſſet conſuetudo vniformis
circa pœnam.

¶Et

a Contrarium. & bene,vt plenè dixi ad Ale.cõſi.xxviij.lib.ii. facit.ſ.eo.l.contractus.nu.13.C.M.

¶ Et pari ratione † iuramentum videtur, ꝙ ratione con- 13
ſuetudinis apponi poſsit in contractu.

¶ Sed non eſt verum : quia iuramentum requirit formalitatem verborum, & ſpecificam expreſsionem : vt not. Abb. poſt Ant. de Butr. in c. pen. de iureiur. & proſequitur Socin. in d. §. idem credendum.

¶ Et pari ratione idem videtur quòd ratione conſuetudinis in contractu venditionis apponi poſsit conſtitutum. Sed contrarium in hoc Alex. concludit in conſi. xxviij. viſo & præhabito. lib. ij.

¶ Et in effectu videtur quòd ſupradicta intelligantur in his, quæ ſunt de natura contractus : ſecus videtur in aliis. vt not. Alex. in conſi. præalle. vnde in ſubſtantialibus non ſit ſupplementum à conſuetudine: vt no. Ioan. And. in tit. de inſtru. edi. §. inſtrumentum. col. iij. ver. ꝙ ſi à contractibus. & Ang. in l. licet. C. loca.

¶ Et vlterius notandum eſt, † quòd illa facultas extēden- 14
di contractū ſecundum conſuetudinem loci, hobet locum
in notario qui rogatus fuit. Secus[a] eſt in eo cui alterius A
rogatus committuntur: quia ille nihil poteſt exprimere, nec declarare : cum officium eius ſit tranſcribere, & non addere, nec interpretari: vt not. Bal. dicit in rub. C. de fide inſtru. in col. vj. in ver. quarto quæritur. Quod tamen non videtur procedere ſine dubio: quia iſta interpretatio quæ fundatur in conſuetudine non adhæret perſonæ notarij qui rogatus fuit: & ideo videtur quòd etiam per alium no-
tarium fieri poſsit:[b] ex eo quod no. Bar. in l. argentarius. B
in princ. ſ. de edend. & Alex. ibi ſpecialiter hoc dicit.

a Secus. Idem Ale. cōſi. clxiij. col. fin. (vbi dixi) lib. vij. Hippol. Marſ. ſing. cxxiii. Dec. l. vt liberis. col. iii. C. de colla. C. M.

b Fieri poſsit. Vide latiſsimè per do. Bart. in conſi. ix. in pen. col. in iiii. volū. & Iaſ. in ſ. Gallus. §. idem credendum. de liber. & poſthu. H. C.

¶ Vltimo notandum eſt ad ſupradicta ꝙ iſta conſuetu interpretatiuè non requiritur ꝙ ſcripta ſit: vt not. Areti. in conſi. xj. procedendum. & in d. c. cum M. vbi all. Anto. de Butr. qui hoc dicit in c. fin, de conſuet. in v. char. in ver. ex his dicit Nicolaus de Mata. Et idem Alexand. in conſ. cvij. pro inueſtigatione. col. pen. l ij.

## In l. Nihil tam naturale. Argumenta.

1 Conſenſus in diſſoluendo requiritur, cuius & in contrahendo.
2 Teſtes tot in reprobando teſtamento requiruntur, quot in probando.
3 Solutio debiti, ſi citra inſtrumentum probari nequeat, nec ipſum debitum.
4 Donatio hodie fieri poteſt pacto nudo.
5 Actus ſi quid cum fit, requirit, idem cum diſſoluitur neceſſario exigit.

Teſta-



6 Teſtamentum primum ad pias cauſas factum coram ſeptem teſtibus an tollatur per ſecundum coram duobus factū.
7 Spiritualia facilius conſtruuntur, quàm deſtruantur.
8 Matrimonium facilius contrahitur, quàm diſſoluatur.

### REGVLA XXXV.

NIHIL *tam naturale eſt, quàm eodem genere quodq; diſſoluere, quo colligatum eſt. Ideoq; verborum obligatio verbis tollitur: nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu diſſoluitur.*

¶ ISTA regula etiam habetur in c. j. extra eo. tit. vbi
A dicitur quòd omnis res[a] per quaſcunque cauſas naſcitur,
per eaſdem diſſoluitur. facit tex. in §. fi. inſtit quib. mod. tol. obli. & in l. j. C. quan. lic. ab empt. diſce. & in l. prout
1 quiſq;. ſ. de ſol. ¶ Et ideo † cuius conſenſus in contrahen-
B do requiritur, eiuſdem etiam in diſſoluēdo interuenire
debet[b]. authen. contrà ſi filij. C. de repud. in fi. & ibi Bar.
2 ¶ † Et quot teſtes requiruntur in probando teſtamentū,
pariter tot requirūtur in reuocatione teſtamenti : vt no. per glo. in l. cum proponeretur. de leg. ij. vnde ſi ex forma ſtatuti legatū poteſt probari duobus teſtibus: eodem modo reuocatio legati poterit duobus teſtibus probari: vt not. Bal in l. fi. col. fi. verſi. ex hoc infero. C. de fideicom. & ſicut collatio beneficij poteſt probari teſtibus : pariter
C renunciatio beneficij teſtibus probari poterit[c] : vt not.
Bal. in l. ij. in fi. de reſtit. ſpol.
3 ¶ † Et ſi ſolutio debiti non poteſt probari niſi per inſtru-
mentum ex forma ſtatuti, pariter idem erit in cōtrario, videlicet in debito quod nō poterit teſtibus probari, ſecundum Pet de Ancha. in conſi. ccclj. in quæſtione.

a Res. Vide Iaſo. in l. quēadmodū. de acqui. poſſ. in ii. not. & Bart. in l. actor. ſ. rerar. hab. pe. col. & Iaſ. l. i. C. quādo nō pet. par. col. v. ver. quinto no. &c. H C.

b Debet. Hippol. Marſi. ſing. dclxix. C. M.

c Poterit. Decius. l. cum poſteaquā. in fi. C. de pact. C. M.

¶ Et ſi contractus eſt bonæfidei, pariter & diſtractus erit
bonæfidei. l. ab emptione. vbi Bart. ſ. de pactis. Et ſicut
4 † hodie pacto nudo donatio fieri poteſt. l. ſi quis argen-
tum. C. de dona. ſic etiam nudo pacto reſolui poteſt : vt no. per glo. & doct. in d. l. ab emptione.

¶ Et ſicut pignus ſolo conſenſu contrahitur. l. j. ſ. de pig. actio. ita etiam ſolo conſenſu reſoluitur. l. pen. C. de pig. not. pen. glo. in l. ſi tibi. §. de pignore. ſ. de pactis.

¶ Et ſi tenuta data fuit de facto parte non citata, pariter non citata parte poteſt reuocari: vt not. Bar. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. facit quod no. per gl. in l. minor.

M in ver.

in ver. Seius. ſ. de euictio. cum ſimi. vt tradit Alexan.[a] in A
d. l. ſi pacto quo pœnam. in vlt. not.
¶ † Et omnia ſupradicta procedunt quãdo in conficien- 5
do actum de neceſsitate aliquid requiritur [b]. nam tunc B
etiam in reuocatione illud adhiberi debet. Secus ſi vltra neceſsitatem ex abũdanti aliqua ſolennitas adhibita ſit: quia tunc illa ſolennitas non eſt neceſſaria in reuocatione: vt not, declarat Bar. in l. hæredes palàm. §. ſi quis poſt, ſuprà de teſta. vbi inquit, quòd dum ibi dicitur, quod in mutatione teſtamenti omnia ex integro facienda ſunt, intelligitur omnia quæ de neceſsitate fieri debuerint. Quid enim ſi in primò teſtamento fuerũt decem teſtes? nam ſatis erit reuocare teſtamentum coram ſeptem. Et ideo conſuluit Pau. de Caſt. in conſi. cclxij. dubium facit
in ſupradicto puncto. quòd † primum teſtamentum ad 6
pias cauſas factum coram ſeptem teſtibus, tollatur per ſecundum factum coram duobus teſtibus. Et ſequitur Alexan. in l. hac conſultiſsima. §. ſi quis autem. col. fi. per l. ij. ſ. de iniuſt. rup. teſt. Et idem Alex. concludit in conſi. cxlvj. viſo themate. col. fi. lib. ij. quia non ſunt in cõſideratione quæ abundant. l. iij. C. de teſt. & idem Alexan. in conſi. cvj. viſo & diligenter conſiderato themate. col. ij. ver. quinto adduco quod dicit do. Ant. in iiij. lib. & idem Andr. Sicu. in conſi. xliij. col. iiij. lib. iij.
¶ † Item iſta regula non habet locum in ſpiritualibus 7
quæ facilius conſtruũtur quàm deſtruantur. & dicit tex. in c. inter corporalia. in prin. de tranſla. præla. vnde & ibi dicitur, ſolus epiſcopus honorem dare poteſt: ſolus auferre non poteſt.
¶ † Et ideo matrimonium facilius cõtrahitur, quàm diſ- 8
ſoluatur. vt dicit text. in l. conſenſu. in prin. C. de repud. nam ſolo conſenſu contrahitur. c. cum locum. de ſponſa. l. ſufficit. xxvij. q. ij. cum ſimi. vt ſupra dictum fuit in regula, nuptias. ſupra eod. & tamen ſolo conſenſu diſſolui non poteſt. imò nullo modo: quia quos Deus coniunxit homo nõ ſeparet. c. ij. de tranſla. præla. c. an quod. xxiiij. q. ij. & in c. ex parte. de conuer. coniug.
¶ Et idẽ eſt in baptiſmo & in ordine, vt no. per gl. in c. j. de re. iur. quia in iſtis in quibus imprimit character ſpiritualis, cõtrarius actus propriè interuenire nõ poteſt: vt Abb. dicit in d. c. j. ſicut in virginitate, quæ ſemel amiſſa recuperari non poteſt: vt dictũ eſt ſ. in reg. verum. ſ. eo.

In l.

a Alex. conſ. v. colum. j. lib. ij. Hipp. Marſ. ſingula. cxcv. ſin. cccxx. C. M.

b Requiritur. Vide Iaſ. poſt Bald. & Mod. in l. ſiue apud acta. C. de trãſa. col. ii. & eundẽ poſt Bar. in l. ſi vnus. §. pactus. viij. colũ. de pac. & in l. more. de acqui. hær. & in l. quod iuſsit. colũ. iij. ver. ſecundo prĩcipaliter no. de re iud. H. C.



## In l. Culpa eſt. Argumenta.

1 Aſſeſſor ſe peritum aſſerens, de imperitia tenetur.
2 Officialis, quæ ad alterius ſpectant officium attentare non debet.
3 Procurator vel negotiorum geſtor quare non dicatur facere quæ ad ſe pertinent.

### REGVLA XXXVI.

CVLPA *eſt, immiſcere ſe rei ad ſe nõ pertinenti.*

¶ SIMILIS regula habetur eo. tit. in vj. in regula,
A 1 non eſt ſine culpa [a]. † Et exemplificari poteſt in aſſeſſore qui videtur aſſerere ſe peritum: ideo propter imperitiam tenetur. l. j. ſ. quod quiſque iuris.
¶ Et pari ratione medico imperitia imputatur, l. illicitas. §. ſicuti. ff. de offi. præſi. Deliquit enim quis officium alterius vſurpando, c. tua nos. de homicid. Ideo debet quis abſtinere ab officio cuius ſe idoneũ non eſſe cognoſcit. c. non punienda. §. fi. j. q. j. & facit tex. in l. doli mali. §. fi. ſ. de noua. vbi quis non debet eſſe curioſus. de reb. alien.
2 ¶ † Et vnus officialis non debet ſe de officio alterius intromittere: vt no. Bar. per illum tex. in l. prouinciis. C. de numer. actuar. & chartul. lib. xij. & not. Bal. in l. repetita. C. de epiſc. & cler. cum ſimi. vt tradit Andr. Sicu. in conſi. xlv. col. iij. lib. iij.
¶ Et verbum illud, ad ſe non pertinenti, tollit contraria de quibus gl. opponit: quia verbum pertinere, latam habet ſignificationem. l. verbum pertinere. de verb. ſig.
3 ¶ † Vnde illud quod quis facit tanquam negotiorũ geſtor, vel procurator, vel intuitu pietatis dicitur ad eum pertinere: quia facultas ſibi datur à iure: ideo pertinet ratione officij, vt in tutore & procuratore: & ratione amicitiæ, vt in eũ qui alterius negotia gerit: vel ratione humanitatis l. non tantùm. ff. de appel. Nam hominem affici beneficio hominis intereſt. l. ſeruus ea lege. ſ. de ſer. expor. & no. per Dyn. in d. regu. non eſt ſine culpa & ibi proſequitur an quis teneatur alium defendere. de quo dixi in c. j. de offic. deleg.

a Culpa. Vbi videas plura exempla per Dy. & latiſsimè per eius add. & per Io. And. in mercur. vbi ponit q. an teſtis qui nõ iuratus ſe immiſcuit ferendo teſtimoniũ; & falſum dixit, quod teneatur pœna falſi. H. C.

## In l. Nemo qui. Argumenta.

1 Abſoluere nequit, qui damnare non potuit.
2 Abſoluere quando poſsit, qui damnare nequiuit. & nu. 3.
4 Abſoluere qui põt ex priuilegio, non ſtatim dãnare poterit.

 REG

REGVLA XXXVII.

NEMO *qui condemnare non poteſt, abſoluere poteſt.*

¶NOTO[a] regulam negatiuã.† ꝙ qui non poteſt con- A
demnare, non poteſt abſoluere, & iſto modo arguit Iu- 1
riſconſultus in l. ſolent. in prin. ſ. de offi. procon. & lega. Et ibi Bal. in ij. no. dicit, quòd qui non poteſt condemnare condemnando, non poteſt abſoluere abſoluendo. Et à contrario ſenſu, qui poteſt condemnare, poteſt abſoluere: vt dicitur in l. qui condemnare. ſ. de re iudic.

¶† Et à regula noſtra hic bene procedit, quando quis 2
non poteſt condemnare ex defectu iuriſdictionis. Secus ſi non poſsit condemnare ex priuilegio perſonæ: quia tunc abſoluere poteſt. l. quoties. C. vbi ſenat. vel clariſ. & Bald. ibi rationem adducit: quia priuilegium non debet nocere priuilegiato.

¶Secũdo† fallit in materia correctoria[b], quia ſi tollitur 3
poteſtas condemnandi, non videtur adempta poteſtas B
abſoluendi. glo. not in cle. j. in verſi. contra eos. de hære. quam ibi Card, Imo. & Abb. ſequũtur, licet Soci. & Aret. in rub. de acqui. poſ. videtur illam impugnare.

¶Sed pro illa facit: quia abſolutio fauorabilior eſt. l fauorabiliores. ſ. eo. l. cùm Arrianus. ſ. de actio. & oblig.

¶Vnde licet tollatur poteſtas cõdemnandi, non videtur eadẽ ratio quòd tollatur poteſtas abſoluendi. Et ad hoc facit: quia licet abſens non poſsit condemnari. l. abſentẽ. ff de pœnis. l. abſentem, C. de accuſa. Si tamen de innocẽtia conſtat, abſens abſolui poteſt: quia officium iudicis magis exuberat in abſoluendo: vt not. Anto. de But. poſt Ioan. And. in c. veniens. de accuſa. & Barth. Veronen. in conſi. xlj. incip. licet inuitus. col. fi.

¶Et pari ratione videmus † quòd ille qui habet pote- 4
ſtatem abſoluendi ex priuilegio, non habet poteſtatem condemnandi: vt not. Ioan. And, in c. canonica. de ſenten. excommu. Domini. in d. c. cùm inferior, xxj. diſt. Felin.[c] in c. non poteſt. in prin. de re iud. c

¶Et ſecundùm ſuperius dicta regula hic declaratur: quia dum hic dicitur, quòd qui non poteſt condemnare, non poteſt abſoluere, procedit vbi ſit eadem ratio: prout eſt quando eſt defectus iuriſdictionis: quia tunc qua ratione non poteſt cõdemnare ex defectu iuriſdictionis, pari ratione non poteſt abſoluere: quia abſoluere & condemnare ſunt in eadẽ ſpecie iuriſdictionis: vt not. Bald. in l. imperium. col. iij. verſi. circa tertiũ punctum. ſ. de iuriſd. om. iud. alleg. text. in l. ſolent. Et ideo præſcripta poteſtate abſoluendi, eſt præſcripta poteſtas condemnandi, ſecundùm Inno in c. dilecto. de offic. archid. ſequitur Bal. in l. imperium. colũ. iiij. ver. circa vltimum. quia ſunt eiuſdem ſpeciei, vt dictum eſt.

a Noto. Caue, quia Haloãder legit: nemo qui cõdemnare poteſt, abſoluere non poteſt. ꝙ de ſe magis arridet, & congruit cũ l. qui cõdemnare. ſ. de re iud. tamẽ oẽs codices habent: vt hic legit Deci. & oẽs ita legunt, non auſus ſum mutare. C. M.

b Correctoria. Vide latiſsimè Iaſ. in l. qui cõdemnare. de re iudica. in princ. ii. col. ver. vltra ſcribentes, &c. & in prin. l. vbi ponit plura exẽpla ad regulã noſtram.

c Felin. Quem vide vbi ponit tres fallentias ad reg. noſtrã.



¶Secus vbi poteſtas condemnandi tollitur in priuilegium, & poteſtas abſoluendi datur in priuilegium: quia tunc non eſt eadem ratio, quòd ſicut poteſt abſoluere quòd poſsit condemnare: vel ſi non poteſt condemnare, non poteſt abſoluere: quia priuilegium noceret priuilegiato vt dicit Bald. in d. l. quoties. Et quia inducta in fauorem reſultarent in odium, contra l. quod fauore. C. de legib.

¶Et ideo in caſu glo. in d. cle. j. de hæret. conſiderandum eſt, quòd dum ibi dicitur in text. quòd tollitur poteſtas cõdemnandi, gloſſ. dicit, quòd remanet poteſtas abſoluendi: quia non mutatur ibi, epiſcopus habebat poteſtatem condemnandi id eſt ſoluendi.

¶Si ergo tollitur poteſtas condemnandi, remanet poteſtas abſoluendi: quia illa poteſtas condemnandi quæ tollitur, reſpicit fauorẽ rei vt condemnari non poſsit: vnde non extendatur vt abſolui non poſsit: quia non eſt eadem ratio. Et tali caſu glo. bene dicit.

¶Si vero ibi ſublata eſſet poteſtas abſoluendi, an remaneret poteſtas condemnandi? gloſſ. ibi ſentit, quòd ſic, attenta ratione ſua, quia mutatio fuit limitata.

¶Et hoc non videtur verum: quia ſi tollitur poteſtas abſoluẽdi, videtur tolli poteſtas condemnandi: quia eadem ratio videtur in vtroque per ſupradicta.

¶Et iſto caſu poteſt ſaluari opinio Pet. de Anch. qui tenet contra illam gloſſ. in d. clem. j. & Aret. & Soc. in rub. de acqui. poſſ.

## In l. Sicuti pœna. Argumenta.

1 Hæres nec ex delicto defuncti poteſt lucrari, nec pœna teneri.
2 Pupillus nec lucrari, nec obligari poteſt, citra tutoris autoritatem.
3 Eccleſia in eo, in quo ſit locupletior, teneri poteſt.
4 Poſſeſſor bonæ fidei non ad damni æſtimationem, ſed quo locupletior factus eſt, tenetur.

REGVLA XXXVIII.

SICVTI *pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet: ita nec lucrum facere, ſi quid ex ea re ad eum perueniſſet.*

1 ¶NOTA quòd ſicut† hæres non obligatur ad pœnam ex delicto defuncti: ita pariter ex delicto defuncti lucrari non debet: & ideo tenetur de eo quod ad eum peruenit, vt hic, & in l. in hæredem. ſ. de calum.

lum.& in l.hæredem.ſupra de dolo.cum ſimil.alleg.in gloſſ.hic.& ad
idem tex.in l.quod diximus.§.fin.in l.quod autẽ.ſupra quod met.cau.
in l.j.§.fi.ꝟ.de vi & vi arma.in l.vi pulſos.C.vnde vi.l.iij.§.ex re furti-
na.ff.de pecul.in l.ſi cum exceptione.§.Pedius.cum ſimil.ibi in gloſſ.
alleg.ff.quod met.cauſ.

¶ Similiter eſt in pupillo,† qui ſicut non obligatur abſque autoritate 2
tutoris,ita pariter lucrari non debet:vnde tenetur de eo quod ad eum
peruenit.l.ij.§.ſi ſeruus.ff.de tribu.l.j.§.j.ꝟ.de auto.tut.l.fin.C.de vſu-
cap.pro emptore.& in §.ſi autem.inſti.quibus alien.lic.

¶ Idem eſt† in eccleſia quæ tenetur in eo in quo fit locupletior:vt not. 3
per glo.& Bar.in authen.qui res.C.de ſacroſanct.eccle.Bald.in l.iube-
mus.§.ſanè.in princi.de ſacroſanc.eccle.in l.ſi prædium.in princ.C.de
prædiis mino.Abb.in c.ſi quis presbyterorum.in fi.de reb.eccleſi.non
alien.Alex.in conſi.iiij.viſo proceſſu.colum.j.in fi.lib.iiij.And.Sicul.in
conſi.xl.colum.x.lib.j.

¶ Idem eſt in bonæfidei poſſeſſore† qui non tenetur ad æſtimationem 4
damni,ſed duntaxat in eo quo fit locupletior.l.item veniunt.§.eos au-
tem.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ꝟ.de peti.hære.& facit tex.in l.idemq́;.
§.ſi mandauero.ꝟ.mand.vbi quis non debet lucrari ex actu pro quo ad
damnum noluit obligari.Et in notab.qõ.tradit Bart.in l.quia poterat.
ꝟ.ad Trebel.vbi in fin.concludit,quòd ſocius non debet aliquid lucrari
ex negotio pro quo noluit ad periculum teneri,cũ ſimil.vt tradit Alex.
in vlt.not.Et Ange.Are.in §.illud.in fin.inſtitu.pro ſocio.Adde tamen
quòd quandoque quis lucratur ex actu pro quo de damno non tenetur:
vt eſt tex.in l.ſi negotia.ff.de nego.geſt.& illud contingit propter cul-
pam eius qui negotia inſolita aggreditur,vt ibi habetur.Et ad ſupradi-
cta faciunt quæ dicta ſunt in l.ſecundum naturam.ꝟ.eo.titu.

## In l.In omnibus.Argumenta.

1 Factum reputatur,quod metus cauſa fuit ne efficeretur.
2 Metus iuſtus quis,& quare dicatur.
3 Metus minor in muliere quàm in maſculo attenditur.
4 Timor iuſtus putatur,quod ex præcepto regis oritur.
5 Metus iuſtus incutitur,quum regius officialis alicui minatur.
6 Metus iuſtus etiam dicitur,quod ab excommunicatione infertur.
7 Metus indiciis probatur & præſumptionibus.
8 Metus facilius probatur duobus teſtibus,quàm libera volũtas centũ teſtibus.
9 Metus non præſumitur,ſi in conſpectu iudicis quid efficiatur.
10 Teſtibus affirmantibus plus creditur,quàm negantibus.
11 Metus etiam iuramento probari poteſt.
12 Proteſtatio an in metu ſit neceſſaria.
13 Proteſtatio clandeſtinè facta quando proſit.
14 Metus libera ſuperueniente voluntate purgari poteſt.
15 Vxor conſentiens marito contrahenti,metu acta creditur.

R 5 6



REGVLA XXXIX.

*In omnibus cauſis pro facto accipitur id, in quo quis alium perhorreſcit quo minus fiat.*

1 ¶ NOTA quòd † pro facto habetur illud quod factũ
non fuit propter metum.ad idem text.in l.j.ſi propter
met.iu.non app.¶ Et notatur per glo.hic.& adde text.in
c.fin.de appel.Et ad declarationem iſtius regulæ primo
videndum eſt qualis metus requiratur.

¶ Secundo,qualiter metus probetur.¶ Tertio,an prote-
ſtatio neceſſaria ſit:& qualiter fieri debeat.

¶ Quarto,quando metus purgari videatur.

2 ¶ †Circa primum,metus debet eſſe iuſtus,vt dicitur in
c.fi.de app.& non intelligitur iuſtus,ita quòd iuſtè infe-
ratur:quia pro tali metu iuſtè illato quis conqueri non
poteſt.l.ſi mulier.in princi.vbi Bart.ꝟ.quod met.cau.not.
per glo.in l.qui aliena.§.fin.in ver.non fieri.in fin.C.de
acquir.hæred.cum ſimi.vt tradit Alex.poſt Pau.de Caſt.
in l.cum aliquis.C.de iure deli.& dixi in d.c.fin.de appel.
A Sed iuſtus[a] metus intelligitur quòd ſit probabilis & non
vanus:vt Abb.dicit poſt Ioan.And.in d.c.fi.quia vani ti-
moris nulla eſt excuſatio.vt in reg.vani timoris.j.eod.in
l.metum autem.ꝟ.quod met.cauſ.Et ideo requiritur me-
tus mortis vel cruciatus corporis.l.continet.ꝟ.quod me-
tus cauſa.l.interpoſitas.C.de tranſact.

¶ Et generaliter debet eſſe talis metus qui cadat in con-
ſtantem virũ.c.cum dilectus.quod met.cauſ.in c.veniens.
& in c.cõſultationi.de ſponſa.Et licet tex.in l.metũ autẽ.
dicat de homine cõſtantiſsimo.illud ſuperlatiuũ pro po-
ſitiuo ponitur.vt no.Abb.in c.cũ dilectus.in ſecundo no.

¶ Et aduertendum eſt in iuribus præallegatis quaſi eſſet
homo qui etiam ex leui metu terreretur,licet nõ caderet
in conſtantem virum:videtur tamen,quòd inſpecta qua-
litate perſonæ deberet excuſari.arg.l.plenum.§.equitij.
ꝟ.de vſu & hab.Et ad hoc facit gloſ.not.in c.quod locum.
3 deſponſi.quæ dicit,quod† minor metus conſideratur in
B muliere[b],quàm in maſculo.Et ſic videtur quòd metus
debeat conſiderari ſecundum conditionem perſonæ.Et
not.hoc Inno.in d.c.cum dilectus.col.penul.verſi.aduer-
te tamen & facit quod no.per glo.in l.j.C.vnde vi.

¶ Non obſtant iura ꝟ.allega.in quibus conſideratur me-
tus qui cadat in conſtantem virum:quia locum habent

a Iuſtus. Ade quòd iuſtus metus dicitur, qui ex factis & non ex verbis infertur. Bald. in l. metũ. per illũ text. quod met. cauſa. ſed tu vide Barto. & Angel. in l. ad inuidiã. C. quod met. cauſa. vbi dicunt quòd etiam ex verbis infertur iuſtus metus. & per Can. in c. cauſam matrimonij. de offic. deleg. H.C.

b Muliere. Ad de Rom. in ſingul. ccxxvj. incipiẽ. tu ſcis. & Iaſ. l. interpoſitas. de tranſact.

M 4 quantum

quantum ad probationem & ad fundādum intentionem eius qui allegauit metum: quia ex leui metu quis excuſari non videtur: nec coactus præſumitur. l. non eſt veriſimile. in princi. ſ. quod met. cau. Sed tamen quando conſtaret aliquem feciſſe vel nō feciſſe aliquid propter metum etiam leuem, idem eſſet dicendum propter qualitatem perſonæ: quia eadem ratio videtur: vt ſ. dictum eſt de muliere, & dixi in d. c. fin. quod metus cauſa.

4 A B ¶ Et ex prædictis infertur, quòd præceptum † regis[a] ſit iuſta cauſa timoris[b]. vt not. per gloſſ. in ca. conuenior. in verbo, morere. xxiij. q. viij.

¶ Contrarium tenet glo. per illum tex. in c. fin. in verbo, metu regio. qui cler. vel vouentes. Et concluſio breuiter eſt, quòd ſi præceptum cōminatorium ſit, iniuſtum metum inducat, ſaltem quando eſt ſolitus ſæuire contra inobedientes. vt not. Abb. poſt Ioan. And. in d. c. fin. qui cler. vel vouentes. cum ſimil. vt tradit Alex. in conſi. xvj ponderatis narratis in themate. colum. penul. lib. iij. & Petr. de Anchar. in conſil. ccxc. aliàs ccc. viſa ſupradicta facti narratione. vbi loquitur de præcepto domini Otthonis qui erat dominus Parmæ. Et Angel. in conſi. ccxv themi tale propoſitum eſt. col. fin. & Dominic. in conſi. xv. ſuper primo dubio. in ſecundo dubio.

5 C ¶ † Sic etiam in officiali[c] præceptum comminatorium iuſtum metum inducit, ſaltem quando conſueuit facere illud quod dicit. vt no. Bar in l. metum. C. quod met. cau. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. colum. ij. ver. quinto quæro. ſ. de oper. noui nuntia. in l. iij. ſ. ex quib. cauſ. maio. Abb. poſt alios in d. c fin. de app. Eodem modo præceptum pœnale ciuitatis iuſtum metum facit: vt not. Bart. in l. creditor. in fi. ſ. de ſolu. Bal. in l. falſus. in. fi. C. de fur. in l. omnem in fi. C. ad Tertul. Abb. in conſil. lx. quoniam ſatis. col. ij. lib. j. And. Sicul. in conſi. xlij. col. iij. lib. j.

6 ¶ Et ad ſupradicta notandum eſt, † quòd timor excommunicationis iuſtum metum facit: vt not. per gloſ. in ca. cum olim. el iij. in glo. fi. de reſti. ſpol. & latè tradit And. Sicul. in conſi. xxx. bene enim cuncta geruntur. lib. iij.

7 D ¶ Venio ad ſecundum, qualiter metus probetur. Et ex ſupradictis aliqualiter colligitur. † Et generaliter concludendum eſt, quòd probatur ex indiciis & præſumptionibus[d]. Et ideo totum hoc arbitrio iudicis relinquitur: vt not. Bal. in l. ſi quis nec genus. C. de epiſc. & cle. ver. adde tamen

a Regis. Dixi ad Alex. conſi. cxxiiij. in fi. lib. j. Car. Mol.

b Timoris. Adde quòd iuſtus metus dicitur ex iniuria illata meo domeſtico. ita Card. in cle. j. de excep. præl. & metus mortis dicitur iuſtus. l. ſi quis. §. pe. ad l. Aquiliā. metus iuſtus infertur etiam ex vultu ſuperio. Alex. in l. j. quod metus cauſ. & not. ꝙ iuſtus metus excuſat, ſiue ſequetur eius effectus, ſiue nō. Alex. cōſil. xlv. in iiij. vol. vbi etiā dicit, quòd metus violētiæ eſt iuſtus metus: eſt etiā metus iuſtus, vbi eſt iuſta ſuſpicio. Bal. in l. fi. in j. col. de iur. deli. Itē etiam quādo propter ſe male tractantur conſanguinei. Feli. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. verſ. xiij. quæro &c. Hier Chu.

c Officiali. Vide Bald. in ſua Margar. in ver. ap. in ver. xlvj.

d Et præſumptionibus. Ad-



tamen vnum. & idē Bal. in conſi. xxvj. punctus. li. iij. Pe. de Ancha. in conſi. ccxc. ſ. alleg. Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi Prætori. in viij. q. ſ. de oper. noui nunt. Alex. in conſil. xlviij. quoniam per excellentiſſimum. lib. iiij. Et quòd ſit verum quòd ſit in arbitrio iudicis, probatur in l. iij. ſ. ex quibus cau. ma. ibi, huius rei acquiſitio iudicis eſt. not. per glo. Inno. & Doct. in c. cum dilectis. in verbo, mortis. quod metus cauſa. & Bald. poſt gloſ in l. interpoſitas. in A ver. ciuitatum. C. de tranſact. & idem Bald.[a] in l. ij. C. de his qui propter metum iudi. nō appel. & in cōſi. ccclxiiij. quia quæſtio. lib. iij.

8 B ¶ Et in iſta probatione metus notandum eſt, † quòd plus creditur duobus teſtibus deponentibus de metu[b] & violentia, quàm centum deponentibus de libera volūtate. vt not. dicit Inno. in c. ſuper hoc. col. j. de renun. ſequitur Bal. in conſilio ſchiſmatis col. vij. in l. obſeruare. §. proficiſci. in xiij. q. ſ. de offic. proconſul. & leg. Ange. in l. j. in fin. ſ. quod met. cau. in l. ſi quis à ſe fundum. C. vnde vi. & Abb. in c. j. quod met. cauſ. vbi rationē adducit: quia deponentes de metu, atteſtantur de minis, vel tormentis & ſimilibus quæ ſenſu corporis percipiuntur. Sed alij deponunt ſimpliciter de voluntate ſecreta. Et fuit iſta ratio Innoc. in d. c. ſuper hoc. & idem tradit Alex. in cōſi. clvj. viſo proceſſu. in princi. lib. v. & And. Sicul. in conſil. lv. col. j. lib. j. & in conſi. lxj. col. v. eod. lib. j. in conſi. lxx. col. vj. lib. ij. & iſta concluſio procedit niſi alia præſumptio ſit in contra-

9 rium: vt not. Ange. in l. fi. ſ. quod met. cauſa. † Et hoc poteſt exemplificari quādo actus eſſet factus in præſentia iudicis, quo caſu metus non præſumitur: vt not. Barto. & Doctores in l. tranſactiones. C. de tranſact. Idem Bart. in l. j. de prædiis curial. lib. x. Et ex hac ratione inferendum videtur, quòd data paritate terminorum nō ſit differentia: quia pariter videtur credendum teſtibus deponentibus de libera voluntate, ſicut de metu. Cum enim vtroq; caſu agatur de probando voluntatem alterius quæ nobis occulta eſt, de illa præciſe non poſſunt teſtes deponere. Sed in probando metum arguitur ex mediis extrinſecis: puta ex cruciatu, vel minis quæ bene cadunt in ſenſum teſtium. Et idē videtur dicendum in probando media ex quibus libera voluntas arguitur: puta quòd factum ſit in præſentia iudicis. Nā pari modo teſtes de hoc deponere poſſunt: ideo cæteris paribus non videtur differentia: &

de Bal. in l. interpoſitas. C. de tranſac. Ange. in l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerū actio non datur. probatur etiā probando potentiā & malam cōſuetudinem alicuius. Barto. in l. j. ſ. quod vi aut clam. Abb. c. fi. de app. metus probatur per duos teſtes. ita Bald. in l. noſtrā. C. de teſti. & vide Iaſ. in l. interpoſitas. C. de tranſact. vbi ponit requiſita ad probationē metus. Hie. Chuc.

a Bal. & idem Bal. in ca. item ſacramenta. de pace iur. fir.

b Metu. Iaſon. Deci. in l. interpoſitas. C. de tranſact. Deci. cap. fin. in fi. de appel. dixi ad Alex. cōſi clvj. nume. 3. libr. v. C. M.

hoc tenet dom.Signo.de Mediolano in conſil.lxxiiij.in quæſtione vertente.in fin.& in ſimili facit:† quia plus cre- 10
ditur duobus [a] teſtibus affirmãtibus,quàm pluribus ne- A
gantibus:vt per glo.in l.diem proferre.§.ſi plures.ſuprà de arbit.Nam hoc intelligitur quando deponunt ſuper negatiuam ſimpliciter. quæ improbabilis eſt.cap.quoniam contra.de probat.c.bonæ.de elect. Secus ſi negatiua coarctata ſit loco & tempore: quia tunc ita negantibus ſicut affirmantibus,vt declarat Barto.in l.actor.col. antepen.verſi.item ex delictis.C.de probat.

¶ Vltimo notandum eſt,† quòd metus in vno caſu per 11
ſolum iuramentum probari poteſt:vt habetur in c.ſtatutum.§.cum verò.de reſcrip.in vj.

a Duobus. Curt. tract. de teſtib.cõclu.ij. Corſet. ſingul. ver.teſtis. Deci.conſi. ccccc-xxxiiij.in fi.limitat Marſil. ſingu. cccccxli. Adde Nicola. Boe.deci.c.nume.3.C.M.

b Tamẽ,Dixi ad Alex.conſi. lxix. nume. 7. lib.vii.

¶ Tertio quæritur,an requiratur proteſtatio.gloſ.hic cõcludit quòd ſic.idem glo.in ca.fin.de appel.l.ij.C.de his qui propter met.iudic.non app.& per illum tex.in d c.fi.vt enim appareat ſteriſſe per iudicem,& nõ per partem,proteſtatio vtilis eſt & neceſſaria:vt Bal.dicit in l.properandum.§.ſinautem.ver.quærit hic glo. C.de iudic.& not.glo.in c.cupientes.§.quòd ſi per viginti.in verb.propoſitæ.de elect.in vj.quam not.ibi Domi.dicens,quòd impeditus facere actum in termino ſtatuto,non excuſatur,niſi proteſtetur. Et per hoc dicit Ioan.de Imo.prout Domin.refert ſe obtinuiſſe in quadam cauſa appellationis,in qua non poterat haberi copia iudicis pars quæ permiſit labi tempus abſq; proteſtatione,pro illa negligentia,in nõ proteſtando ſuccubuit.& ſequitur Alex.in d.§.ſinautem vtraque.& in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.colum.iiij.ff.de operis noui nuntia.& in 12
conſi.clxiiij.viſo proceſſu cauſarum.colum.fin.lib.ij. B

¶ † Sed tamen [b] vt dixi in d.c.fi.de appel.aduertendum eſt,quia generaliter videtur quòd tali caſu proteſtatio nõ ſit præciſe neceſſaria,quia ſicut in aliis caſibus ſufficit probare metum ſimpliciter,ita in caſu iſto videtur, quòd excuſatus ſit iſte qui non appellauit:dummodo metus probetur. Bene verum eſt,quòd probatio metus ex tali proteſtatione coadiuuetur:vt dicit Ioan.And.in d.ca.fin.de appel.per c.j.quod metus cauſa. Nam non præſumitur ſtare per iudicem,niſi probetur.vt not. Barto.in l.damni infecti.§.Sabin.in fin.ſ.de dam.infect.Et quòd proteſtatio non ſit neceſſaria,expreſſe ſentit Bart.in l.ij.§.quòd diximus.ſ.ſi quis caut.dum inquit,hoc eſſe de conſuetudine.& ibi expreſſe hoc dicit Alexan.& idem Pau.de Caſt.in conſi.xxj.in cauſa deſertionis.col. antepenul.ver.nec obſtare videtur. Et idem Aret.in conſil.clxiij.verum eſt quod Comicus.colum.iij.Abb.poſt Innoc.in c.ex tranſmiſſa. de præſcrip.& in c.j.quod metus cauſa.in glo.& idẽ Alex.in l.qui aliena.§.fin.col.iij.de acquir.hæred.& eſt glo.j.c.j.quod metus cauſa,& in

c.nota



& iſta allegaui in d.c.fin.quod.met.cau.quæ poſtea
c.notarius.xxxj.q.ij.
peculiari more ſuo vſurpauit in d.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi pretori:
l.ſ.
vbi ipſe in vltima eius ætate ſcripſit.& prius ſtabãt ſcripta mea de app.
Nõ obſt.iura quæ videntur proteſtationẽ requirere.d.l.ij.C.de his qui propter met.& in d.c.fi. de appel. & in ſimili in l.ij.ſ. de nau. fœno.in l. fi. de lege cõmiſ.quia in illis caſibus videtur ꝙ ſola ꝓteſtatione metus probet:q̃a illa iura nihil aliud videtur req̃rere:& ſi nõ eſſet facta ꝓteſtatio,nõ negãt illa iura q̃n ꝓbato metu abſq; ꝓteſtatione q̃s excuſet.

¶ Et notandum eſt,† ꝙ talis poteſtatio ſi clandeſtine facta ſit,prodeſt: 13
vt eſt tex.in ca.j.quod met.cauſ. Et hoc procedit reſpectu eius qui infert metum coram quo quis nõ audet ꝓteſtari:vt not.ibi in gl.in d.c.j.& in c.cùm M.col.v.de conſti.Bartol.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.in
xj.q. de noui oper.nun. Bal.in l.ſi repetendi in fi. C.de condict.ob cauſ.
Secus eſt in præiudicium tertij: quia proteſtatio clandeſtina & illi ter-
tio non præiudicat:vt not,Bar.in l.qui aliena.§.Celſus.in fi.ſ.de acqui.
hære.& Bal.in l.clari.in fi. C.de fideicõ. & in notabili quæſtione tradit
Alex.in conſi.xvj.põderatis narratis.col.pen lib.iij.vbi concludit,quòd proteſtatio clandeſtina facta à patrono de non preſentando alium,& ꝙ ſi præſentaret quòd faceret per metũ: talis proteſtatio non nocet neque præiudicat illi qui poſtea præſentatus fuit:vt latius ipſe ibi proſequit̃.

¶ † In quarto dubio breuiter conſiderandum eſt,quòd metus purgetur 14
ex libera voluntate quæ poſtea expreſſè vel ex aliquo actu deprehenda-
tur,vt metus qui in promittendo interuenit,tollitur & purgatur ex ſo-
lutione quæ poſtea facta ſit.l.ij.quod met.cauſ.& not.Bal.in conſi.ccxl.
donatio facta.lib.j.Alex.in conſi.cxxvij. viſo inſtrumento.col.j.in fine,
lib.v.& Domini.in conſi.xxiij.quia diffuſè.col.j. Et hoc præſertim vide-
tur procedere accedente interuallo temporis,propter quod metus pur-
gari præſumitur: vt not. Bald.in d.l.ij. cum ſimil.vbi tradit Alexan. Et
iſta concluſio ſanè intelligitur, & bene procedit ceſſante
cauſa metus. Sed eadem cauſa metus durante & ſubſiſtẽ-
A
te,nũquam [a] etiam cum interuallo metus purgari vide-
tur: vt not. Bald.in dicta l.ij.verſicu.ſed quæro.quem refert & ſequitur Alexan. in conſil.lxviij.libr.iiij.ſ.allega. & And.Sicul.in conſil.liiij. col.xiiij.libro j. & hoc etiam probatur ex eo quod no. Cy. in d.l.ij.col.fi. per iſtam gl. vidi ſemel. vbi dicit ꝙ debitor qui fuit carceratus & coactus preſtare cautionem de ſoluendo communitati illud quod debebat creditori ſuo, licet poſtea liberatus fuit, & cum interuallo ſolutionem fecit: excuſatur tamẽ propter metum: quia niſi ſoluiſſet, iterum capi potuiſſet à communitate, & ſeuerius tractari. Et ſic durante cauſa metus non videtur purgari. & hoc idem tradit Angelus

a Nũquã Deci. cõſ.ccccclxviii.n. 23.conſi.ccccxcviii.nu.17. dixi ad Alex.cõſ.xcviii.libro.iii. & ad Philip.Deci. l. pacta nouiſſima.num.12.C. de pact.& conſil.cxix. colũ.ii. Adde Hieron. Grat.conſil.xlviii. libro.ii. C. Molinæus.

in l.

in l.qui aliena.§.Celſus.de acquir.hæred.vbi concludit quòd ſi ſit contractus venditionis celebratus per metum, ſi poſtea traditio rei venditæ facta ſit ex interuallo durante eadem cauſa metus, illa traditio videtur facta per metum.& ſequitur Alex.ibi, inferendo poſt Ang.ad confeſsionem factam ex interuallo poſt torturam. Et idem comprobatur ex deciſione quam ponit Bart.in l.ob turpem.col.fi.ver.& adeò in quæſtione de facto.ſ.de cond. ob turp.cau.de marito † qui verberauit vxorem quæ nolebat conſentire cuidam inſtrumento: ſi poſtea ex interuallo mulier conſentit, certe, dicit Bart. videtur conſenſiſſe metu mariti: quia donec durat matrimonium, durare dicitur metus. Et idem not. Abb. in c.accedens.in iij.not. de procurat.vbi inquit, ille qui tenetur alicui libertatem reſtituere, non liberatur, illum relaxando ſimpliciter in ſuo territorio: quia non dicitur eſſe in libertate, cum de facili retineri poſsit. Et no.Bar.in l.qui in carcere.ſ.quod met.cau. Et idem in ſimili.caſu tradit Pet.de Anch.in cõſ. ccix.ſ.allegato, col.fi.& in alio ſimili caſu de rege Cypri ſcribit, Card.in conſi.cxxxvij.redemptoris omnium, qui eſt rex regum.& Cald.in conſi.j.in tit.quod met.cau. Et Abb.per illum tex.in c.accedens.circa fi.de conuer.coniug.Are.in conſi.xiiij.viſo & diligenter conſiderato.col. x.quod reſtat nũc videre de quarto dubio.Alex.in conſ.j. viſo proceſſu.col.iiij.libr.iij.& Andr.Sicul.in conſi.liiij. col.xiiij.& ſequenti.lib.j.& in conſi.vlt.col.xj.lib.ij.

## In l. Furioſi. Argumenta.

1 Prodigus quis vere dicendus.
2 Prodigus non verbis, ſed factis agnoſcitur.
3 Teſtes prodigum aſſerentes rationem aſsignare debent.
4 Prodigo non petenti datur curator. & nu.7.
5 Prodigus in acquirendo aſsimilandus eſt pupillo.
6 Prodigus in delictis non tolleratur, ſicut in contractibus.

### REGVLA XL.

FVRIOSI *vel eius cui bonis interdicitur, nulla voluntas[a] eſt.*

¶ DE furioſo dictum eſt in regula in negotiis.ſ.eod. Hic dicendum eſt de prodigo. Et de æquiparatione quæ hic facta videtur.

¶ Nam prodigus dicitur, † qui nec tempus nec finem habet expenſarum. Sed bona ſua dilacerando & diſsipando profundit.l.j.§.j.ſuprà de cur.furio. Et prodigus cogno- 1

a Volũtas. Furioſus tamẽ obligatur ex cõtractib⁹ in quibus obligatio contrahitur re ipſa ſine cõſenſu, per tex.in l. furioſus.ſ. de actio. & oblig.



2 ſcitur † ex factis, non ex ſermonibus: vt not.Bart.in l.is qui.§.diuus.ſ.de tut.& cur dat.ab his.

¶ Et prodigus dicitur, qui expendit vltra ſubſtantiam ſuam, citra neceſsitatem: vt no. Ange.poſt gloſſ.in §.cùm verò.in auth.vt deter.ſit num.cler.col.j.Et no.Ang.Aret. in §.furioſi in fi.inſtit.de curat.

3 ¶ † Et ad probandum quem eſſe prodigum, debent teſtes aſsignare rationem[a]: quia vident quotidie illum dilapidare & exponere valde vltra facultates eius.ita Bal. dicit in l.vbi adduc.col.antep.C.de iur.dot.

a Rationem. Alex. conſ.cxlvij.nu.16.li.vii. Iaſ.conſi ii.col. iii.lib.i. conſil. lxxxv.cum ſeq. lib.ii.C.M.

¶ Et probatur quis furioſus, vel prodigus, ſi coniuncti habent illum pro furioſo vel prodigo.vt not. Bald.in §. item furioſi.inſt.quib.non eſt per.fa.teſt. Alex.refert.& ſequitur in conſi.liiij.ad quæſitum lib.j.

¶ Et per dationẽ curatoris probatur ꝙ quis ſit prodigus, vel furioſus: quia pro decreto præſumitur: vt no.Bal.Ang. & Sal.in l.cum te.C.de prob.cum ſi.vt Alex.tradit in conſi.lxxxij.viſo & opportunè diſcuſſo.col. iij.libr.j.& Cor. Peruſ.in conſi.xxj.viſa dicta repudiatione. lib.ij.

¶ Et ille qui eſt datus curator, non poteſt dicere, nec auditur ſi dicat illũ non eſſe furioſum, vel prodigũ cui datus fuit curator: vt tradit Rota in v.deci.in tit.de teſt.in anti. cum ſimil.vt proſequitur Feli.in c.lator.col.ij.de re iud.

¶ Et talis prodigus æquiparatur furioſo, vt hic dicitur. Ad idem text.in l.Fulcinius.§.adeò.in verſi.idémq; & in prodigo.ſ.ex quib.cau.in poſſ.ea.in l.is cui bonis.de ver. oblig.& in l.ſi prædia.ſ.de reb.eo.in l.j.C.de cura.fur.& in § hæc dicimus.in auth.vt qui ſe res mi.obli.ha. perhi.

¶ Et propter iſtam æquiparationem dicit Bald in l.qui habet.in prin.verſi.quid in prodigo.ſ.de tute.quòd prodi-
4 go † etiam non petenti[b] dari poteſt curator: quia furioſo
5 æquiparatur vt not.Bart.in l.hæ autem.in prin.ſ.ex quibus cau. in poſſ.eatur.

b Non petenti. Vide Iaſ. in l.ſi is cui bonis. de verb.obl.in iii.col.in vi.no. vbi etiã ponit quando æquiparetur furioſo, & quando pupillo.

¶ Et pari ratione concludit Bar.poſt antiq.in l.ex facto. col.vj.ver quæro vtrũ.de vul.& pup. ꝙ ſicut furioſo ſubſtitui poteſt, ita etiam prodigo, cum ſi.vt ibi tradit Alex.

¶ Et an talis æquiparatio de furioſo ad prodigum procedat vbi ſit eadem ratio, videlicet quantum ad hoc ne prodigus faciat deteriorem eius conditionem, quia illis bonorum diminutio interdicta eſt.l.Iulianus.in princ.ſ.de cura.fur.l.ſi is qui.§.fi.ſ.de tuto.& cura.da.ab his.& ita regula iſta loquitur.

Secus

a Mortem. Idem Lancelo.Pol.in tract.ſubſtit.de exempla.ſubſti.num.14.licet communis contrà, vt alibi plene dixi.C.M.
b Alex.Et Iaſ. ibi in ix.col.verſi.ſecundo quærit Bart.&c.
c Nam.dixi in conſuet.Pariſien.§.xxx.q.xiiij.nu.65.C.M.
d Citari.hæc vera & obſeruatur.C.M.

e Administrationẽ.Adde tamen gloſ.d.l.is cui bonis.& ibi Iaſ. in iii.col.in fine. vbi dicit quòd furioſus poteſt cõtrahere, obligari, & alienare, ante quã interdictũ ſit bonis:& cõmuniter tenetur illa gl. pro ut ibi Ia. ĩ ver. proclara intelligentia & pro opin.do. Phil. facit vnũ dictũ Bar.in l.qui habet.§. ſi pupillus. de tut. ff. vbi dicit,quòd furioſus & prodigus accipiũt curatores ignorãter.per l.Fulcinius.§. adeò. hic alle.ergo ſi ignoranter patet ſine citatione, vt dictum fuit in d.regu. qui poteſt. Iaſ. tamẽ in repet.l. Gall⁹.§.& q͞d ſi tantum.col. xix. vult reprobare dictum Pau.de Ca.reſpondendo ad regul. qui põt tamen nihil facit. Item facit pro iſta opin.

¶ Secus ergo videtur quo ad acquirendum ſibi: quia non prohibetur ſibi acquirere ille cui bonis eſt interdictum, l.is cui.in prin.de ver.obli.l.certi condictio.§.quoniam. verſi.item quæri poteſt.ſ.ſi cert.pet.& not.Bart.hic.

¶ Et reſpectu acquiſitionis †prodigus pupillo æquiparatur:quia non poteſt obligari ſine tutoris autoritate,& tamen ſibi acquirit.§.j.inſtitu.de auto.tuto.l.pupillus.ſ.de acquir.rer.domi.& not.Alexan.d.l.is cui.in princ.de verb. oblig.Nam prodigis in eius fauorem bonis interdicitur: & ideo non dicitur propter hoc capite diminutus: nec dicitur condemnatus,licet declaratus ſit prodigus:vt notat Bal.in l.ſi.col.pen.verſi.hic dubitatur quid de prodigo.C. vnde legit.reputatur tamen prodigus vilis perſona.l.non debet.ſ.de dolo.

C.de ſer.fu. vbi inquit, quòd in atrociſsimis conſulens pu-
nitur, licet principalis fuiſſet aliàs facturus.
¶ Non obſtat text.in c.ſicut dignũ. quia loquitur in ho-
micidio ſimplici. Non obſt.§.illud. quia loquitur de cõ-
ſilio nudo quod nihil addit,& glo.ibi dicit. Secus videtur
in cõſilio quod augeret malitiam: licet aliàs eſſet factu-
rus,& de duplici conſi.no. per glo. in cle.in ver. conſilia-
rios.de foro compe.
6 ¶ Secundo prædicta diſtinctio † non habet locum quãdo
B ſpecialis [b] pœna conſulenti imponitur: quia tunc diſpo-
ſitio legis de qua cõſtat, attenditur. l.j.C.de rapt.virg. vbi
Sali.in viij.col.verſi.ſecundo quæro.& no. Bar. in l.is qui
opem.ſ. de furt. vbi allegat text.in l.j. C. de nili agger.
non rump.& hoc modo procedit text.in l.j.§. perſuade-
re.ſ.de ſer.corrupt.ſecundum Sali.in l.j.colum.ix. de ra-
ptu virginum.
7 ¶ Tertio prædicta diſtinctio non procedit † in interdi-
c cto vnde vi. [c] in quo ex conſilio quis non tenetur: vt no.
Inno.in c.querelam.de elec.per c.cum ad ſedem.de reſti.
ſpol.ſequitur Ang.in d.l.is qui opẽ.circa fi ſ. de fur. Bal.
in l.ij.col.x.ver.ſexto quæritur.C.de ſerui.& aqua. Abb.
in c.ſicut dignum. col. fi.de homi. vide tamen Ro. in ſin-
O gulari

a Habet. Adde eũdẽ do. Phil. in d.ca.j. colũ. vi.verſic. prædicta diſtinctio &c. & idem quod tenet Felin.in d. ca.i.tenet in d.c. ſicut dignum.

b Specialis. Idẽ tenet in ca.i. in vii. fallen. & ibi Felin. in ii. limi.

c Vnde vi. Idẽ vbi ſ. v. fallẽ. & ibi Felin. ver.limita quarto.& Iaſ.remiſſiue in §. omnes. inſtitu. de actio.ii.colũ.& l.i.C.de ſer.fugi.iiii.col.H.C.

gulari dcclxij. in contractibus. vbi dicit contra Inno. fuiſſe determinatum per dominos de Rota, per ca. ſicut dignum. de homicid.

¶ Quarto non procedit† quando ille cui fuit datũ conſilium nomine [a] conſulentis deliquit: quia tũc conſulens indiſtinctè tenetur: vt not. Bal. in l. metum. in fi. C. quod met. cau. allegat c. cum quis. de reſti. ſpo. Et licet ipſe loquatur in mandante, idem videtur in conſulente, quia apparet quòd ſit motus ex conſilio. 8 A

a Nomine. Idẽ tenet vbi ſupra in vj. fallen.

¶ Et ad prædicta notandum eſt, †quòd in dubio [b] præſumitur quòd principalis motus ſit ex conſilio, & quòd non fuiſſet aliàs facturus: quia in dubio non præſumitur delictum. l. merito. ſ. pro ſoc. c. j. de ſcrutinio. ita Feli. dicit in c. j. col. v. ver. vtrum autem. de offi. deleg. Sed ratio præalleg. videtur facere in contrarium: quia hoc modo conſulens plus punitur, & principalis non propter hoc magis excuſatur. Idem tamen quod dicit Feli. tenet Bal. in l. data opera. col. xvij. C. qui accuſ. vbi allega. l. j. C. de rap. virg. & idẽ expreſſe dicit Ang. in l. j. in prin. in verſi. vltimo eſt videre. ſ. de eo per quem factum erit & Ioan. de Ana. poſt Cardi. in c. ad audientiam. in v. col. in fin. de homici. & dicit Bal. in l. j. col. ij. C. de ſer. fug. quòd an eſſet aliàs quis facturus, in probatione facti conſiſtit. Ex coniecturis tamen poteſt probari: vt no. Bal. in d. l. j. col. iiij. facit quod not. Bar. in l. ſi ventri. §. fi. ſupra de priuileg. credi. Bal. in c. j. §. iniuria. col. viij. verſic. quæro ſi Titius. de pace iur. firm. & in l. multum intereſt. col. iij. C. ſi quis alte. vel ſibi, cum ſimil. Sed ceſſantibus coniecturis præſumendum eſt in dubio quòd nõ fuiſſet aliàs facturus: vt ſupra dictum eſt. 9 B

b In dubio. vide eũdem, vbi ſ. col. vij. verſic. & eſt notãdũ. & Felin. c. ſicut dignum. iiij. col. verſi. tertia cõcluſio, & vide Bal. in ſua Margar. in verſ. cõſilium. vbi dicit quod quando quis locutus eſt alicui, & iuit & commiſit delictum in breui ſpatio, ꝗ præſumitur feciſſe de conſilio illius, quod not. H. C.

¶ Et vlterius ad declarationem ſupradictorũ notandum eſt primo, †ꝗ ad hoc vt ex cõſilio quis teneatur requiritur quod delictum ſequutum ſit: [c] vt no. Card. in cle. j. in prin. in q. xij. de pœnis. Et in ipſo actu debet conſilium præſtari: vt tradit Signorolus in conſi. cxxxv. in q. circa fi. Et hoc quod dictum eſt intelligitur niſi conſilium per ſe cõſideretur: quia etiam per ſe eſt titulus criminis, & indiſtinctè punitur: vt not. Bald. in l. data opera. col. xvij. in prin. C. qui accuſ. vbi alleg. l. j. §. perſuadere. ſ. de ſer. corrupt. & idem dicit Bart. in l. non ſolum, §. ſi mandato. ſ. de iniur. & ſequitur Ang. Aret. in d. verſi. mandatorem. in fi. & tali caſu punitur etiam facto non ſecuto. vt no. Sali. in l. 10 C

c Sequutũ ſit. Idem in d. ca. i. col. vj. verſi. iiij. ad hoc, &c.



in l. j. col. iij. in j. quæſt. C. de rapt. virg.

11 ¶ Secundo notandum eſt. quòd ad hoc vt quis ex conſilio obligetur. probãdum videtur quòd conſilium præ-
A ceſſerit delictum [a], vt no. Bal. in l. j. col. iiij. C. de ſer. fug. & in l. ob hæc verba. col. ij. de his qui notan. infa. vbi allegat gloſ. in l. ſi verò non remunerandi. §. ſi verò poſt creditum. ſ. mandati. ſequitur Alexan. in conſi. cxcvj. circa columnam j. lib. ij.

a Delictũ. Idẽ vbi ſ. colum. vi. verſic. tertio limitatur. & Iaſ. in d. l. j. in v. col. verſ. ii. diligẽter not. &c.

12 ¶ Tertio requiritur, †quòd conſilium ſit ad malum [b], &
B quod conſtet de malo conſilio: aliàs in dubio debet interpretari quòd bonum ſit conſilium, vt conſulens non teneatur: vt no. Bal. in l. j. col. iiij. verſi. & not. quòd conſilium. C. de ſer fugi. & ſequitur Alexan. in conſi. cxxviij. quoniam abundè. lib. iiij. facit tex. in l. meritò. ſ. pro ſocio. facit quod no. in l. j. C. de his quib. vt indig. de verbo, vindicta. & ibi Pau. de Caſt. & Alex. Et de verbo, auferri. not. Ang. in l. poſtquam. circa fi. de pet. hære. cum ſimi. vt dixi in ca. in præſentia. de proba.

b Malũ. Idem tenet vbi ſ. ver. ij. conclu. in vj. col. & Iaſ. in d l. j. col. v. verſic. iij. multum no. & cætera.

13 ¶ †Quarto conſulens non poteſt condemnari ſi princi-
C palis fuit abſolutus: vt not. Inno. [c] in c. ſicut dignum. de homici. vbi Abbas & Ioan. de Ana. ſequuntur. & Pet. de Ancha in regula, acceſſorium. in xj. char. colum. j. verſic. iuxta prædicta quæro. de regu. iur. in vj. & dixi in conſi. viij. col. iiij. in fine.

c Inno. Caue, quia Innocen. ibi nõ loquitur de abſolutione iudicis, ſed partis. Idem tamẽ vult Deci. in c. j. col. vij. de offic. delega. vbi hoc reprobaui. Car. Molin.

14 ¶ †Quinto conſulens non tenetur ſi conſilium reuoca-
D uit [d], vt no. Inno. in c. ad audientiam. de homi. cum ſimi. vt tradit ibi Ioan. de Ana. col. iij. & declarat vt per Ang. Aret. in d. verbo, mandatorem. in fi. Et dictum Inno. ſequitur Bal. in d. l. non ſolùm. §. ſi mandato. col. iij. de iniuriis. cum ſimi. vt tradit Alexan. in conſi. lxv. viſa. col. iij. lib. iiij. Felin. in d. c. ad audientiam. in fi.

d Reuocauit. Vide Felin in d. c. i. verſi. limita quinto. & ibi domi. Philip. in xi. fallen. vii.

15 ¶ †Sexto, ſtatutum quod imponeret pœnam facienti
E non haberet [e] locum in conſulente. Et hoc in ſimili in mandante tradit Bal. in l. non ideo minus. col. vj. ver. ego reuertor. C. de accuſa. & latè Alexan. in d. conſi. lxv. lib. iiij. ſ. allegato. facit quod no. Bar. in l. j. ſ. de ſicar. Abb. in. c. inter ſolicitudinem. de purga. vulga. no. in c. mulieres. de ſenten. excommu.

e Haberet. idẽ tenet Felin. d. c. i. in fi. iii. col.

16 ¶ †Septimo, propter diuerſam qualitatem facientis cõ-
F ſulens quãdoq; in minori pœna [f] punitur. l. qui ſeruo §. idem placuit. & ꝗ ibi Bar. ſ. de fur. §. hi qui. verſi. ſi verò ope. inſtit. de oblig. quæ ex delicto. Sali. in d. l. j. col. viij. in ij. q.

f Pœna. Idem tenet vbi ſ. in vii. colũ. verſicu. octauo fallit.

in ij.q.C.de rapt.virg.facit text.cum glo.fi.in c.tanta.lxxxvj.diſt. & no. Io.de Ana.in d.c.ſicut dignum.§.ille etiam.de homi. & facit quod not. Bar.per illum tex.in l.huius actionis.ſ.quod falſo tuto.

¶Vltimo eſt videndum † quando quis dicatur [a] conſilium præſtare.de quo not.Bald. in l.j.in iiii. oppo. C. de ſer.fugi.Bar.in d.l.non ſolùm.§.mãdato.in fi.Ang. Aret. in d.ver.mandatorem.in fi.& in no.quæſt. tradit Ang.in conſi.xxij.pro deciſione quæſtionis. Bal.in conſi. cxx. in quæſtione.lib.iij.Bartholomæus Veron.in cõſi.xxvij.col.j. Et plura de materia conſilij ſcribit Lucas de Penna in rub.C.de ſilentia.lib.xij. 17

a Dicatur. Vide eundẽ in d. c.i.colum vij.in fi.verſi. poſtremo,&c.

## In §. Socij mei ſocius. Argumenta.

1 Vaſallus vaſalli mei an ſit mihi vaſallus.
2 Baronis regis homines,non dicuntur regis homines.
3 Amicus inimici mei,non ſtatim mihi eſt inimicus. & nu.4.

SOCII *mei ſocius,meus ſocius non eſt.*

¶ET glo.hic dicit.Regula iſta colligitur in l.qui admittitur.ff.pro ſocio.cum l.ſequen.vbi iſta duo verba ad literam habentur.& facit tex. in l.Modeſtinus.ſ.de verbo.ſigni.vbi dicitur quòd libertus liberti mei non eſt libertus meus.glo.ibi per iſta iura arguit,quòd † vaſallus vaſalli mei non dicitur vaſallus meus.& idem not.per glo.in l. de acceſsionibus,in glo.mag.ſ.de diuer.& tempo.præſcript.& glo.per illum text. in c.legitur.lxxxj.diſtin.& rationem adducit Bal.in c.j.§.rurſus.in fine. de controuer.inueſt. 1

¶Et de hoc vaſallo intelligitur quando eſt vaſallus vaſalli mei ratione alterius rei.Secus ſi pro eadem re:vt no.in c.j.§.illud. in tit. de prohib. alie.feu.per Fede.& ita Bar.concludit in d.l.de acceſsionibus.in prin. & in l.Claudius.col.fi.ſ.qui pot.in pig.hab.& idem Bal.in l.j.col.ij. verſi. quæro teſtator,C.commu.de lega.vbi inquit,quòd vaſallus vaſalli mei non eſt vaſallus meus inſpecta obligatione conuentionis:ſicut & colonus coloni mei nõ eſt colonus meus.Sed inſpecta re mea quæ ad ipſum pertinet,vaſallus meus dici poteſt.

¶Et ex prædictis infert Spec.in tit.de feud.§.j.col.xij.in verſ.xiij.quæritur,quòd homo hominis mei non eſt homo meus; ex quo patet ſecũdùm eum,† quòd homines alicuius Baronis regis non dicuntur homines regis,& dictum Spec.ſequitur gl.in cle.j.in verb.exiſtere.de iureiu. facit quod no.Bal. in.l j.in fi.C.vnde legit.cum ſimi.vt dixi ibi. 2

¶Infertur etiam ſecũdùm And.de Piſ.in l.quia admittitur.prout Fulg. ibi refert,quod † amicus inimici mei nõ eſt meus inimicus.licet de fide detrahatur,Bar.tamen in l.ſciendũ.§.ſi accuſatio.ſ.de leg. dicit,quòd non ſolùm inimicus,ſed etiam amicus vel domeſticus inimici mei eſt mihi ſuſpectus. Et de hoc eſt gloſſ.in cap.ſi inimicus.in verbo,nolite.xciij.diſt.facit tex.in l.liberi.C.de inoffic.teſtam.& in c.repellantur. de accuſation. Et concludendũ eſt,ſi ſit copulata amicitia cum inimico meo [a] in perniciem meam dicitur inimicus, adeò quòd feudo priuari poteſt:vt per glo.in l.j.§.cùm patronus.in verſic. cum inimicis. ſ. de offic.præfect.vt in d. l. liberi. in verbo,amicitias.& in cap. j. §. porro. in verbo, aſſaliuerit. dum loquitur de conſpiratione facta contra dominum. & in cap j.§.j.in verſic.concubuerit. quibus modis feud. amitt.† Aliàs verò propter amicitiam priorem,vel poſtea ſimpliciter contractam non reputatur inimicus, ita quod repellatur à teſtimonio, ſed bene detrahitur de fide:vt concludit Cyn.in l.ſi quis teſtibus.colum.fin. verſi. octauo quæritur.de teſtibus.& Bal.ibi ſequitur.col. fina. verſi.quærit Cyn. 3

A

4

a Inimico. ad- de Feli.in cap. accedens. lo.ii. in prin.& Phi. in c.poſtremo. ii.col.de appel. vbi latè ponit ex quibus præſumitur quis inimicus. & Abbas in capit.ad hęc.lo.i. de ap.& Felin. c. cùm ſuper. de offic. delega. vbi dicunt quod ille qui nõ ſalutat me, præſumitur inimicus:qualiter intelligatur, vide per eos.etiã do.Aret. in ca. repellant ar.de accuſ.in i.colũ. H.C.



## In l.Quicquid calore.Argumenta.

1 Contractus calore iracundiæ initus, quando effectum ſortiri dicatur.
2 Votũ,nullum præſumitur,quod calore iracundiæ emittitur.
3 Votum,deliberationem non modicam requirit.
4 Iuramentum iracundia præſtitum,non ligat iurantem.
5 Confeſsio per iracundiã facta,reuocari poteſt ex iuſta cauſa. Excõmunicatio calore iracũdiæ lata,timeri debet vt valida.
6 Ira non excuſat delictum.
7 Delinquens quando propter iram excuſetur.
8 Delinquens per iracundiam prouocatus,puniri debet mitius.
9 Delictum per iram commiſſum, intra quantum tempus excuſari debeat.

REGVLA XLVIII.

QVICQVID *calore iracundiæ vel fit, vel dicitur,non prius ratũ eſt,quàm ſi perſeuerantia apparuerit,iudicium animi fuiſſe:ideoq; in breui reuerſa vxor nec diuertiſſe videtur.*

¶REGVLA iſta colligitur in l. diuortium. ſ. de diuor.quã gloſ.hic adducit:& ibi verba regulæ formaliter leguntur.ad idem tex.ij.q.iij.in c.ſi quis iratus.

1 ¶Et iſta reg.habet locum † primo in contractibus,prout loqui videtur.& tenet Bar.hic.& gl.in d.c.ſi quis iratus. per tex. in l. licitatione. in prin. ſ.de polli. Et limitatur

non habere locum in contractu facto cum eccleſia, vel ad pias cauſas: quia valet & retractari non debet. xvij. q. iiij. ſunt qui opes. quem tex. ad hoc alleg. Rom. in ſingu. cccccviij. incip. volo commentare. ſed ille text. intelligitur in eo qui fuiſſet aliqualiter concitatus: ſecus ſi alienatus à mẽte fuiſſet propter iracundiam: quia talis contractus non deberet ſeruari: vt not. Ioan. And. & Anto. de Butr. in ca. dudum. de conuer. coniug. cum ſimi. vt Felyn. [a] tradit in c. ſicut ex literis. de iureiur. Et hoc idem dicen- 1
dum videtur in aliis contractibus.

¶ Aduertendum tamen eſt, quia tex. in d. c. ſunt qui opes. ita legi & punctuari poteſt, quod nihil facit: vt dicamus, ſi illa verba tumultuario mentis impulſu, referantur ad reuocationem donationis, nõ autem ad donationẽ prius factam: & ita dicit Io. And. in d. c. dudum. circa fi. in verſi. item ſciendum. Sed iſte intellectus eſt contra illum tex. dum dicit, quòd prima donatio nõ habuit iudiciũ ibi: nec prima iudicium habuit. & ideo tenendũ eſt quod ſ. dixi.

¶ Secundo † etiam regula habet locum in voto: vt voluit 2
glo. not. in d. c. dudum. in ver. calore iracundiæ. in fin. Et hoc intelligitur quando eſt talis iracundia quæ alienationem mentis inducit: aliâs ſecus, vt Doct. ibi dicunt, vt ſ. retuli. & idem Abb. ibi concludit: quia Deus vult voluntarium militem. xv. q. j. c. non eſt. & facit tex. in c. ſicut. de reg. Et quia † inter alia in voto præcipuè deliberatio re- 3
quiritur. vt no Io. And. poſt ſanctum Thomam quem ibi refert in ca. literaturam. de voto. vbi Abb. & idem Abb. in c. ſicut ex literis. de iureiur. Roma. in loco præalleg.

¶ Tertio † idem dicendum eſt in iuramento quod ſi præ- 4
ſtitum fuit calore iracundiæ, non obligat: vt tenet Rom. in no. ſupra alleg. per l. ij. C. ad leg. Iuliam maieſt. & per tex. in d. c. ſicut ex literis. de iureiur. vbi Ioan. And. idem tenet. & hoc intelligitur, vt ſuprà dictum eſt de voto: quia in hoc votum & iuramentum à pari procedunt: vt Abb. concludit in d. c. ſicut.

¶ Quarto, † idem eſt in confeſsione. [b] quæ ſi facta ſit ca- 5
lore [c] iracundiæ, poteſt reuocari glo. no. in c. ex literis. in
verbo admonita. de diuor. vbi Abb. & no. Abb. in ca. cum 6
venerabilis. in gloſſ. ij. de exceptio. cum ſimil. vt Felyn. ſcribit in dicto capitu. ſicut ex literis. de iureiurando. Et de acceptatione ſecundi beneficij facta per iracundiam, quod non noceat, notat Abbas poſt alios, quos refert in c.

a Vt Fel. Idẽ etiam Fely. c. matthæus. de ſimo. & remiſſiue in ca. dilecti filii. de excep. pe. colum. Anto. Corſe. in repert. verſ. calore.

b Confeſsione. Felyn. in procœ. Gregor. col. i. Car. Mol.

c Calore. Ad de Iaſ. in l. ſi filiam. ii. col. C. de inoffic. teſta. vbi ponit, quid in exhæredatione, & in voto, & in iuramento, confeſſione, acceptatione beneficii: in accuſatione, & in dicto vel facto calore iracundiæ: & in omnibus concludit non valere, niſi poſtea perſeueraret in eadẽ volũtate: & in donatione facta eccleſiæ, tenet idẽ quod do. Philip. & idẽ etiam in delictis & in blaſphemia. H. C.



in c. de multa. colum. v. verſi. extra caſum gloſſ. de præben.

¶ Nota tamen, quòd ſententia excommunicationis lata per iracundiam, valet. c. ſi epiſcopus fortè iracundus. xj. q. ij.

6 ¶ † Prædicta regula non habet locum in delictis in quibus quis calore iracundiæ nõ excuſatur. l. ſi non conuitij C. de iniur. & Bal. ibi declarando iſtam materiã, dicit, quòd ſunt quædã quæ iuris effectum ſortiuntur: vt repudium, & votum, & alia de quibus ſ. dictũ eſt. Et in iſtis non
7 valet quod factũ eſt calore iracundiæ, per ſupradicta. † Quædam ſunt quæ nõ ſortiuntur iuris effectum, prout ſunt maleficia: & in illis nõ excuſatur delinquens, propter calorem iracundiæ quominus puniatur. d. l. ſi non conuitij. Aliàs raro propter homicidium eſſet quis puniendus: quia plerunq; cũ iracundia committitur. Et vt iſta differẽtia inter dicta & alia, de quibus ſ. dictum eſt, habeat locũ, dicẽdum eſt quòd in delictis non excuſatur delinquens ex calore iracundiæ, dato quòd maxima ſit iracundia propter quam alienatus ſit à mẽte per ea quæ ſ. dicta ſunt, & quãuis ex toto non excuſetur ille qui delinquit, pœna tamẽ mitigari debet in delicto commiſſo cũ iracundia. vt Ro. concludit in notabili ſ. alleg. facit text. in l. j. C. ſi quis imperat. maledix. in l. famoſi. ſ. ad l. Iul. maie. & idem Abb. concludit in c. j. de iniur. col. j. ver. puto ta-
8 men. vbi concludit, † quòd ille qui prouocatus ad iracundiã delinquit, mitius debet puniri. arg l. ſi adulteriũ cum inceſtu. §. imperatores. ſ. de adult. vbi dicitur, difficillimum eſt iuſtum dolorẽ temperare. & idem Abb. dicit in c. dilecti. col. fi. ver. credo tamen. de excep. cum ſimi. vt ibi Fely. tradit. & quãtum ad iſtã mitigationem pœnæ quæ debet fieri ratione iracundiæ de qua agitur, debet probari quòd talis fuerit iracundia quæ ipſum delinquentẽ à mente alienauerit: quia aliàs nullã haberet excuſationem. ſed ordinaria pœna eſt puniendus. d. l. non cõuitij. & idem no. Abb. in c. j. in ij not. de his qui fil. occid. Et difficile eſt probare talem iracundiã: vt Abb. dicit in d. c. dudum. de cõuer. coniug.

9 ¶ † Et infrà quãtum tempus ille qui dicit alicui vel fecit iniuriã poſsit ſe excuſare, allegando illud dictũ vel factum fuiſſe per iracundiã, not. Luc. de Penna in l. omnes omnino curiales. de decur. lib x. col. ij. verſi. ſed pone, Titius vbi varias refert opi. & videtur reſidere quòd infrà triginta dies hoc allegari poſsit. & alleg. bonum tex. xj. quæſt. iij. in c. cum apud. & in l. ſi vendicari. C. de pecul.

## In l. Alterius circunuentio. Argumenta.

1 Actio non quæritur domino ex ſerui maleficio.
2 Actio non quæritur non conſentienti.

REGVLA XLIX.

ALTERIVS *circunuentio, alij non præbet actionem.*

¶ VLTRA gloſ. exemplificari poteſt in l. quòd ſeruus. ſ. de acquir.
1 poſſeſ. in fi. † vbi ex maleficio ſerui domino actio non acquiritur. Et ra-


tio

tio regulæ videtur:†quia ille cui actio acquiri debet,nõ videtur conſentire in illicitis.ar.l.procurator.verſi.quòd 2
ſi indebitum.ſ.de condict.indeb.l.ij.§.ſi procurator.ſ. quod quiſque iur.in l.ſi pater.de his quæ in fraud.cred.& idem videtur in acquiſitione quæ fit ex diſpoſitione legis per prædicta iura.

## In l. Culpa caret. Argumenta.

1 Seruus excuſari debet,qui domino ſubuenire non poteſt.
2 Communitas quando ob ciuium delicta teneatur.
Delictum non impediens,quando ipſum perpetrare dicatur.
3 Procurator dominum in pœnam cadere facit quandoque.
4 Delicto obuiare an teneatur quis ciuili iure.
5 Pecunia quando licitè recipiatur pro defenſione alterius.
6 Periculum incurrere nemo tenetur.
7 Benefacere alteri nemo compellitur.
8 Offenſum iuuare valens,ſaltem clamando,non tenetur ſi non fecerit.
9 Maieſtatis læſæ conſcius punitur,ſi non reuelauerit.
10 Delicto obuiare tenetur quis Canonum iure.
11 Canones ſi à legibus diuerſum ſentiũt,hoc ipſum exprimunt.
12 Veritas ſola in foro conſcientiæ eſt attendenda.
13 Ius ciuile creditur iuri Canonico inhærere,vbi non diſcordat expreſſe.

### REGVLA L.

CVLPA *caret qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.*

¶ FACIT alia regula quæ habetur in l.nullum crimen.j.eod.vltra glo.exemplificari poteſt in l.j.§.occiſorum.ver.hoc ideo.ſ.ad Sillan.vbi†excuſatur ſeruus qui 1
domino opem ferre nõ potuit.& ad idem tex.in l.ſi quis in graui.in princi.eo.titu.& in l.item quæritur.§.exercitium.ver.Labeo ait.in l.ſi fundus.§.fin.ſ.locati.ibi,à te aut ab eo prohibeatur,quem tu prohibere ne id fiat poſſis.& ad idem bonus tex.in l.adigere in prin.ſ.de iure pa. ibi,etiã is qui libertũ iurare patiatur:& quod not.Bar.in in d.§.occiſorũ.& plura ſimilia ad hoc tradit Ro.in cõſil. vij.viſis neceſſariis.col.fi.cũ ſi.vt dixi in cõſi.lxiiij.col.iij.

¶ †Et de communitate quando teneatur ex delicto ci- 2
uium,quos prohibere potuit not.Pau.[a] de Caſt.in conſi. A
ccccxxiij.quia ſcio.colum.ij.& adde quod not.Bald.in l. ij.quæ incip.qui ſeruus.ſ.de noxali.vbi inquit,quòd ille qui non impedit maleficium, quando ad eum ſpectat prohibere, videtur ipſum perpetrare. Et ideo in-
fert,†quòd procurator facit incidere dominum in pœ- 3
nam

a Pau.conſil. ccccxxiii. colũ. pen.libr. ii.adde Ang.conſil. ccxlvj. Corne. conſil. ccxxiiii. lib.iiii.Iaſ.conſil.cxxxix libr. iiii.Alber.Bru. cõſi. xxviii.col. fi.Car.Mol.



a Teneatur. Quòd ſic,latè Io.Igne.in l.j §.ſerui appellatione.nu.132.cum ſequen.ſ.ad Sillan.diei ad Deci.c.j.de offic.deleg.Idem Alberi.in d.l.metum autem.§.ſed licet.Carolus Mol.

b Tenet.Vide eundem.in c.j.de offic.deleg.in iij.col.ver.in glo.ij.&c.vide de verbo ad verbum dicit omnia quæ hic,& ibi Fely.ij.col.ver.cõclude ergo,&c.& Abb.ij.colum. ver.aduerte.& Barb. viij.col. verſi. capio.& idem Iaſ. in l. vt vim.pe.col. in princi.ff.de iuſti. & iur. & Ancha.ca. dilecto.de ſentent. excom. lib. vj. ij.col. verſic.ſi quis tamen.idẽ Aretin. §. iuris præcept.inſtit. de iuſt.& iure. in fin.& Fely. in ca.qui alios. de hæret.& ſic patet hanc eſſe communẽ opi. quòd de iure ciuili quis non tenetur alium defendere,niſi in caſibus traditis per Bart. & alios in d.l. vt vim.& per Ancha.vbi ſuprà,tamẽ vbicunq; quis defenderet extraneum & eũ defendendo aliũ occideret, non veniret puniendus. ita Iaſon vbi ſ.colũ.antepe.verſic.ſed pulchrum dubium,vbi dicit hanc eſſe communem opi.& vide do Phil.

nam: licet non habet ſpeciale mandatum ſi dominus ſcit & patitur.alleg.l.ſemper qui non prohibet.j.eod.Et non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ,qui cum poſſit,manifeſto facinori deſinit obuiare.xxiij.q.iij.in ca.non inferenda.& c.qui poteſt.& in c.quãtæ.in fi.de ſent.excom.

¶ Et ad declarationẽ huius regulæ,videndum eſt de duo-
4 bus quæ in gloſ.habentur.Primo,†an de iure ciuili quis
A teneatur [a] delicto obuiare,& alium defendere ſi poteſt.
Secundo,quid de iure canonico.Circa primũ gloſ.cõclu-
B dit quòd nõ.& hoc tenet [b] Bar.in l.j.§.ſed in eo.ſ.ad Sillan.& in l.metum.§.ſed licet.ſ.quod met.cauſa per illũ tex.vbi quis licitè poteſt pecuniam accipere vt alium defendat:ergo datur intelligi quòd nõ tenetur,quia turpiter acciperet.l.penul.ſ.de condi.ob tur.cau.& ita per iſtã rationem tenet gloſſ.in ca.quanto.de ſent.excom.Et iſto fundamento vtitur Iac.But.quem Bar.refert in l.vt vim. col.j.ſ.de iuſt.& iur.Salice.in l.quiſquis.§.id quod.C.ad leg.Iul. maieſt.& Rom.in conſil. cxvij.ex præmiſſa. Et prædictam rationem omnes Moder.vbique ſequuntur.

¶ Sed tamen rationi prædictæ dupliciter reſponderi poteſt.Primo,quod text.in d.l.metum.§.ſed licet.loquitur
5 †quando quis ſuſcipit defenſionem alterius generaliter vt liberetur à vi hoſtium vel latronum:tunc enim licitè accepit pecuniam:quia videtur locare operas ſuas,vt colligitur ibi,mercedem accepiſſe videtur. Et tali caſu res tractum habet ſucceſſiuum: ſecus videtur quando agitur de aliquo caſu particulari & momentaneo occurrenti,prout Docto.loquuntur:quia videtur quòd alium quis teneatur iuuare, ſi poteſt.vt hic in regula à contrario ſenſu probatur.

¶ Secundo,reſpondetur,quòd tex.in d.§.ſed licet.loquitur quando quis non poterat alium iuuare & defendere ſine periculo eius:quia agebatur quòd illum defenderet à vi hoſtium & latronum:& hoc gratis facere non debet:
6 †quia quis nõ tenetur ſubiicere ſe periculo.c.ex parte.lo. ij.de appel.ſecus videtur quãdo abſque periculo hoc fieri poſſit:prout Doc.loquuntur.& ita Alber.dicit in d.§.ſed licet.

vbi ſ in v.col.in ver.& ſubiicit in iſto primo membro,&c.Hieron.Chuc.

a Occidere.Iaſ.ſequitur ibi Bal.in vij.col.ver.& ex hoc vltimo,&c.dicēdo quòd eſt ſpeciale in crimine læſæ maieſt.quod quis teneatur reuelare: & ſic quòd in aliis quis non teneatur.

b Teneor.Fallit in eo qui aliquo iure ciuili eſt obligatus ad defenſionem vel amolitionē periculi,vt filius ſeruus,.vaſallus.vide Ioannem Igneum, in l.j.§ quòd ſi quis puta veneno. nu.22.cū ſequen.ad Sillan.C.M.

licet.& not.Bal.in l.j.col.iij.C.de ſer.fug.vbi iſtam reg. intelligit,quando quis commodè poteſt alium defendere. Pro communi tamen opin.facit,† quia non compellitur quis alteri benefacere:vt per gloſſ.in c.ad reprimendum.de offic.ordi. Sed reſponderi poteſt hoc nō habere locum in delictis in quibus quis obuiare debet ſi poteſt.vt in regul.hic à contrario ſenſu. 7

¶ Et retenta communi opi.Bald.in d.l.vt vim.in viij q. ſ.de inſtit.& iure.infert,† quòd ſi potui offenſum iuuare 8 clamando,& non feci,non teneor: & ſi ſcio quòd Titius velit occidere[a] Seium,ſi tacui,nō teneor[b]: licet eſſet honeſtum reuelare.& idem Pau.de Caſt.in l.j.C.de his quibus vt indig.& facit quod not.Bar.in l.vtrū.in fi.de parricid.& in l j.§.occiſorum.ſ.ad Sillan. A B

¶ Et prædicta communis opi.limitatur ſecundum Bal. in c.j.de offic.deleg.non habere locum in delicto parricidij.per d.l.vtrum.& idem Bart.in d.l.j.§.occiſorum.de quo dicendum eſt,vt dixi in d.ca.j.col.iiij.de offic.deleg.

¶ † Similiter in crimine læſæ[c] maieſtatis punitur ſciens 9 qui non reuelauit.l.quiſquis.§.id quod.C.ad legem Iul. C maieſt.& not.Barto.in d.l.j.§.occiſorum.in d.l.vtrum.in fi.vbi ex hoc infert,quòd ſubditus qui ſciens non reuelauit tractatum contra principem,vel contra ſuā rempublicam,quòd puniatur.& ſequitur Abb.in d.c.j.de offic. deleg.& in c.j.de reſtit.ſpol.

¶ Et hoc ſanè intelligitur,quando ſciens tale delictum committendum,illud probare[d] poteſt: aliàs ſecus.vnde D vt not.voluit Bal.in conſi incip.quanquam.quem Ange. Aret.refert in tract.maleficiorum.in ver.che hai tradito la tua patria.col.iiij.verſi.quòd crimen læſæ,&c.Et pro

c Læſæ.Idem tenent omnes quos allegaui, in j.apoſtil.ſuper litera a,& vide Felyn.in c.quāto.de ſent.excōi.vbi refert omnes tenentes contra dictū Bart.& in cap.qui alios.vbi dicit quod non ſeruatur in practica:licet in c.j.de offic.deleg.dicat quòd ſic.& idem Ange.in tract.maleficiorum, hic alleg.& dictū cōſi.nunquam potui reperire.& adde,quòd coniunctio ſanguinis excuſaret aliqualiter non reuelantem,de quo & aliis dictis hic vide latiſsimè Hippol.de Marſiliis in ſingula.cliiij.incip.nemo debet ſe ſubmittere.& per Bertach.in ſuo reperto.in ver ſcire.in ver.xiiij.vbi dicit ſe feciſſe decapitari quoſdam ex ſola ſententia tractatus non reuelati contra papam.vbi refert plures qui ſecuti ſunt dictum Bart.in d l.vtrum.hic alleg.Hie.Chuc.

d Probare.Alberi.ij.par.ſtatu.q.clxxv.Thom. Aqui.in iiij.ſentent.diſtin.xix.& problem.j.artic.xvi.dixi ad Alex.conſi.lv.nu.4.lib.iiii.C.M.

dicto



dicto Bal.facit in l. noſtris.in fi.C.de calū.& ij.q.vij.quapropter.& not.Ioā de Ana.in rub.de his qui fil.occid.cum ſimil.vt tradit Fely.in c.quantæ.de ſenten.excommu.& in ca.de cætero.col.fin.de re iudic.& nouiſ.ſcribit Socin. in conſ.clxxv.in cauſa fratris.

10 ¶ † Venio ad ſecundum,in quo gloſſ.hic cōcludit, quòd de iure canonico teneatur quis obuiare delicto.& ad hoc facit text.in cap.quantæ.in fin.de ſenten.excommu.ibi, eos delinquentibus fauere interpretans,qui cum poſsint. manifeſto facinori deſinunt obuiare.Ad idem text.in c. ſicut dignum.§.illi etiam.de homic.in capitu.delicto.de ſenten.ex commu.in vj.cum ſimil.ſ.alleg.Andr.Sicul.in c.j.extrà de offic.de leg.tenet quòd glo.iſta non ſit vera: quia etiam de iure canonico quis non tenetur alium iuuare,[a] & hoc in foro cōtentioſo: & ſecus in foro conſcientiæ eſſe dicit. Et hoc modo iura præalleg.ſecundum eum intelliguntur & iſta non eſt noua eius opi.Nam ita etiam expreſſè dicit Ant.de But.in d.c.quantæ.quòd iſta gloſ. intelligitur in foro conſcientiæ.& idem Abb.in c.j.col. fin.verſ.ad tertium.in fi.§.de reſtitu.ſpol.Salic.in l.quiſquis.verſi.ad id quod.C.ad legem Iul.maieſt.Bald.in l.j. col.iiij.C.de ſeruis fugi.Ioan.de Ana.in cap.ij.de hæret. & Moderni ſequuntur in d.cap.quantæ.& in l.vt vim. de iuſti.& iure.Sed tamen diligenter conſiderandum eſt pro defenſione gl.hic:quia non conſonat quòd iura præallegata reſtringantur in foro conſcientiæ:quia ſimpliciter loquūtur:ergo intelliguntur ſimpliciter de iure canonico in foro contentioſo,prout communiter iura canonica loquuntur: † & quia quando iura Canonica aliter in

11 foro conſcientiæ volunt diſponere quàm in foro contentioſo,ſolent hoc exprimere.cap. quicunque.xvij. q.iiij.c. inquiſitioni, de ſenten.excommu.c.tua nos. de ſponſa.& quia ſi in foro conſcientiæ quis tenetur aliū iuuare.idem videtur eſſe de iure canonico:quia etiam de iure canon. bonum animæ conſideratur:vt per glo.in c.cum contingat.de iureiur.& facit tex.in d.c.quantæ.dum dicit quòd catholica autoritas condemnat facientes & conſentiētes: & certè hoc primum dictū videtur habere locū de iure canonico in foro contētioſo.vt etiā probat in c j.de offi. deleg.Deinde in d.c.j.primū dictum de conſentientibus papa interpretatur:vt dicit eos fauere delinquentibus, qui cum poſsint,deſinunt, manifeſto facinori obuiare

a Iuuare. Hāc opin.dicit eſſe communē Moder. do.Philip. in ca.i.de offic. deleg. in v.colum.verſ.& licet iſta videatur communis, &c.hanc etiam dicit Iaſ.comunem i l.vt vim. col.pe.ver.tene cōtrariū prout tenet,&c.

Vnde

Vnde ſicut primum dictum in foro contentioſo intelligitur: & ita etiam in ſecundo dicto dicendū videtur. Quia lex interpretans, ſecundum legem interpretatam intelligitur. §. j. in auth. de fil. ante dot. inſtru. nat. Comprobatur hoc: quia text. in d. c. quantæ. loquitur de manifeſto facinore: ergo videtur loqui in foro contentioſo: quia in foro conſcientiæ, idem eſſet in facinore non manifeſto, de quo quis haberet notitiam.

¶ Quia † in foro conſcientiæ ſola veritas inſpicitur: vt per 12
Innoc. in c. quia plerique. de im mu. eccl. & eodem modo loquitur text. in d. c. ſicut dignum. & ij. q. vij. in c. negligere. & facit etiam tex. in d. c. dilecto. ver. & quidem. vbi primo dicitur: quòd quis poteſt vicinum vel proximum defendere. & hoc clarum eſt etiam in foro contentioſo: vt not. in l. vt vim. de iuſti. & iur. Deinde ampliando in eod. caſu text. dicit, imo ſi poteſt, & negligat, videtur iniuriam fouere: ergo hoc ſecundum dictum pariter in foro contentioſo intelligitur. & ita glo. hic defenditur.

¶ † Et retenta concluſione gl. inferri poteſt, idem eſſe de 13
iure ciuili, ex quo contrarium non eſt cautum. de iure ciuili. iuxta no. in c. j. de nou. oper. nunt. imo idem probatur de iure ciuili à contrario ſenſu hic. Et hoc quando poteſt abſque eius periculo: aliàs ſecus, vt ſuprà dictum eſt. Et ideo quod dicit Bal. in d. l. vt vim. non videtur verum: quia clamando, & reuelando, bono modo alium iuuare poteſt, & debet, ſi commodè fieri poſsit.

## In l. Non videtur. Argumenta.

a Incapax. Quot modis dicatur, vide Bald. in l. eam quā. vii. col. C. de fideicō. vbi & ponit, ſi ſit hæres inſtitut⁹ & grauatus fideicom. an poſſit cogi adire & reſtituere: & an capacitas ꝓbetur per duos teſtes. ita Bal. in l. errore. C. de teſtibus.

1 Capere pro ſe qui non valet, vt alij reddat accipere poteſt.
2 Capere quando non dicatur, qui alij reſtituere tenetur.
3 Capere verbum, cum effectu intelligi debet.
4 Accipere verbum, ſine effectu intelligi poteſt.
5 Accipere non dicitur, qui aliena autoritate quid ſortitur.
6 Accipiat, verbum an ſit directum, vel obliquum.

### REGVLA LI.

NON *videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere.*

¶ VLTRA gl. exēplū habetur in l. cogi. §. hi qui ſolidum. ſ. ad Treb. † vbi incapax[a] qui pro ſe reſtituere non 1
poteſt, accipere poteſt vt alij reſtituat: quia capere non vi A
detur: vt hic dicitur. ad idem tex. in l. ſed ſi mortis. §. itē ſi quis. ver. ſed ſi opponas. ſ. de leg. præſt. & in l. Sulpitius. ſ. de don. inter virū & vxo. & in l. fi. §. fi. C. de bon. quę lib. & facit



facit text. in l. ſi quis mandato. & quod ibi Bart. ſ. de neg. geſt. vbi abeſſe dicitur illud in quo quis alteri obligatus eſt. & abeſſe dicitur ille, qui pro modico tēpore præſens ſit: vt in notab. q. tradit Pau. de Ca. in l. ſed & ſi pupillus. §. conditio. ſ. de inſt. & dixi in c. quoniam abbas. in glo. j. de off. deleg.

a Centurio. & ibi per Lancelotum in ſua re pet. fol. 17.

2 ¶ † Et regula iſta intelligitur, quando quis ſtatim & incontinenti tenetur alij reſtituere: ſecus videtur ſi cum interuallo, ita ꝙ in medio tempore haberet vtilitatem. Quia iſtud interuſurium medij temporis conſideratur, vt probatur in d. l. Sulpitius. ibi, ſi id egit vxor vt aliquid de ea re interim commodi ſentiret maritus. & ad idem text. l. in lege Falcidia non habetur. ibi, medij temporis enim commodum computatur. & in l. quantitate. §. magna dubitatio. ver. in diem. ſ. ad leg. Falcid. & in l. mulier. §. ſi hæres. ver. alia cauſa eſt. ſ. ad Trebel.

3 ¶ Et no. ꝙ in regula dicitur † capere: quia tale verbū cum effectu intelligitur vt habeat & retineat ad vtilitatem eius. l. aliud eſt capere. ſ. de ver. ſig. l. ex facto. §. Iulianus. in prin. ſ. de vul. & pu. facit tex in l. ciuitatibus. §. fi. de leg. j. vbi nō videt capere, qui tantū erogat quantū accipit.

4 ¶ † Sed verbum accipere, etiam ſine effectu intelligitur. d. l. aliud eſt. & ideo de neceſsitate verbum accipere non importat dominij tranſlationem: vt not. Bar. in l. naturalis. §. j. in prin. in verſ. & ſic apud. ſ. de præſc. verb. in l. fin. in princ. ſ. de cond. ob cau. & in l. cùm mota. C. de tranſact.

5 † Et notandum eſt, quòd accipere non eſt propria autoritate, ſed de manu alterius: vt tradit Luc. de penna in l. domini. in princ. C. de agricol. & cenſi. lib. xj. vbi ad hoc plura iura inducit. Et præſertim text. in c. lector. xxiij. diſt. ibi, accipe & eſto relator verbi Dei. Sed tamen ille tex. & alia iura quæ adducit non negant quin etiam accipere intelligi poſsit à ſe-
A ipſo. & Bart. in l. Centurio[a]. in iij. col. in ver. tertio quæro. † concludit, ꝙ
6 verbum accipiat, ſit directum. ſ. de vulg. & pup. & idem Bal. in c. ſi pater. de teſta. in vj. prout refert ibi, & ſequitur Peruſin. in verſi. xviij. & facit text. in l. Titia cum teſtamento. §. j. ibi, à ſeipſa acciperet vllam. de leg. ij. niſi dicatur quòd ibi ita expreſſum ſit à teſtatore.

## In l. Non videtur defendere. Argumenta.

1 Defendere non dicitur quis duobus modis.
2 Abſens ex iuſta cauſa, latitare non dicitur.
3 Defendere non dicitur, qui defenſionem ſuſcipere recuſat.
4 Defenſionem ſuſcipiens, ſed non perſeuerans, defendere non dicitur.
5 Defendere qui tenetur, iure & facto teneri ad defendendum intelligitur. & num. 6.
7 Princeps aut dominus defenſionem alicuius qualem ſuſcipere præſumatur.

### REGVLA LII.

NON *videtur defendere nō tantū qui latitat: ſed & is qui præſens negat ſe defendere, aut nō vult ſuſcipere actiones.*

EXEM

¶ EXEMPLVM ſecundùm glo.ad iſtam regulam hã
betur in l.ij.in prin.in l.hæc autem.§.rectè defendi.ſ.ex
quib.cau.in poſſ.eatur.& in l.rectè.ſ.de iudic.& ad idem
text.in l.item ait prætor.§.defendi autem.ff.ex quib.cau.
maio.& ſic colligitur hic,† quòd duobus modis quis di- 1
citur non defendere.
¶ Primo, ſi latitat:& latitatio eſt turpis occultatio ſui.l.
Fulcinius.§.quid ſit latitare.ff.ex quibus cauſ.in poſſeſſ.
eatur.not.per gloſſ.in l.ſatis.ſ.de in ius voc. Et in effectu
latitare eſt ſui copiam non facere, ſiue occultet ſe poſt
columnas vt creditorem euitet, ſiue ſubterfugiat ne ſe-
cum aliqua actio moueatur.Et qui ab vrbe aufugit cauſa
fraudandi: vt tex.declarat in l.eum qui.de priuil.cred.
¶ Et non dicitur† latitare,qui ex iuſta cauſa abeſt.l.j.&l. 2
ſi pater.§.ſi ſtudio.ſ.de fideicom.lib. Nec dicitur latitare, qui præſens
iudicium ſuſcipere non cogitur.l.non videtur.la j.de iud.
¶ Secundo modo dicitur† non defendere etiã qui recuſat defenſionem 3
ſuſcipere,vt hic dicitur.& ad hoc facit tex.in l.de ætate.§.qui tacuit.ſ.de
interrog.act.vbi qui eſt præſens & non reſpondet,dicitur prætorem
contemnere:& in c.certum.xj.q.iij.vbi etiam contumax ille dicitur
qui eſt præſens & parere nolit:& propter hoc ex communicari poteſt.
¶ † Tertio etiam dicitur non defendere ille qui ſuſcipit defenſionem, & 4
non perſeuerat.l.ij.§.fi.ſ.ex quibus cauſis in poſſeſſ.eatur.& in d.c.cer-
tum eſt.x.quæſtio.iij.in dicta l.rectè.in fin.de iudic.Verbum enim de-
fendere.generale eſt.† vnde qui tenetur defendere[a],intelligitur de de- 5
fenſione iuris & facti: quia defenſio vtranque defenſionem complecti- A
tur.De defenſione iuris,probatur in l.ſed & ſi damnum.§.ſed & credi-
tor.ſ.de peculio.ibi,ad defenſionem ſententiæ ſuæ.& in l.cùm hic ſta-
tus.§.ſi ambo.ſ.de donationibus inter virum & vxorem.ibi: ex verbis
orationis defendimus. Et de vtraque defenſione colligitur in l.j.C.de
iuris & facti ignorantia l.conſentaneum.C.quomodo & quand.iudex.
in l.ſi quidem,& l.defenſiones.in l.cùm modum.C.de except.in l.ſer-
uum quoque.§.publicè.in l.ſed & hę.§.defendere.ſ.de procur.& in l.ij.
& per totum.ſ.ex quib.cau.in poſſ.eatur.& no.Luc.de Penna in l.apud
eum.col.j.C.de agric.& cenſi.lib.xj.& idem Alexan.[b] tradit in conſi.
clxiij.alias conſultus.lib.v.
¶ Et ideò qui promittit aliquem defendere,† intelligitur de facto & de 6
iure:& de facto intelligitur,vt faciat in iudicio ea quę ſunt facti,videli-
cet aſsiſtere apud tribunal,teſtes producere,ſoluere expẽſas,& alia quę
in facto cõſiſtunt:non aũt intelligitur ꝙ armata manu defendat.Quia
etiã ſi quis expreſsè promittat aliũ de iure & de facto defendere,intel-
ligitur in iudicio.& non armata manu: vt not.Bart.in l.ſtipulatio iſta.
in princ

a Defendere. Vide Doc.in l. ſtipulatio iſta. de verb.obl.& ibi Iaſ.fi.col.in prin. & Fel.ca. cauſam quę.de off.deleg.verſ. non obſtãte. & in c.ego.de iureiurand.

b Alex.conſi. cxci.in fi.libro ſexto.



in prin.circa fin.de verb.obli. Quia verba intelliguntur
ſecundum naturam contractus.l.fin.C.de actio.emp.vbi
Bald.hoc idem dicit in ver.quærunt Docto.cum ſimil.vt
tradit Alex.in d.l.ſtipulatio iſta.in prin.& in conſ.cxxvij.
viſo inſtrumento.col.ij.lib.v.† Et hoc intelligitur in pri-
7 uato.ſecus eſt in domino & in principe[a] qui acciperet ali
A quem ſub eius protectione & defenſione: quia intelligi
tur ꝙ de facto armata manu illũ defendat:vt tradit Pet.
de Anch.in conſi.lxxxvij.omiſſo primo dub.Et ad prædi-
cta facit quæſtio quã ponit Bart.in l.quidam cũ filiũ.col.
ij.de ver.obl.de illo qui mihi promiſit caſtrũ defendere.
Nã intelligitur quando bellũ iniuſtè inferatur.cum ſi.vt
Alex.ſcribit in conſ.cxv.ſuper eo de quo quæritur.lib.iij.

## In l. Cuius per errorem. Argumenta.

1 Donatio cenſetur, quando recipiens ſcienter indebitũ recipit.
2 Vſuras repetere poteſt, qui ſcienter ſoluit indebitas.
3 Donatio non præſumitur in dubio.
4 Donare quando is præſumatur, qui indebitum ſoluit.

### REGVLA LIIII.

CVIVS *per errorem dati repetitio eſt: eius conſulto dati donatio eſt.*

¶ AD idẽ tex.in l.j.in fi.ſ.de cond.inde.in l.indebitum.
C.eo.ti. Et ideò talis donatio requirit inſinuationẽ: vt no.
1 Bar.in l.j.ff.de dona. † Et quod dicitur de donatione hic,
intelligitur qñ recipiẽs ſciẽter recipit indebitũ:quia tunc
cõcurrit cõſenſus vtriuſq;, & eſt donatio.Sicut ſi recipiẽs
ignoraret,quia tunc non eſſet donatio;vt Bar.dicit in d.l.
j.per l.abſenti.ſ.de dona.cum ſi.vt tradit Ale.in l.ſi ergo.
ſi cer.pe.col.fi. Et licet non ſit donatio,tamen repeti non
poteſt quod datũ eſt,quia recõciliatur donatio: vt no.per
gl.in d.l.ſi ego.in ver.cõſumpſerit,vbi Pau.de Ca.repre-
hendit Ang.qui aliter videtur voluiſſe,vt Alex.ibi refert.
¶ Secũdo,regula iſta intelligitur in eo,q ſponte dedit:ſe-
2 cus ſi ex neceſsitate:vt ꝓbat ĩ c.debitoris.de iureiu. † vbi
ille qui ſoluit ſciẽter vſuras indebitas, põt illas repetere:
qa ex neceſsitate cogit̃ ſoluere ꝓpter vinculũ iuramẽti.
¶ Tertio,regula habet locum quãdo alia coniectura capi
non poteſt.Secus vbi alia[b] coniectura haberi poteſt. Exẽ-
B plum in l.ſi cum aurũ.ſ.de ſol.& ibi Bar.† in dubio enim
3 donatio non præſumitur.l.campanus.ſ.de ope.lib.l.cum
de indebito.ſ.de prob.c.ſuper hoc.de renun. Et vbi cadit
alia coniectura,etiam leuis donatio non præſumitur: vt
not

a Principe. Alber.Brun. conſ. lxxxvi.col.i.vide Iaſo.d.l.ſtipulatio iſta. colum.fi.C.M.

b Alia. Dixi ad Alex. conſi. cxiiii.in fin.lib. iii. C.M.

not.Bal.in l.j.C.ad Treb.alleg.l.diſpenſatorem.ſ.de ſo.
lu.& potius præſumitur error, quàm donatio.vt not.per
gl.in l.generaliter.in ver.cauſa.C.de non nu.pe.vbi Bal.
in iiij.op.& Ang.ibi in ij.col.dicit ſe ita cõſuluiſſe.Imo.
not.in l.à Titio.col.ij.de ver.obl.cum ſimi.vt Alex.tradit
in conſi.xiij.ex his quæ in themate.col.ij.lib.j.& in conſi.
xix.in his quæ in themate.col.ij.lib.iiij. Et ideo vbi po-
teſt cadere alia præſumptio quàm renuntiationis, nun-
quam videtur quis priuilegio renuntiare: vt no. Io.And.
& Ant.de But.in c.accedentibus.de priuil. Alex.in conſi.
xxxiij.ponderatis his.col.ij.lib.v.& idem Alex.in conſil.
xxvij.attentis narratis lib.iij.

¶ Quarto regula procedit†in eo qui ſoluit ſcienter inde-
bitum principale,tunc videtur donare:quia alia cõiectu-
ra non cadit.Secus eſt in eo qui ſoluit vſuras quæ acceſſo-
riæ ſunt ad debitum:quia licet ipſæ indebitæ ſint & ſcien-
ter ſolutæ,non inducitur donatio : vt no.Bar.per illũ tex.
in l.ſi non ſortẽ.§.ſi quis falſo.ſ.de cond.ind. Quia videt
ſoluiſſe ne moleſtet ſuper debito principali ad quod pu-
tabat ſe teneri:& ſic poteſt capi alia coniectura,quàm do-
nationis:ideo donatio nõ præſumitur, vt ſ.proximè dictũ
fuit. Et ſic iſta limitatio ſatis concluditur in prædictis.

¶ Et hoc idẽ tradit Alex in conſ.lxxx.circa primũ dubiũ.
col.fi.lib.iij.& limito vt per Bar.in l.ſi certis annis.C.de
pact.Et quia materia iſta altiorem poſtularet indaginẽ.
& ſatis not.eſt:vt latius habetur in d.l.j.de cond.indeb.

## In l. Nemo plus iuris. Argumenta.

1 Donatũ non dicitur,quod ab eo,qui donare non poteſt,datur.
2 Dare nemo poteſt, quod non habet.
3 Creditor rem debitoris alienare poteſt.
4 Iudex rem non ſuam in alium transferre poteſt.
5 Dare, quot modis in iure capiatur.
6 Trãsferre non poteſt quis,quod nec actu habet,nec potentia.

REGVLA LIIII.

NEMO *plus iuris ad alium transferre poteſt, quàm ipſe habet.*

¶ EADEM regula ponitur in reg.nemo.de reg.iur.in
vj.Ad idẽ tex.in l.traditio.ſ.de acq.rer.do.in c.nuper.de
do.inter vi.& vxo.†Et pro nõ dato habetur quod dat ab
eo qui donare non põt.c.ꝙ autẽ.in fi.de iur.pat.& qui ni-
hil habet, nihil dare poteſt.j.q.vij.in c.Diabertũ.&†ne-
mo dat quod nõ habet:vt dicitur de conſecr.diſt.iiij.in c.
quo



quomodo.& in l.ſi filius.C.de don. facit text.in l.ij.C. de
pœn.in l.j.C.qui pro ſua iuriſd. & lxij. diſt.in c.nulla ra-
tio. & in l. obſeruare. ſ. de offi. proconſul. circa fi.& ibi
Bar.& in l.ſi vniuerſæ.vbi Bal.C.de leg. ſecundum iſtam
reg.arguit Fulg. in conſi.lxiij.Claſsius.col.iij.

A ¶ Et limitatur[a] regula nõ habere locũ in pluribus caſi-
bus.vt no.per gl.hic.& in d.reg nemo.& in l. traditio. &
3 in c.j.de ſup.neg.præl.Nam †primo in creditore nõ ha-
bet locum qui poteſt alienare rem debitoris.inſtit. quib.
alie.lic.in prin.& in l.non eſt nouũ.ſ. de acq. rer. do. vbi
dicitur,non eſt nouum, ꝙ qui dominium non habet,alij
dñium præbeat.& exemplum ponit in creditore:& idem
in tutore & curatore,qui ex cauſa poteſt bona pupilli vel
adulti alienare.l.lex quæ tutores. l.fi. C. de admi.tut.idẽ
4 in procuratore.§.nihil autem. inſti. de rer. diuiſ. †idem
in iudice qui adiudicando rem alicui, dominiũ transfert
quod ipſe nõ habet.§.fi.inſti.de of.iudi.cum ſi. vt per gl.
hic.& in locis præalleg.& in d.reg.nemo.vbi Dy. ad quẽ
Bar.hic ſe remittit.Bal.verò in l.manumiſsiones.circa fi.
in ver.item gl.ſ.de iuſti.& iur.declarando iſtam regulã,
5 dicit, ꝙ †dare ſumitur dupliciter.Primo, pro conferre:
ſecundo, pro transferre. Primo modo regula non proce-
dit : quia epiſcopus cõfert beneficia in quibus non habet
dñium,neq; poſſeſsionẽ:ſed ſufficit ꝙ habeat ius confe-
rendi. Secũdo modo habet locũ regula : quia quis tranſ-
ferre nõ poteſt quod nõ habet. & ſequitur Ang. Aret. in-
ſtit.de libert.in prin.col.ij. Sed tamẽ concludi poteſt, ꝙ
regula indiſtinctè procedat:quia creditor qui habuit po-
teſtatẽ alienãdi,illud facit nomine dñi, & de eius volun-
tate,ex quo ita ſemel voluit & ſe obligauit : vt probatur
in §.j.inſti.qui.alie.lic.ibi,voluntate debitoris intelligi-
tur pignus alienare. Et idẽ in procuratore ,tutore , & cu-
ratore qui nomine dñi faciunt. Et ſic à dño videtur do-
miniũ trãsferri.In epiſcopo & iudice qui cõcedunt quod
non habẽt,illud eſt ratione officij , & quo ad interpreta-
tionẽ iuris habere vident. Et ſic dicimus, ꝙ quis non põt
dare quod nõ habet,verè vel interpretatiuè ſecũdũ iuris
6 diſpoſitionem.& Abb.in c.curat.in fi.de iur.pat.†dicit,ꝙ
illud quod quis habet in actu,nec in potẽtia,trãsferri nõ
põt.Sed illud quis habet in potentia,licet nõ in actu,po-
teſt in aliũ trãsferri:vt patet in canonicis,qui eligũt epi-
ſcopũ:& cardinalibus,qui eligunt ſummum Pontificem:

a Limitatur. Vide Mod. in §.j.inſtitu.quibus aliena, licet.

a Aedificare. Vide Iaſ poſt Doct. in l. ex hoc iure. col. ii. ff. de iuſti. & iur. & p do. Phil. j. in regu. domũ ſuã. in fi. verbis. Hipp. de Marſ. in ſuo ſing. cliiii. incip. cuilibet licitum &c. & per Soci. qui ponit regulã cũ fallen. in regu. cj. fol. xvi. & magis latè per Iaſ. in repet. l. quominus. ſ. de flumi. in v. col. ver. ii. ad idẽ adde illud, &c.
b De dam. infe.

## In l. Nullus videtur. Argumenta,

1 Aedificare in ſuo, & altius tollere poteſt quis liberè.
2 Facere tenetur quis quod alij prodeſt, & ſibi non nocet.

REGVLA LV.

NVLLVS *videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur.*

¶VLTRA iura alleg. in gl. eſt tex. qui ita dicit in l. iij. §. is tamen. ſ. de lib. ho. exhib. in l. iniuriarũ. §. j. de iniur. in l. ſi donaturus. §. ſi quis indebitam. ſ. de condic. ob cau. ¶ Et iſta ratione † quis poteſt in ſuo ædificare[a], & al- 1 tius tollere ędificium vſque ad cœlũ, etiã dato ꝙ lumina A vicini obſcurentur. l. altius. l. in ædibus. C. de ſer. & aqua. l cum eo. l. imperatores. ſ. de ſer. vrb. præd. cum ſi. vt per glo. in d. l. altius. ad idem tex. in l. Proculus. ſ. de dam. infec. b Et hoc intelligitur & procedit quando quis hoc fa- 2

Per iſta iura videt̃ affirmatiuè dicendũ, vnicuiq; licere in domo propria contigua domui vicini facere fornellũ aurical-chi cauſa coquẽdi, ex quo magnũ damnũ ſperat inferri vicino ex fumo prouenturo ex dicto fornello in domũ vicini cõtiguã, quam partẽ etiã affirmare videtur Barth. Veronen. in ſuo eleganti tract. de ſer. in tit. de ſer. vrba. præd. in c. de fornace. ſi. verbis. vbi dicit, quod ea quæ ſuprà dixerat de fornace, videlicet quod quis poſſit in muro proprio iuxta murum vicini facere fornacem, habeant locum in fornello: dum in terminis quæſtio inter quendam nobilem mercatorem, & eius vicinum verteretur de facto medio, & adhuc pendet, interrogatus fui à dicto mercatore quid ſentirem? Reſpondeo partem negatiuam eſſe veriorem quam ita firmaui, Reſpondeo ſupra dictis iuribus per aduerſam partem adductis, & primo per text. in l. ſicut. §. Ariſto. ſupra ſi ſerui. vendi. in verſ. in ſuo enim alij. qui vult, quod ità liceat cuique in ſuo facere: quatenus nihil in alienum immittat. & ſic ſupradicta iura diſponẽtia quẽ poſſe in ſuo ædificare, dato quod vicino noceat, debent limitari niſi in alienum facto hominis aliquid immittatur: vel ex opere facto ſeu fiendo in ſuo, veniat in neceſſariam conſequentiam in alienum naturaliter immittendũ, propter quòd magnum damnum inferatur vicino: quia tunc dico vicinum habere ius prohibendi contra vicinum ædificare volentem. & ita intelligendo d. §. Ariſto limitabam prædicta iura. Ex cuius, §. ratione ſecundo dicebam non procedere quando magnum damnum paſſurus eſſet vicinus: quia tunc bene poſſet prohibere ædificantem. ex cuius ædificio ſperatur dictum damnum, pro quo etiam eſt text. in l. cuius ædificium. ſ ſi ſer. vend. Tertio & finaliter limitabam, quando legitimũ ſpatium non eſſet intermiſſum inter domum vicini & ædificantis: vt in l. imperatores. ſ. de ſer. vrb. præd. quod ſpatiũ ad hoc vt dicatur legitimum, dico eſſe debere tantum quòd veriſimile ſit vicinum nullum, aut non graue damnum eſſe paſſurum. ita declarat Cepol. quæſtione iſta in d. c. de fornacẽ. in iij. queſt. & in c. de balneo & ſtufa. in prin. & in c. de fumo. in prin. qui refert ita tenere Ang. in l. quidam Iberus. de ſerui. vrba. prædio. pro qua videtur mihi quòd ſit regu. in d. l. imperatores. in ver. legitimo. & ita intelligẽdo non obſtabit text. in l. fi. ſupra fin. regun. per quem videbatur dicendum, quòd in





gl.xvij

a Aliud. Ale-
xã. conſil. cxc.
nu.7.nume.22.
lib.ii.C.M.



gl.xviij.q.ij.in c.de monachis.& in c.iij.de iure patro.&
no.Bal.in l.ſi vt proponis.la ij.C.de nup.Hoſt. in ſumma
de eccleſiaſticis ædifi.in fi.& facit text.in l. qui tamen. in
prin.ff. quib.mo.l.vſuſfr.amit. in l.ſi ita legatum. §.fi.de
leg.j.cum ſimi. vt latè tradit Alexan. in d.l.ſi quis ædifi-
A cium.& Feli. [a] in c cùm acceſsiſſent.in fi.char. de conſtit.
3 ¶ † Sed tamen conſiderandum eſt, quòd licet res in totum
deſtructa ſit: remaneant tamen veſtigia prioris ædificij,
vnde facilius reparatio permitti debet,ar.l.fi.ff.de decur.
& quod not. Bar. in l.j.de aduo.diuer.iud. & facit gl. in c.
acceſsiſſent.vbi fit reparatio dignitatis in totum deſtru-
ctæ. Et non eſt nouum quod aliàs ſtatutum fuit, licet re
nouetur.xxij q.j.in c.Acatius.& xxxiiij. q. j. in c. non ſa-
tis.facit tex.in l.rem non nouam. C.de iudic. Vnde quòd
in totum res deſtructa reficiatur,non videtur res noua.&
in caſu ca.conſuluit. Iudæi qui prohibentur nouas ſyna-
gogas erigere, non videtur, quòd prohibeantur reficere
ſynagogã in totum deſtructam. licet Abb. ibi aliter ve-
lit:ex quo eccleſia tolerat Iudæos:& verba d.c.ſatis con-
ueniunt,dum dicitur,Si corruerint antiquæ,toleratur quod
eas reædificent.Iſta enim verba etiam ad totalem deſtru
ctionem adaptari videntur:vnde ſecũdùm ſubiectã ma-
teriam hoc debet iudicari,quia ſecũdùm ſubiectam ma-
teriam ſtatutum quod loquitur de faciente,habet locum
in reficiente:vt Alex.tradit in cõſ.cix.viſis.col.pe.lib.iij.
4 ¶ † Secundo regula etiam intelligi poteſt in eo qui ha-
beret poteſtatem ædificandi [b], ſecundùm regulam l. al-
tius.C.de ſerui. quæ habet locũ dummodo ille qui ædi-
ficat in ſuo,non immittat aliquid in alienum:vt glo. hic
dicit per l.ſicut.§.Ariſto.ff.ſi ſerui. vend. Et aliàs limita-
tiones ad d.l.altius.tradit Barth.Veron.in tracta. de ſer.
vrb.præ in tit.de ſolo & area. Alex.in conſi. clxxiiij. op-
portunè cõſiderans.lib.ij.& quod no.Bar.in l.fi. in fi. C.
de ſer.& d.l.altius.ampliatur vt per Abb.in conſi.lvij. in
quæſt.col.iiij.lib.j.Corneus in conſi.xc.viſo.col.v.lib. ij.
& Soc.in conſi.cxlj.conſiderata.in prin.

a Feli.& idem
Feli.in d.c.con
ſuluit. de Iud.
& Iaſ.in repet.
l.quominus. co
lum pen.de flu
minib. vbi per
duas colũ. tra-
ctat materiam
noſtræ regu. &
eũdẽ poſt alios
in l.i. §. ſi quis
ædificiũ. ff. de
noui oper.nun.
& d. Phil.in d.
ca.cùm acceſsiſ
ſent.col.ſi.in fi.

b Aedificãdi.
Adde Iaſ. in l.
ex hoc iure.col.
ii.de iuſti.& iu
re & domi.
Phi. in regu.
nullus vide-
tur. & quæ ibi
dixi.

## In l.Hæreditas. Argumenta.

1 Hæreditas ſucceſsio dicitur,poſſeſsio verò bonorum,ius ſuc-
cedendi.
2 Hæreditas etiam dici poteſt ante aditionem.
3 Aditio ſola non ſufficit,vt hæreditas dici poſsit.
4 Petitio hæreditatis quãdo hæredi vel fideicõmiſſario detur.

5 Petitio hæreditatis non datur hæredi, qui poſſeſsionem ſemel apprehendit.
6 Hæreditas an deſinat dici per ſolam poſſeſsionis apprehenſionem.
7 Filia renuntians hæreditati patris, non excluditur ab hæreditate fratris.

## REGVLA LXII.

HAEREDITAS *nihil aliud eſt, quàm ſucceßio in vniuerſum ius quod defunctus habuerit tempore mortis.*

¶ HAEREDITAS † ergo eſt ſucceſsio, vt hic dicitur, & in l. nihil. 1 ff. de verb. ſig. Et bonorum poſſeſsio eſt ius ſuccedendi: vt not. Bar. in l. iij. §. bonoru. ff. de bono. poſſ. De quo videndum eſt quod dixi in rub. C. qui admit. col. antepen. Et iſtam diffinitionem hæreditatis quam Iuriſconſultus hic ponit, declarat Bar. in rub. ff. de acqui. hære. dicẽs, quod iſta diffinito loquitur de ſucceſsione iuris: quia mortuo teſtatore ſuccedit quoddam ius quod hæreditas appellatur, & perſonã defuncti ſuſtinet in omnibus iuribus quæ habuit defunctus. l. hæreditas in multis. ff. de acquiren. rer. domi. l. mortuo. ff. de fideiuſ. & idem Bar. l. nam & ſeruus. §. qui in negotia. ff. de nego. geſt. dicit, quòd hæreditas repræſentat perſonam defuncti, & non hæredes futuri.

¶ Et hæreditas dicitur † antequàm adita ſit per hæredem: & adita hæ- 2 reditate, amplius non dicitur hæreditas, vt not. per gl. in l. j. §. veteres. in glo. mag. ff. de acqui. poſſ. in l. per hæreditarium. ff. de acqui. rer. do in l. hæres per ſeruum. de acqui. hære. in l. eius qui. in verbo, hæreditati. ff. ſi cert. pet. & not. Bar. in l. iij. in prin. ad fi. ff. de bono. poſ. vbi inquit, quod poſtea quàm adita eſt hereditas confunditur cum patrimonio hæredis. l. ſed ſi plures. §. ſi filio. ff. de vulg. & pupil. & vbicunque poſt aditionem appellatur hæreditas, eſt impropria loquutio. vnde in tit. de pet. hære. dum dicimus petere hæreditatem, intelligitur nos declarari eſſe hæredes. l. licet minimè. ff. de pet. hære. & idem Bar. dicit in rub. ff. de acquir. hære. & in d. l. eius. ſi cert. peta.

¶ Et iſta concluſio intelligitur poſt aditam hæreditatem, & apprehenſam poſſeſsionem: ſecus videtur ante adeptam poſſeſsionem: † quia 3 ſola aditio non facit quominus etiam hæreditas dicatur: vt no. Aret. dicit rubr. ff. de acquiren. hære. vbi ad hoc alleg. Bart. ſingulariter in l. fi. ff. de fideicommiſ. hære. pet. vbi Bar. ſequitur gl. in l. j. eo. tit. in verbo, hæreditas. quæ dicit, quòd ſolùm hæredi vel fideicommiſſario datur petitio hæreditatis antequàm ſit conſecutus poſſeſsionem bonorum hæreditatis. Sed poſt acquiſitam poſſeſsionem ſi deſinat poſsidere, habet rei vendicationem, & non petitionem hæreditatis. & Barto. rationem adducit: quia poſtquàm hæres adeptus eſt poſſeſsionem, deſinunt eſſe res hæreditariæ: vt ſuprà dictum eſt. & ſic Barto. videtur hoc intelligere poſt acquiſitam poſſeſsionem, vt iſta ratio conueniat quæſtioni: & dictum gloſſæ. & Bart. tenet Alexander in conſilio lxxxix. viſo puncto. in princip.



princ. lib. ij. & in conſil. xciiij. in cauſa & lite. in ij. col. lib.
4 ij. ex quo infero vbi concludit, † quòd petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorum non datur hæredi qui ſemel apprehendiſſet poſſeſsionem, per illam rationem, quia per apprehenſionem deſinunt eſſe res hæreditariæ, & ideo glo. not. in c. j. de confeſ. in vj. in gloſſ. mag. circa fi. inſtruit agentem petitio. hæreditatis, vel interdicto quorum bonorum, quòd non dicat ſe poſſediſſe poſt mortem defuncti: quia illa remedia non competerent poſt acquiſitam poſſeſsionem. & idem ſequitur Anto. de But. in conſil. lxiij. viſo libello. in princi. vbi refert rationem Bar. & ſequitur. Et ſic concluſio prædictorum videtur, quòd hæreditas dicatur, & res hæreditariæ dicantur ante poſſeſsionem acquiſitam: & ſic per aditionem ſolam non defecit eſſe hæreditas.

¶ Et hoc confirmatur ſecundum Aret. in d. rub. de acqui. hæred. quia licet per aditionem dominium rerum hæreditatis vnitum ſit cum patrimonio hæredis. d. l. ſed & ſi plures. §. filio. de vulg. & pup. quia tamen adhunc nõ eſt facta incorporatio, retinet nomen hæreditatis: ſicut in ſimili videmus in fiſco cui licet bona vacãtia ipſo iure acquirãtur. l. j. §. an bona. ff. de iur. fiſ. tamẽ ante incorporationẽ non cenſetur eodẽ iure cum aliis bonis incorporatis: vt no. Bar. in l. in omnibus. ff. de diuer. & tẽp. præſcrip.

¶ Contrarium tamẽ expreſſe tenet Pau. de Caſt. in d. l. j. ff. de fideicom. hered. pet. dum inquit, quòd ratio Bart. nõ
5 eſt bona: quia illud quod ipſe dicit, † quòd per apprehenſionem poſſeſsionis deſinat eſſe hæreditas, etiam habeat locum ante adeptam poſſeſsionem: quia per ſolam aditionem videntur res deſinere eſſe hæreditariæ, & pariter deſinit eſſe hæreditas.[a] & hoc verius videtur: quia per aditionem dominium & omnia iura tranſeunt in hæredem. l. cum hæredes. in princ. ff. de acqui poſſ. & ideo ſtatim deſinit eſſe hæreditas: quia bona ſunt hæredis qui admit. Et non obſtat ſimile de fiſco: quia dato quòd plus iuris habeat fiſcus & etiam hæres in bonis incorporatis & apprehenſis ratione poſſeſsionis: hoc non tollit quin deſinat hæreditas eſſe per aditionem, ex quo dominium transfertur in hæredem, vt dictum eſt.

¶ Et retenta iſta concluſione, quòd poſt aditionem non dicatur eſſe hæreditas, conſului vltra montes Valẽtiæ in
6 Delphinatu, † quod renunciatio quam fecit filia patri de

 hæred

a Hæreditas. Hãc opi. tenet Iaſ. in rubr. de acq. hær. ii. col. verſic. tu dic quod imo &c. & in l. i. §. veteres. de acq. poſ. col. x. ver. circa cõcluſionẽ &c. & in lxij. colũ. ponit quæſt. d. Phil. Dec. licet loquatur in ſtatuto: & dicit hanc eſſe cõem opin. & in xiii. colũ. ponit qõ, de muliere prohibita nubere extra ciuitatẽ cũ hæreditate, prout eſt Mediolani: an poſt quã eſt adita hæreditas, ſi cõtrahat, perdat hæredit. & ꝙ hæreditas poſt aditionem non dicat propriè hæreditas: tenet Florẽ. in l. veniunt. ff. fa. erciſc. & Iaſ. in l. eius. §. quod ſi ſtipulatus. ſi certum per. & per eundẽ do: Phil. in conſil. lxix. col. ii. viſis duobus. H.C.

hæreditate patris, nõ excludebat illam ab hæreditate eius fratris, quia mortuus erat adita hæreditate paterna: quia poſt talem aditionẽ non dicitur hæreditas patris, ſed fratris[a] per ſupradicta. Et in terminis de renuntiatione conſuluit Ang. conſi lij. do. Gillius. col. ij. & ſequitur Alexã. vbi alia ſimilia inducit l. j. §. veteres. ſ. de acquir. poſ. col. ix. ver. expreſsius. Ange. & idem in terminis de renuntiatione tenet Pau. de Caſt in l. Paulus. §. j. de acquir. hære. vbi dicit Oldra ita conſuluiſſe: & ſequitur ibi Aret. per tex. in l. qui filij. ſ. de iis quib. vt indig. & idem Aret. in cõſi. cxj. in præſenti conſulta. & idẽ Rom. in conſi. cxlviij. circa primum. Bene. Capra. in cõſil. xij. & ſi viſo. & Cor. Peruſ. in cõſi. cccv. in hac conſulatione. li. iiij.

a Fratris. Vide magis latè eundem d. Philip. in reg. quoties duplici iure. in verſi. vlterius. vbi magis latè eam examinat. infra eodem.

## In l. Qui ſine dolo. Argumenta.

1 Culpa lata eſt dolo æquiparanda.
2 Moram incurrere non dicitur, qui litigandi cauſam iuſtam habere inuenitur.

REGVLA LXIII.

QVI *ſine dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere.*

¶ IBI, ſine dolo malo. ſubaudi: vel lata culpa. vt not. per glo. & Bar. in l. quod te. col. iij. in verbo, venio ad vltimum ſ. ſi cer. peta. & ad hoc facit: † quia lata culpa dolo æquiparatur. l. quòd Nerua. ſ. depoſi. l. j. §. 1
j. ſ. ſi menſ. fal. mod. dix.

¶ In tex. ibi, non videtur dolo facere, & ſic non eſt in mora. exemplum ponitur per glo. in l. ſi quis ſolutioni. ſ. de vſur. ad idem text. in l. ſciendum. eo. titu. & in l. iij. §. ſi quis paratus. ff. quod vi aut clam. † Et hoc in- 2
telligitur quando iuſtam habet cauſam litigandi, vt probatur in iuribus præallega. Secus ſi nõ habet iuſtam cauſam, quia tunc per interpellationem in mora conſtituitur: vt not. Bart. in d. l. quod te. & eſt tex. qui ita intelligitur in l. nemo. §. j. ſ. de verbo. obli. dum ibi dicitur moram committi ab eo qui voluit litigare. & not Barto. in l. ſi ſeruum. §. nunc videamus. in l. qui Romæ. §. Seia. de verb. oblig.

¶ Secundo regula intelligitur antequam mora ſit commiſſa. Sed poſt moram commiſſam mora non purgatur: licet quis velit ad iudicium prouocare. l. fi. ſ. de condict. furt. vbi Pau. de Caſt. ita concludit.

## In l. Ea quæ rarò. Argumenta.

1 Leges ad ea quæ vt plurimum accidunt, applicari ſolent.
2 Leges etiam fiunt de his, quæ naturaliter contingunt.
3 Iure ſpeciali quod conceditur, in conſideratione eſſe non ſolet.
4 Matrimonium inter prohibitos valet, ſub conditione, ſi Papa diſpenſabit.
5 Ratio eius nulla habetur, quòd à principis voluntate ſola pendere noſcitur.





REGVLA LXIIII.

EA QVAE *rarò accidunt, non temerè agendis negotijs computantur.*

1 ¶ NOTO † quòd de his quæ rarò accidunt, regulariter nulla ratio habetur apud legiſlatorẽ. Ad idem tex. in l. nam ad ea. ſ. de leg. cum ſimil. vt per gloſ. in c. per literas. de deſponſ. imp. Nã rarum & nunquam æquiparantur. c. coram. de offic. deleg. Et quod rarò cõtingit, miraculum eſt: vt dicit tex in auth. de cõſulib. col. iij. colla. iiij.

¶ Et quod rarò fit, ſicut etiam vetus ſapientia docet, non obſeruant legiſlatores. Sed quod fit plerunque, & reſpiciunt & metiuntur: vt inquit text. in auth. vt ſine prohibi. ma. §. quia verò multum. col. vij. & in l. antiqui. ſ. ſi pars hære. peta. Et ideo caſus inſolitus qui rarò contingit de mille annis ſemel, vt Barto. dicit in l. Seio. §. medico. per illum tex. de ann. leg. nõ eſt in conſideratione. & idẽ Bar. in l. fiſtulas. §. ferramenta. ſ. de cõtrahen. emp. cum ſimi.

¶ Et regula iſta videtur procedere in his quæ rarò acci-
2 dunt & habẽt in ſe miraculum: vt ſuprà dictum eſt. † Secus eſt ſi naturaliter contingãt quia à l. recipiuntur. l. ſi maior quinquagenaria. C. de leg. hær. vbi filius qui naſcitur ex maiore quinquagenaria, legitimus dicitur, licet rarò illud contingat: & omnia alia quæ rarò contingunt, ſunt ſub lege & regula communi, niſi exprimantur, vt Chriſtophorus Porcus dicit in §. inſulam. per illum text. inſtitut. de rerum diuiſ.

3 ¶ Et ad prædicta etiã conſonat regula quæ dicit † quòd illud quod de iure ſpeciali cõceditur, non debet conſiderari l. iiij. §. j. vbi Bal. ſ. de fideicom. lib. & not. Barto. in l. ij. col. v. verſi. ſed circa hoc dubitatur ſ. de vul. in l. fi. col. ij. C. de ſent. paſsis. & in l. quãdiu. la j. de acqui hære. cum ſimil. Et hoc intelligitur niſi de illo iure ſpeciali expreſſe dictum ſit, quia tunc attenditur. l. quidam relegatus. de reb. dubiis. vbi valet legatum ſi reſtitutio impetretur à principe. Et ideo valet inſtitutio de filio ſpurio ſub conditione, ſi legitimetur à principe: vt not. Bald. in l. j. in vj. quæſt. C. de inſtit. & ſubſtit.

4 ¶ Et hoc videtur † quòd valeat matrimonium inter pro-
a hibitos ſub conditione, ſi Papa[a] diſpenſabit. de quo Abb. poſt alios in c. ſuper eo. de condit. appo.

¶ Secundo, quod dictum eſt non conſiderari quod de iure

a Papa. iſtam opi. tenent ibi Anton. & Gaſpar. & Præpo. qui late eã diſputat. licet relinquat cogitãdum cõtra tamen tenent Innocen. & Abb. & Cardin. ibi & Cal. in cõſil. j. ſub titu. de ſponſali. & do. Aret. in conſil. cxlij. incipiẽ. ex facto proponitur. & c. colũ. iiij. ver. ſed eſt aduertendum. eam etiam tenet idem Are. quam dicit cõmunem in l. apud Iuli. §. conſtat. colum. iiij. verſi. & ad materiam de leg. vbi Iaſ. videtur inclinare in aliam partem. de qua etiam vide Ancha. in ca. ex publico. de conuer. coniu. Hier. Chuc.

 ſpeciali

ſpeciali conceditur: verum eſt antequam actus ſequatur ſecus eſt eueniente poſtea illo caſu ſpeciali qui admittitur.l.non quocunque.§.ſi ex bonis.de leg.j.cum ſimil.vt tradunt Moder.in l.j.colum.viij.de vulg.& pupil.& facit quod ſ.dictum eſt per l.ſi maior quinquagenaria.C.de leg.hære ibi,eueniente caſu quod raro contingit.

¶ Similiter etiam ad ſupradicta dicimus, † quòd non attenditur quod pendet à voluntate ſolius principis quia impoſsibile illud reputatur.l.apud Iulian.§.con a ſtat[a] de lega.j.not Barto in l.ſi quis ſub conditione.col.ij de teſt.tut.& in l.continuus.§.cum quis.de verb.oblig.& hoc intelligitur niſi conſueta ſunt concedi.vt not.Alexand.poſt alios quos refert in d.§.conſtat.per illum tex.ibi : diſtrahi non ſoleant.cum ſimilib.vt per eum ibi.& Modern.& latius tractat Socin.in d.l.quidam relegatus.colum.iiij.

a Conſtat.vbi Alex.Iaſ.adde Deci l i. col. vij.de offi.eius cui manda.eſt iuriſdict.ca.ecceleſia col.fi.de cōſtit.And.Tiraq. tract retractu.proxi.§.xxxij.nu.59.vltra quem Aymo. conſi.liiij.in fi. conſil.cxxj.nume.10.C.M.

## In l. Ea eſt natura. Argumenta.

1 Cauillatio quæ, veluti ſuperuacua, à iure reprobetur.
2 Cauillatio quandoque tolerari poteſt.
3 Aduocatus iuſtam cauſam fouens, cum malitia licitè aduerſarium conuincit.
4 Teſtes de falſo ſuſpecti, ſolicitè ſunt examinandi.
5 Teſtis ſuſpectus etiam de circunſtantiis interrogari debet.
6 Iudex inueſtigādæ veritatis gratia cauillationibus vti poteſt.
7 Iudex delinquenti impunitatem promittere poteſt.
8 Priuato etiam fides ſeruari debet.

### REGVLA LXV.

E A E S T *natura cauillationis, quam Græci* σόφισμα *appellant, vt ab euidenter veris per breuiſsimas mutationes, diſputatio ad ea quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.*

¶ A D idem tex.in l.natura cauillationis.ſ.titu.proxi.& notat Ioan.And.in c.venerabilis.declarando tex.in verſi. cauillationis de iudic.& ad textum,hic bene facit tex.in authen.de tabel.colum.iij.in ver.& non fugant tabelliones.vbi dicitur,quod nihil eſt inter homines ſic indubitatum vt non poſsit ſuſcipere quandā ſolicitam dubitationem,licet illud ſit iuſtiſsimum : & hoc fit per cauillationem quæ reprobatur & reiicitur à iure.d.ca.cum venerabilis



1 nerabilis.† Et talis cauillatio videtur ſuperuacua,& nimia ſubtilitas,quæ à iure reprobatur,& à iudice reiicitur.l.actio.ſ. de neg.geſt.l.ſicut.§.ſi debito. quib. mod. hypo.ſoluatur.Et hoc eſt quòd dicitur,quòd nimia ſubtilitate[a] res ſubuerti non debet.l.ſi quis hæredē in fi.de
a inſtit.& ſubſtit.& in l.pen.C.ad Treb.& in l.fi.C.de leg. vbi de tali ſubtilitate ridet imperator.& illam corrigit.
¶ Quandoque tamen etiam † cauillatio toleratur,quia malitiis eſt obuiandum.l.in fundo.ff.de rei vend.c.ſedes. de reſcrip.ideo aduerſus malitiā quis cum malitiis b re-
b ſiſtere poteſt.vt not per glo.in ca.cupientes.in princi.in ver.malignantium.de elec.in vj.& pro dicta glo.eſt tex. in l.cum pater.§.Titio.in fi.de leg.ij.quem ad hoc alleg. Ange.in l.penul ſ.de vſu.& dicit glo.not in c.dominus noſter.in glo.j.in fin.xxiij.q.ij.† quòd ſi aduocatus fouet
3 iuſtam cauſam,poteſt etiam cum malitia aduerſarium conuincere,& bene facit quod not.Anto.de But.in c.j.de mut.peti.vbi voluit,quòd ſi in veritate mutuum reddidi, poſſum etiā cum iuramento affirmare me nihil à te habuiſſe.& not.Bal.in rub.C.de fide inſtru.col.vij.in verſi. incidenter etiam quæro.in iſtis enim & ſimilibus cauillatio admittitur ad obuiandum malitiis,& fraudibus.
¶ † Et eodē modo propter ſuſpicionē iudex debet diligē-
4 ter examinare teſtes ſuſpectos de falſo & eos inuoluere ſi poteſt:vt no.Bal.in l.j.§.editiones.in ij.not C.de eden.
¶ † Et quod ſi teſtis eſt ſuſpectus interrogari debet etiā
5 de circunſtantiis in quibus ſubſtantia rei non conſiſtit, vt not.Azo in ſum.col.pen.C.de teſt.& Spec.in tit. de teſti.§.iam de interrogatoriis.ver.& not.cum ſimil.vt dixi in c.licet cauſam.in viij.not.de probat.
6 ¶ † Similiter & iudex ad veritatem inueſtigādam poteſt vti cauillationibus,& etiam ſimulare,vt probatur in c. afferre.de præſumptio.& xxij.q.ij.c.non enim volebat Deus.Nā propter vtilitatē publicam ad bonum finē per-
c miſſa eſt ſimulatio.[c] c.vtilem.xxij.q.ij.& per illū tex.di
7 cit Vgutio & And.& poſt eos Dom.in c.nos in quenquā.
d ad ſi ij.q.j.† quòd iudex[d] poteſt delinquenti promittere impunitatem

a Subtilitate.Abb.in c.dilecti.de iudic.in iii.col.Deci.l.ſi quis hæredem.nu.4.C.de inſtitu.& ſubſtitu.

b Malitiis.Vide Barb.c.ſedes.hic alleg.col.iii.in prin.in proœm.cle.col.iii.fo.vii. Iaſ in l.cū proponas.in ii.col.C.de pac.And.Tiraq.in præfat.trac.retra.nu.70.C.M.

c Simulatio.Cauta & prouida admittuntur, ita Abb.poſt glo & Hoſti.in c.i. quod met.cau. ii.col.v.vbi dicit ſecūdū Hoſtiē. quòd aduocatus fouēs iuſtā cauſam, poteſt malitiis & cauillationibus aduerſarium cōuincere,dum tamen ſine mendacio hoc fiat,ad idē facit quod tenet Innoc.in c. olim.lo i.in iii. colū.in medio vbi dicit,quòd ſi ex defectu iuſtitiæ quis nō poteſt rem ſibi ſubtractā furto recuperare, quòd licet ſibi propria autoritate furtū ſubtrahere:dū tamen hoc fiat ſine mendacio, ego tamē credo quòd nullus aduocatus hoc faciet ſine mendacio, de quo etiā vide Hippo.de Marſil.in ſing.clxxvii incip.malitiis hominū. vbi multa cumulauit, quæ addas ad apoſtil.ſuper litera d Hie.Chu.

d Iudex. Idē

Deci. l. vnica. col. iii. C. de ſen. quæ pro eo quod inter. Sed cōtra Hippo. Marſil. in l. ii. quæſtioni. in fi. de quæſt. in l. ſi quis obrepſerit. ad leg. Cor. de fal. & in pract. ver. poſtquam nu. 17. & in ſing. cci. adde Luc. de Pen. in l. i. de numera. li. xii. C. M.

a Fely. Hanc etiam tenet Imo. in l. is qui reus fi. col. de pub. iud. & Fely. c. accedens lo. ii. vt lit. non. cōteſt. quæ opi. licet ſit cōmunis, ego tamen nō credo veram,

impunitatē & liberationē, ſi confitetur delictū, & poterit tamen iudex ex tali cōfeſsione poſtea iſtum cōdemnare, & iudex excuſatur. & refert Ancha. in d. c. vtilem. Alexandrum tertium ita feciſſe cum quodam epiſcopo ſimoniaco. & ſequitur Fely. [a] in d. c. afferte. de præſumpt.

¶ Adde tamē quòd cōtrarium in terminis tenet Innoc. in conſil. cix. viſa inquiſitione prædicta. vbi cōcludit ex pluribus, quòd virtute illius confeſsionis extortæ per dolum reus condemnari poteſt. per no. in c. ſanè. de renunt. & per glo. in l. itē ſi in pretio. §. fin. ff. locati. vt latius ipſe

per ea quæ hic dicit do. Phil. ſubtiliſsimè, & per tex in c. ad aures. quod metus cau. vbi iuramentū & fides æquiparantur: & iuramētum ſemper eſt obſeruandum vbi poteſt ſine interitu ſalutis æternæ. vt in c. cum dilectus. quod met. cau. & in c. ſi verò. de iureiur. vbi late Doct. ergo idem eſt dicendū in fide. quia æquiparatorum à lege, quod ſtatuitur in vno & in alio, &c. glo. & Doct. in l. ſi quis perſuaſerit. C. de fur. & in l. quod verò contra. ff. de leg. vbi etiā per Bar. cum fides iſta nō poſsit rumpi ſine interitu ſalutis æternæ, vt fatentur prædicti Doct. dicētes quòd in foro conſcientiæ nō eſt licitum talē fidē rumpere: & dato quòd prædicta opi. ſit vera, quòd iudex non teneatur fidē ſeruare, tamen nō poterit ex tali confeſsione cōdemnare confitentem, niſi eā iterum ratificaſſet, per ea quæ dicit ſin. Imo. in d. cōſi. cix. incip. viſa inquiſitione, &c. æquiparādo eam cōfeſsioni factæ in tormentis cuius opi. vltra d. Philip. hic, ſequitur etiā Hippo. de Marſil. in l. j. §. quæſtioni. col. ij. in fi. ver. modo redeundo. ff. de quæſtion. & latiſsimè in ſing. clxxvij. incip. malitiis hominum & in ſin. ccj. incip. in confeſſum. vbi alle. plures tenentes hanc opi. & ſic ſi cōfeſsio non fuerit ratificata, iudex non poterit eum punire, cū ſit nulla quantū ad punitionem, quia etiā dato quòd eſſet valida requireretur quòd pluries in confeſsione perſeuerauerit. no. verbum Cu. in conſil. cxxxviij. in j. col. ver. quantū ad primum quod eſt commend. requiritur etiā vt præceſſerit accuſatio ad hoc vt confeſsio præiudicet. ita gl. in l. fi. C. de lib. cauſa quam cōmend. Bar. in ſua Mar. in ver. confeſsio. ver. xii. ſed ego non teneo illā glo. per ea quæ dicit Anc. in c. i. de accuſ. lib. vi. ii. col. ver. ſolutio regulariter, &c. vbi dicit quòd verum eſt quòd regulariter quis nō eſt condemnandus ſine accuſatore. vt in l. ex reſcripto. §. ſi quis. de mun. & hon. ff. hoc tamē fallit in pluribus caſibus. de quibus ibi per eum inter quos ponit iſtum, quādo crimen eſt notoriū quòd ſit per cōfeſsionem factā in iudicio, vt ibi per eum. & adde quod dicunt Doct. poſt Bar. in l. i. §. nō fuit. de dolo. & in l. conuentionē. de pac. quòd publica perſona tenetur ſeruare fidē etiā hoſti. quòd iſta doctrina eſt limitanda per dictum ſing. Bal. in c. i. §. fi. col. pe. in fi. de pace iur. firman. qui tenet, quòd vbi aperitur via ad delinquendū vel ad impunitatē delicti iuramentū non eſt ſeruandū: quia nō tenet tale iuramentū. & ſic quòd à pub. perſona non ſit ſeruāda fides. vbi agitur de impunitate delicti: quod facit pro eo quod notatur de ſaluo conducto dato bannito, an ſit ſeruandū. de quo per Fel. in d. c. accedens. & per Imo. in d. l. is qui reus. vbi facit vnā no. diſtinctionē. Tamen caueant iudices per ea quæ ſ. dicta ſunt, ne ſint homicidæ animarū ſuarum: quia omnes ſuprà dicti Doct. tenēt in foro cōſcientiæ nō eſſe licitū rumpere fidē. H.C. ibi



in inſtit. & verior videtur opinio, quia fides data ſeruanda eſt. l. j. in prin. l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pac. l. j. in prin. de conſti. pecu. Et etiam hoſti fides ſeruanda eſt. xxiij. q. j. noli æſtimare. Et ideo iudex preſertim quia publicam perſonā gerit, fidē ſeruare debet, ex eo qđ no. Bar. in l. j. §. non fuit. ff. de dolo. & in l. conuentionum. ff. de pact. & facit tex. in epiſtola inter claras. C. de ſum. tri.

¶ Nec obſtat quod Bar. in d. l. conuentionum. & in l. j. §. non fuit de dolo per illum tex. dicit, quòd à priuato non ſit fides ſeruanda hoſti: quia in caſu noſtro agitur de iudice qui publicam perſonam gerit.

3 ¶ Præterea illud dictū Bar. nō videtur verū. † Quia etiā priuato debet ſeruari fides. p iura ſ. dicta que generaliter
4 loquūtur. [a] Non obſt. tex. in d. l. j. §. nō fuit. quia non videt probare illud Bar. dictum: qa ibi de fide data verbū nullū. ſed ſolū dicitur q quis vti poſsit ſolertia & machinatione cōtra hoſtē. iuxta illud Vergilij: Dolus an virtus qs in hoſte requirat? Et iſta notanda ſunt: quia ſæpius occurrūt.

a Loquūtur ideo generaliter ſunt intelligenda l. de pretio. ff. de publ. quæ tamen regula fallit multis modis, vt p Soci. in tractat. fallent. in regu. la ccxxix. vbi ponit lvi. fallēs

## In l. Marcellus ait. Argumenta.

1 Debitor quis propriè dicatur.
2 Deſinere non dicitur is, qui non incepit.

### REGVLA LXVI.

*MARCELLVS ait, Deſinit debitoris eſſe, qui nactus eſt exeptionem iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.*

1 ¶ ISTA regula de plano intelligi pōt: qa † debitor ille intelligit à quo inuito pecunia exigi pōt. l. debitor. ff. ti. j. ergo tu° iuſta exceptione nō videt eē debitor: vt hic dicitur: & facit alia regula, Nō videt cepiſſe, qui p exceptionem remouetur à petitiōe. Ad idē reg. nihil intereſt. j. eo. vbi dicitur nihil intereſt qs actionē nō habeat, an p exceptionē infirmetur. ¶ Et regula iſta intelligitur oppoſita exceptione. Secus videtur ante oppoſitā exceptionē: per ea quæ dicta ſunt in d. reg. non videtur. ff. eo. vbi videndū eſt. ¶ Et ideo tex. hic bene dicit deſinit: quia ante exceptionē
2 oppoſitam erat debitor. † Quia non videtur deſinere ille qui non incipit. l. Titio. ff. de condi. & demonſtr. l. nulla. de ſu. & leg. Et in reg. non pōt videri deſiiſſe. j. eo. Et de hoc propriè intelligitur: aliâs verò impropriè etiā deſinere dicitur quod non incipit: vt not. per gl. in d. reg. nō poteſt. per tex. in l. iiij. §. deſinere. ff. vſufr. quēadm. ca. vbi gl. in l.

a Verba Adde quòd verba debent intelligi ſecundum naturam diſpoſitionis ſuper qua ponuntur etiam ea impropriando de quo per Iaſ.in proœm.feu.col. xxviij.verſi.ij quia &c.& in l.is qui putat.de acquir.hæred.col.fi.& in l.pro hærede.§.ſi qui.ſ.ij.col.eod.tit.

b Subiectam.Deci.in rubr.de iuriſdic.omn.iud.l.j.col.vj.l.fi.col.iiij.C.quia admit.conſi.ccclxxxviij. vnde reprobaui q.d Deci.ſuprà col.in perſonam.§. generaliter. C.M.

c Operentur. Vide Socinum in trac.fallent. in regu. ccccxl. Cano.in cap.ſi papa de priuil. li.vj.Iaſ. in l.ſi legati ſerui. de leg.j.Fel.c.Rodulphus.de reſcrip.col.ij.ver.& ob eluſionē,&c.& in c.j.eo.tit.do.Phil. Dec.in c.paſtoralis.in prin.de appel. H.C.

d Delicti.Adde quòd verba ambigua in delictis debēt capi in mitiorem partem, vt per Iaſo. qui plura accumulauit in l. diuortio. ſol. matri. colū.iij. verſicu. ex iſtis infero.

e Perſonæ.Adde quòd verba debent intelligi ſecundū qualitatem perſonæ: adeo quòd verba priuilegii interpretantur ſecundum qualitatē perſonæ.de quo p Iaſ.in authent. ingreſsi.vii.co. C.de ſacroſan. eccl.& Barba. in c.ſi pro debilitate.hic alleg. col.xiiii.

## In l. Quoties idem ſermo. Argumenta.

1 Verba ſecundum naturam contractus ſunt intelligenda.
2 Verba ſecundum naturam actus,de quo agitur accipi debent.
3 Verba potius pro natura actus, quam pro perſonæ qualitate ſunt interpretanda.
4 Sermonem proferens, vnicum tantum præſumitur habere intellectum.

### REGVLA LXVII.

*Q*VOTIES *idem ſermo duas ſententias exprimit: ea potiſſimum accipietur quæ rei gerendæ aptior eſt.*

¶ IBI, rei gerendæ aptior eſt.†& ideo verba accipiun- 1
tur ſecundum naturam contractus.l.ſi vno in prin.ff.locati.vbi Bart.qui ex hoc ibi infert quòd verba[a] accipien- a
tur ſecundum ſubiectam[b] materiam, alleg.bonum text. b
in l.ſi ſtipulatus.C.de vſur.& facit text.in l.inſulam.de præſcript.verb.Ex quibus iuribus concludit Alex.in conſil.v.puto de iure.lib.iiij.quòd verba accipiuntur ſecundum ſubiectam materiam, etiam verba impropriando, & etiam in materia in qua debeat fieri ſtricta interpretatio,puta in ſtatuto,prout ipſe ibi loquitur.Et licet†verba 2
debeant intelligi, vt aliquid operentur:[c] tamen non de- c
bent operari niſi ſecūdum naturam actus de quo agitur: vt not.Bal.in rubr.C.de contrahen.empt.ita Alex.dicit in conſi.xxj.viſo compromiſſo.col.ij.in verſ.nec obſtat.lib.v.quòd verba potius intelliguntur ſecundum qualitatem delicti[d], quàm ſecundum conditionem perſonæ cui fit d
commiſsio:vt in notabili caſu Aret.ſcribit in conſi lviij. conſideratis omnibus.col.v.vbi ad hoc adducit text.pro ſingulari in c.in archiepiſcopatu.de rap.† Et potius vide- 3
tur quòd verba intelligantur ſecundum naturam actus, quàm ſecundū qualitatem perſonæ[e] facientis, vt colligi- e
tur ex dictis Ant.de Butr.in c.ſi pro debilitate.de off.deleg.vbi And.Sicu.refert.iiij.dum ibi dicitur.quòd iudex delegatus qui conſilium ſibi reſeruauit, non videtur tanquam iudex, ſed potius ſecundum naturam ipſius conſilij reſeruare.Et dato quòd verba eſſent pregnātia:tamen

ſecund



ſecundùm ſubiectam materiam intelliguntur & reſtringuntur: vt Alexand. tradit in conſi.xxxv. viſo proceſſu. col.iiij.lib.iiij.verſic.circa tertium.

a ¶Et q verba[a] intelligantur ſecundùm ſubiectam materiam,etiam not.Abb.in c.exhibuit.in ij.not.de iudic.& Rom.hoc modo arguit in conſil.xxxviij.tribus rationibus.in fi.Aret.in conſi.xiiij.viſo.col.ij.& Alex.in conſilio lxxxvj.in cauſa.col.ij.Petr.de Anch.in conſi.ccxxv.prima facie.Ang.in conſi.xxxj.viſo legato col.fin.Imo.in conſil. xxj.in caſu præmiſſo.in princ.& conſil.xcv.in caſu præmiſſo.& in conſi.c.in quæſtione.col.ij.cum ſimil.

¶Et quantum ad tex.hic de ſermone habente duplicem intellectum.
4 †Notandum eſt, q ille qui protulit talem ſermonem vnum tantum videtur habere intellectum:vt dicit tex.in l.in ambiguo.ſ.de reb.dub.Et ideo ſi dupliciter intelligi poteſt, videtur q nullus intellectus valeat, arg.l.ſi duo ſunt Titij.ff.de teſtam.tut.& ita ſentit Bar.in d.l.in ambiguo.Nam eius quod multipliciter exponitur, veritas ignoratur: vt dicit Bal.in l.ſcire leges.ſ.de legib.

¶Et hoc intelligitur niſi probetur per alias leges & rationes de altero intellectu:quia ille prçualet:vt Bar.dicit in d.l.in ambiguo.& tali caſu procedit iſta regula: quia attenditur ille intellectus qui rei gerendæ aptior videtur,& ſecundùm ſubiectam materiam vt dictum eſt.

¶Et præualet ille intellectus in quo maior ſit proprietas verborum.c.Rodulphus.de reſcript. Et præfertur ille intellectus in quo maior ſit ratio dubitandi: vt not.Abb. in c.cùm in iure.in j.no.de elect. Et præualet ille intellectus per quem minus iuri cōmuni derogatur etiam verba impropriando:vt not.Abb.in c.cùm dilectus.col.fi.de conſuet.Et præualet ille intellectus qui conuenit rub.vt not.Ant.de Butr.in proœ.Decret.in §.ſanè.Alex.in l.j.in iij.not.ſ.ſi cer.pet.Et præualet intellectus in materia ſtricta in ſtricto ſignificatu.d.c.Rodulphus.de reſcrip.& per Soc.in conſi.cxvj.col.vj. Et præualet ille intellectus qui facit actum valere.l.quoties.de verb.oblig.cum ſimil.

a Verba.Adde q verba cōtrahentium debent etiam intelligi & ſaluari ne cōtineant cōtrarietatem. idē in teſtibus, ſtatutis, iuramento, ſententiis & contractibus, vt per Iaſ.in l.falſa.C. de iuris & facti ignor.

## In l. In omnibus cauſis. Argumenta.

1 Priuilegium perſonale extinguitur cum perſona.
2 Priuilegium quod fiſco vel eccleſiæ de non ſoluenda gabella conceditur,ad emptores non extenditur.
3 Priuilegium, in dubio eſt cenſendum perſonale.
4 Priuilegium quando ad hæredes ſit extendendum.

Benef

5 Beneficiũ à principe cõceſſum, latã admittit interpretationem.
6 Priuilegium quod vni perſonæ conceditur, ad alias non porrigitur.
7 Priuilegium loquens de filio, non verificatur in filia.
8 Priuilegium ad alias non porrigi perſonas, quando verum ſit.
9 Priuilegium ſcholaribus conceſſum, ad eorum famulos eſt extendendum.
10 Priuilegium patrifamiliàs conceſſum, ad familiares extenditur tam præſentes quàm futuros.
11 Priuilegium cõtra ius ſpeciale, latã recipit interpretationem.
12 Interpretatio lata fit, etiam quandoque in materia odioſa.
13 Diſpenſatio latam recipit interpretationem iuxta verborum proprietatem.
14 Priuilegium datum cauſæ, tranſit cum cauſa, ſicut actioni datum cum actione.
15 Priuilegium rem ſequitur, quod rei conceditur.
16 Priuilegium loco conceſſum, an extendatur ad loci perſonas.
17 Priuilegium perſonis conceſſum, durat aliquando perſonis deficientibus.
18 Priuilegium, quod dignitati conceditur, durare poteſt dignitate ceſſante.

## REGVLA LXVIII.

*IN omnibus cauſis id obſeruatur, vt vbi perſonæ conditio locum facit beneficio: ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat. vbi verò genus actionis id deſiderat: ibi, ad quemuis perſecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij.*

¶Ex iſta regula duo dicta colliguntur. †Primũ eſt, ꝙ priuilegium perſonale cum perſona extinguitur [a]. Secundum, ꝙ priuilegium datum actioni tranſit cum actione. 1

a Extinguitur. & quando incipiat cõpetere, ponit Iaſ. in l. beneficium. ſuprà de conſt. prin. col. ii. ver. ſucceſſiue.

¶Circa primum idem habetur in regula, priuilegium. eo. tit. in vj. & in regula, priuilegia quedam. ſ. eo. in l. cum patronus. in fi. de leg. ij. in l. quia perſonale, ſol. mat & in §. ſed quod principi. inſtit. de iur natur. & ideo non tranſit ad hæredes. d. l. quædam priuilegia. & in l. j. in princ. ſ. de iure immun. Et quandoque adeò perſonale eſt quòd alteri commodari non poteſt, & cum eo perſona debet ſepeliri. vt de pallio dicitur: vt in c. ij. de auto. & vſu pallij.

¶Et ex iſta regula verificatur quod no. Dyn. & Bart. in l. licitatio. §. imperatores. ſ. de publ. †quòd priuilegiũ non ſoluendi [b] gabellam datum fiſco vel eccleſiæ, non competit emptoribus, de quo dixi in conſi. xlviij. 2

b Soluẽdi. Vide Alexan. in l. quia tale. ſolu. mat. col. ii. ver. ex prædictis, &c. vbi plures quæſtiones ponit in materia priuilegiorũ.

¶Et in notabili caſu Alex. tradit in conſi. xxxvj. in cauſa dationum vini, lib. j. & ibi declarat, quod dicitur priuilegium



a gium perſonale [a] quando conceditur alicui expreſſo nomine proprio: vt in c. quoniam Abb. de off. delega. in c. ſi gratioſè de reſcript. in vj.

a Perſonale. Qualiter cognoſcatur & etiam reale: vide Anch. in d. regula priuilegium. hic alle. col. iii. in med. & ibi per Dy. & eius add. ſatis remiſsiuè.

3 ¶†Et in dubio [b] priuilegium videtur perſonale: vt not.
b per glo. in c. cum veniſſent. de inſtit. & in c. tua. in gloſ. de his quæ fiunt à præla. & in gloſ. xxv. q. ij. in ſumma.

b Dubio. Vide Phil. Franc. in d. reg. priuilegium. i. col. in fin. Anch. ii. col. verſ. in tertio caſu.

¶Et iſta regula intelligitur quando priuilegium conceditur intuitu perſonæ, ita ꝙ perſona ſit immediata cauſa priuilegij. Secus ſi perſona nõ ſit cauſa immediata priuilegij: vt patet in reſtit. in integrum quæ datur minoribus, nam dicitur priuilegium perſonale: vt not. in l. exceptiones quæ. ſ. de excep. †& tamen extenditur ad hæredes. l. non ſolum. ſ. de in integ. reſt. l. minor autem. §. fi. ſ. de mino. l. ea quæ. C. de temp. in integ. reſt. per. Quia minoris perſona non eſt finalis cauſa priuilegij, ſed læſio. quia tũc demum tale priuilegium competit minori ſi ſit læſus. l. quòd ſi minor. §. non ſemper. l. non omnia. ſ. de mi. & ita concludit Dyn. in d. reg. priuilegium. Ad quem Bar. ſe remittit in d. l. non ſolum. Alex. tamen in d. l. quia perſonale. videtur reprobare iſtam opin. quia, dicit ipſe, non aperit Dy. qualiter perſona ſit cauſa immediata priuilegij. Sed poteſt reſponderi, quòd imò aperiat per rationem præallegatam. Secundo dicit Alex. ꝙ non facit Dy. differentiam vtrum priuilegium concedatur à lege, vel à principe Sed etiam reſponderi poteſt, quòd non ſit differentia, vt etiam Bart. ipſe tenere videtur. 4

¶Et regula iſta procedit in priuilegio, prout loquitur, ꝙ eſt contra ius commune. Secus eſt †in beneficio dato à principe: quia latè interpretari debet. l. fin. ſ. de conſt. prin. Ideo in dubio tranſit ad hæredes: vt not. Bart. in l. ſi pater. de ſeruit. leg. 5

¶Sic etiã in officio quod eſt perſonale, l. tutela plerunq;. ſ. de tut. c. quoniam Abb. de off. deleg. & not. Bal. in c. cum veniſſent. de iud. circa fi. in ver. pone Papa. vbi concludit, ꝙ ſi papa concedit officium vicariatus per decem annos, non tranſit ad hæredes: & ſequitur Alex. in l. quia tale.

¶Et ſicut priuilegium perſonale cum perſona extinguitur, †ita priuilegium datum vni [c] perſonæ, ad alias perſonas non extenditur etiam ex identitate rationis: & ſic in priuilegio non proceditur de ſimilibus ad ſimilia, ſicut de iure communi. vt no. Ant. de But. per illum tex. in c. ſanè. de priui. Et iſtam reg. etiam tradit Bal. in l. j. in princ. C. de 6

c Vni. Adde Iaſ. in l. i. de cõſti. prin. col. fin. vbi ſatis remiſſiuè. Et an poſſit extendi ratione correlat. per eundẽ in l. non tantum. de re iudi. col. i. & Ro. cõſ. ccxlvi. & an priuilegiũ conceſſum fratribus minoribus, & prædicatoribus extẽdatur ad ipſas ſorores, alleg. cõſi. xiiii. incip. viſo teſtamento. iiii. vol.

C.de leg.dicens, ꝙ priuilegium non extenditur ad aliam
perſonam, nec ad alium locum: quia eſt ſtricti iuris. &
ideo priuilegium conceſſum regi, non extenditur ad re-
ginam, vel filios, niſi exprimatur. vt not. Domini. in c.
aliqui. per illum tex. in iiij. not. de priuileg. in vj.
¶ Et priuilegium † quod loquitur de filio, non habet lo-
cum in filia.[a] vt tradit Card. in conſi. ccxxxv. puto filiam
fi. ſic etiam priuilegium datum vni eccleſiæ, non habet
locum in alia: vt not. Bal. per illum text. in l. non tantum
§. non omnia. de excu. tut. Et priuilegium quod loquitur
de vno contractu non habet locum in alio: vt not. Ang. in
conſi. cclxxij. quoniam dictum priuilegium.
¶ Et licet regulariter[b] priuilegiũ ad alias perſonas non
porrigatur, † hoc limitatur procedere in perſonis acceſ-
ſoriis[c] & familiaribus quibus competit priuilegiũ, quan-
do ſine illis poſſet priuilegium remanere inutile: vt not.
Domi. per illum text. in c. licet. §. cum conceditur. in prin.
eo. tit. in vj. & glo. ibi ſimilia iura adducit. & not. Abb. in
c. quòd nonnullis. extra de priuileg. Bene facit text. in au-
then. habita. C. ne fil. pro patre. vbi Bal. per illum text. in
quinto notabili dicit, † quod priuilegium datum ſchola-
ribus, etiam ad eorum nuntios & famulos extenditur. Et
priuilegium datum calceolariis, debetur ciabatteriis eo-
rum miniſtris. vt not. Ange. in proœmio Digeſtorum. in
ver. itaque proculdubio. col. ij. Et ideo obligatus ad pro-
curandum aliquem, id eſt ad hoſpitandum, etiam ſerui-
tores procurare tenetur: vt not. Abb. in cap. quanto. in ij.
notab. de cenſi.
¶ Et priuilegium datũ pauperibus hoſpitalis, porrigitur

a Filia. Adde quòd etiam appellatione filiorum in priuilegiis non compre-
henduntur nepotes nec pronepotes: vt in l. ſed à milite. ver. hæc autem. ſupra de excu.
tut. vbi Bal. dicit eum meliorem de iure. & idem etiam Barto. in l. liberorum.
v. col. verſic. quæro. ſupra de verb. ſignif. H.C.

b Regulariter. Not. vnum dictum ſingul. ꝙ priuilegium quod conceditur
communitatib. Iudæis vt poſſint retinere res furtiuas donec eis perveros dominos ſoluatur pretiũ, tale priuilegium non comprehendit forenſem & ſic ſi res furtiua ſit forenſis, non tenebitur ſoluere pretiũ. ita Franciſc. de Crem. ſingula. lxxxi. incip. pone Iudæi. fo. 4. Abb. c. quod clericis. de for. compe. vi. col. in princ. & ibi Barba. xiiii. colũ. poſt medium. H.C.

c Acceſſoriis. vide Bal. in ſua marg. in verb. priuilegiũ. ver. vii. vbi loquitur in vxore & aliis, itẽ de emptore quando eſt conceſſum venditori. & Ro. conſ. clxxx. & etiã ratione cõmunionis vt per Hippolytum de Marſi. qui plura cumulat in ſingu. clxxi incip. plura. & adde vnum verbum ſingulare Bald in l. fin. C. ad leg. Fal. de plagia, per gloſſ. ibi in verbo orbita. quòd priuilegia quæ dantur viduis, dantur etiam mulieribus inutiliter nuptis, puta ſi habeant maritum damnatum ad perpetuos carceres: idem dicerem ſi eſſet captus ab infidelibus, vel profeſſus ſecundum not. in c. i. de conuer. coniug. & vide Iaſo. qui refert Bald. in l. ſi is qui pro emptore. de vſucap. ſuprà colum. ii. in tertia principali quæſtione. Bartol. in verſicu. adde gloſſ. Hieronymus Chuchalon.

admini



ad miniſtros qui ſeruiunt hoſpitali: vt pluribus rationi-
bus Old. tenet in conſi. xj. thema tale eſt.
¶ Et priuilegium datũ illis de domo, includit caſtaldos
& factores: vt no. Alex. poſt Ro. in l. lecta. in gl. in verbo,
in domo. ff. ſi cer. pet. & dicit Abb. in c. quàm ſit. in prin.
de Iudæ. ꝙ priuilegium datum vni, etiam ex ſociis pri-
uilegiati competit, quãdo priuilegium eſſet inutile, niſi
ſocij eodem priuilegio gauderent. & Moder. ibi alia ſi-
milia adducunt. Et familiares militum gaudent eodem
priuilegio: vt no. Bal. poſt Cyn. in l. j. C. de vxo. mili.
10 ¶ Et quod dictũ eſt de familiaribus, intelligit̃ † non ſolũ
de præſentibus, ſed etiã de futuris: vt tradit Io. And. in re-
gu. qui ſentit. de reg. iur. in vj. in Mercu. & Ang. in conſi.
ccl. thema prædictũ. col. iij. Et in prædictis notandũ eſt,
ꝙ licet priuilegiũ extendat̃ ad familiares, nõ tñ ipſis fa-
miliaribus dicit̃ datũ eſſe priuilegiũ: quia licet effectus
priuilegij ad vnũ porrigat̃, non tñ illi dicit̃ datum priui-
legium. vt no. Dom. in cõſi. lxxiiij. attento puncto. col. fi.
alle. tex. in c. ſi cui. §. j. & in c. dudũ. in prin. de præben. in
vj. & in c. ſicut nobis. de ver. ſig. in vj. & ideo mortuo prin
cipali cui datũ eſt principaliter priuilegium, extinguitur
etiã in aliis quibꝰ acceſſoriè cõpetebat: vt no. Bal. in l. ij.
circa fi. ver. vlt. q̃ro. C. de epiſ. & cle. & And. Sicu. in conſi.
xx. col. iiij. lib. ij. & nouiſsimè Soci. in conſi. lxxxiiij. accu-
ratiſsimè. in nouis. Et ſupradicta omnia bene procedunt
q̃n priuilegium eſt cõtra ius cõmune: quia ſtrictè debet
interpretari: vt ſ. dictum eſt. & do. Rom. in cõſi. clxxx. ſi
animaduertimus. col. pe. † Secus ſi priuilegiũ ſit cõtra ius ſpe-
11 ciale: quia tunc tale priuilegium debet latè interpretari:
quia res ad ius cõmune reducit̃: vt no. Ant. de But. per il-
lum tex. in c. olim tibi. in fi. de verb. ſig. & Abb. in iij. no.
Similiter in priuilegiis fit lata ĩterpretatio quatenus ꝓ-
12 prietas verborũ ſignificat: † quia in materia etiã pœnali
& odioſa fit lata interpretatio ſecundũ proprietatẽ ver-
borũ: vt no. Aret. dicit per illũ tex. in l. cũ lege. ſ. de teſt.
Et ideo † in diſpenſatione quæ odioſa eſt & ſolet ſtrictè
13 interpretari. c. j. de fil. presbyt. in vj. Tamen fit lata inter-
pretatio quatenus proprietas verborũ videtur requirere:
vt no. Cald. in c. j. de cõſangui. & affi. col. j. Et quantum ad
ius cõcedentis etiam priuilegiũ, late debet interpretari:
vt not. Oldr. in conſi. cclxviij. q. eſt. col. ij. verſi. præterea.
14 ¶ Quo ad ſecũdum dictũ principale † de priuilegio da-

R to act

a Cauſæ. Vide Iaſ. in l. tempus. de re iud. j. col.
b Loco. Vide Aret in c. nullus. de fo compe. j. col.
c Dignitati. de quo vide Bal. in c. ſedes de reſcript. & latiſſ. Hip. de Marſil. in ſin. clxxix incip. vrget ſtatutum. Et Io. de Plat. in l. eam legem. C. de excuſ. mili. lib. x.
d Clericus. Adde vnũ verbũ ſingulare circa priuilegiũ. c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij quod ſi quis percuſſerit cõſanguineũ clerici reſpectu ipſius clerici, ꝙ incidit in excommunicationẽ. ita Ludo Ro. in repe. rub. de arbit. ff. colum. xix. in princ, quem ſequitur Hipp. de Marſ. in ſuis ſingu. cciiii. incip. percutiens. vbi alleg Feli. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. col. xlii. poſt med. qui nõ tenet illud dictũ quia text. ille hic nõ probat: nã loquitur de noua excõmunicatione, vt volũt ibi Docto. & Felin. vbi ſ. & dato quòd loqueretur de excõmunicatione c. ſi quis ſuadente. dico quòd illa diſpoſitio non eſſet extendenda, per ea quæ ibi dicit Ioan. And. in Nouellis ſuper gloſ. conſanguineos. H.C.

to actioni, quòd tranſeat cum actione, idem eſt in priuilegio dato cauſæ [a]: quia cauſam ſequitur: vt no. Domi. in regula, priuilegium. in fi. e. tit. in vj. & tex. hic. Et eodem modo, ſi concedatur rei, quia ipſam rem ſequitur, & tranſit in hæredes. dicta regula, quædam. infrà eo. & idem text. in l. forma. §. quanquam. de cenſi. vbi dicitur. quòd priuilegium datum ciuitati vel loco, ad poſteros porrigitur. & in l. j. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æſti. dicitur, quòd priuilegium quod datur prædiis, extincta perſona non extinguitur: & ibi, & in d. l. forma. §. quanquàm. probatur vtrunque dictum huius regulæ.

¶ †Et quando eſt datum priuilegium loco [b], an videatur datum perſonis, eſt tex. in c. per exemptionem. de priui. in vj. & no. Rom. in conſi. clxxx. ſi admittimus. in prin.

¶ †Et ad ſupradicta notãdum eſt, quòd quandoq; etiam priuilegium datum intuitu perſonarum durat: licet perſonæ deficiãt. Nam ſi pater habuit priuilegium propter numerum filiorũ, licet filij moriantur, tamen durat priuilegium, ſecundum Io. And. in regu. decet. de reg. iu. in vj. vbi refert ita conſultum fuiſſe. & Bal. ibi ſequitur. & not. Bar. in l. ij. §. non ſolùm. ſ. de excuſa. tut. & tradit Io. de Ana. in conſi. vltimo. circa dubium oblatum.

¶ †Similiter & quãdoq; priuilegium datum dignitati [c] durat etiam ceſſante dignitate in memoriã priſtinæ dignitatis. l. fi. ſ. de decur. Et per illum text. infert gl. quòd clericus [d] degradatus retinet priuilegium clerici [e]. in c. accedens. quinquageſima diſt. & in c. ad abolendam. ver. prærogatiua. de hære. de quo per glo. cap. degradatio. in verſi. priuilegio clericali, de pœnis. in vj. Aliàs vero cauſa priuilegij debet conſiderari: quia ceſſante cauſa [f] priuilegij, ceſſare debet priuilegium. l. Titia. la ij. §. vſuras. vbi Bar. de leg. ij. & no. Rom. in conſi. clxxx. ſupra alleg. col. iij. Et ideo mutatione perſonæ tollitur priuilegium. l. Paulus ſ. de acqui. hære. vbi Bar. in fi. dicit quòd ſi res eccleſiæ perueniat ad priuatum, ceſſat priuilegium. vt in pulchra q. not. Bal. in rub. C. de vſur. in iiij. q. & ſequitur Ioã. de Ana. in c. ſalubriter. col. ij. de vſur. & in alia ſimili q. tradit Ioan. And. in Addit. Spec. in tit. de cenſi. §. nunc dicendum. in addit incipiẽ. tractabat Vbert. de Bob. cum ſimil. vt Alex. ſcribit in conſi. xxxv. viſo proceſſu. lib. iiij.

e Clerici. Falſum, quia pro mero habetur. H.C.
f Cauſa. Vide latè Feli. in c. cũ acceſſiſſent. de cõſti. col. x. & ſatis remiſſiuè per addi. Dy. in reg. decet. iſto tit. li. vi. ſuper ver. finitur priuilegiũ. & per Bar. in l beneficiũ. de conſti prin. vbi Iaſon latiſſimè in viii. col. verſi. ii. principaliter quærunt.



## In l. Inuito. Argumenta.

1 Liberalitas poteſt in inuitum exerceri.
2 Soluere poteſt quis pro alio inuito.
Impenſa vtilis facta pro infirmo, etiam inuito, repeti poteſt.
3 Soluens pro eo, cui manus amputanda eſt ni ſoluerit, repetere poterit.
4 Reipublicę intereſt, vt conſeruentur homines.

### REGVLA LXIX.

INVITO *beneficium non datur.*

¶ VLTRA gl. facit tex. in l. hoc iure. §. non poteſt. ſ. de dona. vbi dicitur, †quòd non poteſt exerceri liberalitas nolenti acquiri. Et nemo creſcere cogitur inuitus: vt dicitur in c. geſta. lxxiiij. diſt. Et per hoc eſt licitum vnicuique fauori ſuo renuntiare. l. pen. C. de pact. l. pen. C. de epiſ. & cleri. & in c. ad apoſtolicam. de regu.

¶ Et iſta regula intelligitur, quando ſolùm agitur de intereſſe eius cui beneficium confertur: ſecus ſi agatur de intereſſe alterius priuato vel publico [a], quia tunc regula non procedit: & †ideo quis poteſt ſoluere pro alio inuito [b]: & ille inuitus liberatur, quia agitur etiam de intereſſe illius qui pecunias recipit: vt declarat Pau. de Caſtro, in l. ſoluendo. ff. de nego. geſt. Et iſta ratione etiam inuitũ extrahere poſſum de domo ruente: vt dicit text. [c] xxiij. q. iiij. in c. ipſa pietas.

¶ Et impenſa facta vtiliter pro infirmo, etiam inuito & prohibente, repeti poteſt. vt glo. not. dicit. lxxxiij. diſt. in ſumma. in iſtis duobus caſibus bona præſtãtur etiam inuitis: vt dicit text. xlv. diſt. & in c. qui emendat. in fi.

3 ¶ †Et ideo pro condemnato in amputatione manus vel pedis niſi ſoluerit centũ intra menſem, quis ſoluere poteſt & repetere, dato ꝙ ille prohibeat & proteſtetur ꝙ ſoluere non velit: vt not. concludit Bar. in l. ſi Stichus. de pecu.

a Publico. vel etiam ſecundario: vt quãdo ex diſpoſitione legis. vt in l. ſeruus vetante. de verb. obli. & ibi Iaſ. in ii. reſponſo. ad §. nõ poteſt. l. hoc iure. ſ. de dona.
b Inuito. Ita declarat Ange. in prin. inſtitu. quib. mod. toll. obliga. ii. colũ. in ver. in glo. ſolutio fiat, &c.
c Text. de quo vide Hippo de Marſi. in ſingu. clxxxix. incipiẽ. tu audiuiſti. & Felin. in c. contingit. de ſenten. excõ. in ii. colum.

pecu.lega.in princip.in verſic.& per hanc legem dico.&
idem tenet Bal.in l.fi.col.ij.verſi.ſed ponamus, C, de ne-
go.geſt.quia tali caſu agitur de intereſſe publico:vt Bal.
ibi dicit.†Nam intereſt reipublicæ, quòd homines con- 4
ſeruentur.l.cùm ratio.§.pen.ſ.de bon.dam. Et quia quis
non eſt dominus membrorum[a] ſuorum.l.liber homo,ſ. A
ad leg.Aquil.c.contingit.de ſenten.excommu.

a Membrorũ. Vide latiſsimè Felin.qui plura notabilia po nit circa iſtam regu.in ca.contingit. de ſen. excõmu. in i.& ii.colum.

¶Sed tamen in cõdemnato prout doct. loquuntur, con-
ſiderandum eſt, quòd ſi ipſe non ſolueret pœnam pecu-
niariam erit corporaliter condemnatus vigore ſenten-
tiæ: vnde videtur quòd ſecũdùm tenorem ſententiæ ipſe
habeat poteſtatem eligẽdi pœnam ſucceſsiuè quam ve-
lit:quia licet ipſe non ſit dominus membrorũ ſuorum,
tamen reſpublica habet poteſtatem in membris ſuis: vt
not.Bar.dicit in l.Titio centum.§.Titio centum. el ij. in
verſi.tertia ratio ſ.de condi.& demon. & iudex ita iudi-
cauit autoritate reipublicæ, ſicut quando quis eſt con-
demnatus ad mortem & pars non appellauit à ſententia
illa,tranſit in rem iudicatam,l.diui fratres. vbi Bar.ff. de
pœn. l.j.§.ſi.ſ.de quæſtio.niſi dicamus, quòd licet ſit cõ-
demnatus autoritate ſententiæ:lex tamen quantum po-
teſt cogitat illum liberare: quia in tali ſententia corpo-
rali dat facultatẽ appellandi omnibus, etiam inuito con
demnato.l.non tãtum. ſ.de appella. vnde ſicut vnus po-
teſt appellare pro illo inuito:ita videtur quòd ſoluere[b] B
poſsit pro illo inuito, ſed replicari poteſt quod appella-
rio permittitur vt appareat de iuſtitia,ne innocens in ef-
fectu condemnetur.

6 ¶ Et quantum ad propoſitum noſtrum hic, † quòd actus
hic expreſsi non recipiunt diem, neque conditionem, hoc
intelligitur in conditionibus quæ in facto conſiſtunt: ſe-
cus ſi in iure, quia valet aditio hæreditatis ſi quis dicat,
adeo hæreditatem ſi poſſum de iure: vt no. Bald. in l. po-
tuit. in viij. q. C. de iure delib.
¶ Secundo hoc limitatur quãdo conditio reſpicit ſubſtã-
tiam actus. ſecus verò ſi reſpicit executionem: † quia talis
7 conditio etiã expreſſam non vitiaret. l. mutuo. §. ſub cõdi
tione. ff. de tutel. prout illum tex. declarat Bart. in l. j. col.
j. verſi. ij. de condi. & demon. facit quod no. Bar. de condi-
tione quæ reſpicit executionem. in l. item quia. ff. de pact.
in l. ita demũ. ff. de arbit. cum ſim. vt dixi in c. ij. de reſcri.
8 ¶ Tertio, hoc limitatur † non habere locum in cõditione
tacita, quæ ex natura actus intelligitur: vt tex. hic dicit de
acceptilatione facta de debito cõditionali: quia tacitè in
telligitur ſi conditio obligationis purificata ſit. & hoc eſt
quod Bald. dicit in l. ſi quis à certo. in ver. opponitur quod
acceptilatio. ff. de condic. ob cauſ. dum inquit, quod actus
de quibus hic dicitur, non recipiunt, conditiones extrin-
ſecas: ſecus eſt in extrinſecis & legalibus. & idem Bal. in
l. iij. de leg. j. vbi eodem modo diſtinguit inter conditio-
nem extrinſecam, & intrinſecam. & idem Bald. in l. cum
9 iudex. C. de ſent. poſt gloſ. ibi, † vbi loquitur in ſententia
quæ non poteſt ferri ſub conditione extrinſeca. l. ij. §. bi-
duum. quando appel. ſit. Secus eſt in intrinſeca quæ reſpi
cit ipſum negotium. & idem not. Bart. in l. à diuo Pio. §.
in venditione. in princip. de re iudi. cum ſim. vt tradit ibi
Alexan. col. v. verſi. quarta ſolutio. & idem Roman. in
conſi. cccccc j. vt declarationem. col. ij.
¶ Et eſt aduertendũ ad illud quod hic dicitur, quod iſta taci-
ta conditio vitiaret ſi expreſſa ſit: quia cũ exprimat illud
quod tacitè intelligebatur, expreſsio nõ deberet vitiare:

a In vi. Vbi videas docto. qui dicunt quod matrimonium carnale poteſt bene contrahi ſub cõditione: vt in c. ſuper eodem. de condi. appoſi. an autẽ poſsit contrahi ad tempus: nõ niſi per diſpenſationem papę vt ibi per eos. & Imol. in ele. j. de conſang. & affinita. & vide Alexã. in cõſil. lxxv. in i. volu. & Iaſ. in l. Iulianus. ii. colũ. de leg. i. & Im. in l. gerit. fina. co. de acquirẽ. hær. & docto. in d. regul. actus. H.C.

a Alex nu.15. vbi dixi, vide Dec.c.clericã. col.fin de iudi. conſil. cccxvj. col.j. C.M.

b Valet.& bene, quicquid Decius dicat. C.M.

†quia expreſsio eius quod tacitè ineſt,nihil operatur.l. 10
iij.de leg.j.Bal.ibi opponit de iſto tex.& reſpondet quod hic expreſsio cõtinet vitium formæ:ideo per expreſsionem actus vitiatur.quaſi velit,quòd in actibus hic expreſsis ſit datum pro forma quòd conditio non exprimatur. & idem dicunt Imol.ibi & Moder.& idem not.Bar.in l. in diem.in fi.ſ.de acceptil.vbi dicit,quòd eſt peccatum in forma quando in acceptilatione apponitur dies vel conditio:& in iſto caſu ex quo expreſsio vitiat,nõ eſt par virtus taciti & expreſsi:vt not.Alex.[a] in cõſi.lix.attẽtis verbis.col.pe.li.iij. A

¶Vltimo quæritur,†an quod dicitur hic de conditione in iſtis actibus, 11
intelligatur etiam de cõditione de præſenti,vel de præterito.Ioã.Fab. in §.cõditiones.inſtit.de verb.obli.videtur tenere quòd in talibus conditionibus nõ habeat locum iſte tex.& ad hoc facit:quia cùm iſti caſus ſint ſpeciales & contra regulã,vt ſ.declaratum fuit,ſtrictè intelligi debent.Et ideo in conditione propria intelliguntur,quæ eſt de futuro,& ſuſpendit:ſecus videtur in cõditione de præterito vel præſenti,quæ non dicitur propriè conditio,vt not.per glo.l.ſi ſic.§.j.in verbo,demonſtrationum.de leg.j.facit tex.in l.itaq;.ſ.ſi cer.peta.in l.cùm in ſecundo.j. de iniuſt.rupt.& in l.ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam.de ver.obli.

¶Et ideo † valet[b] collatio beneficij facta ſub conditione,ſi vacat.vt 12
not.per glo.in c.ij.de elect.in vj.& per Bald.in l.pen.circa fin.C.de ſen. 2
quæ ſine certa quantitate.& facit quod not.Barto.in l.cùm propter.de lega.præſtan.cum ſimi.vt tradit Alexã.in l iudex poſtquam.in fi.de re iudi.& plenius Roma.in conſil.ccccj.ſ.alleg.& latiſsimè Fely.in ca. cùm contingat.de offic.deleg.

¶Sed tamen his & ſimilibus non obſtantibus cõtrarium de iure arbitror,†quod etiam cõditio de præſenti vel præterito in caſibus hic ex- 13
preſsis apponi non poſsit.& moueor per iſtum tex.vbi etiam conditio quæ intrinſeca ſit,de natura actus exprimi nõ poteſt:vt patet hic in acceptilatione in qua tacita cõditio intelligitur,quæ tamen exprimi nõ poteſt: quia eſt datum pro forma quòd iſti actus fieri debent purè & abſque cõditione & ideo hic expreſsio eius quod tacitè intelligitur,vitiat.Secus eſt in aliis caſibus hic non expreſsis.vt ſ.dictum fuit.& ad hoc facit tex.in l.cum qui.§.fi.ſ de acquir.hæred.& glo.ibi quæ relata ad textum,extendit regulam,vt habeat locum in cõditione de præſenti.Non obſtant allegata ſ.in contrarium,& primo dum dicitur quòd †conditio de præſenti vel de præterito nõ eſt propriè conditio:quia ve- 14
rum eſt quantum ad effectum ſuſpenſionis:tamẽ in ſui apparentia eſt conditio quæ primo aſpectu nõ habet certitudinẽ:quia opus eſt inquirere & inueſtigare de veritate conditionis & iſta ratione gloſ.& docto. communiter in d.ca.ij.de elect.in vj.tenent non valere electionem factam



etiam ſub conditione de præſenti ſi vacat:quia data eſt forma,quòd iſti actus debeant purè & ſimpliciter fieri.Non obſtat quòd valet ſententia ſub conditione intrinſeca,etiam ſi expreſſa ſit,quia non eſt ſententia de actibus hic enumeratis:& licet per alia iura prohibeatur ſententia ferri ſub conditione,illa prohibitio non eſt ita ſtricta:quia licet prohibeatur ſententia ferri ſub conditione,lata tamen valet.l.ij.§.biduum.ſ.quando appel.ſit.

a Bart. Adde Alber.in regu. ſequenti. Abb. in ca.ex tenore. de reſcriptis.& ibi Modern.& quot modis cõmittatur, vide Doc.in c.quanto.de priuileg. Philip. Frãciſ. in reg.certum. de reg.iur.lib. vj.Abb conſil. lxx. ij. colũ.incumbit onus probandi allegãri.l.quoties. & ibi §.qui dolum.& ibi Doctor.ſ.de probatio. qualiter probetur, vide Philippum Franc.in ca.ſi te.de renuntia. lib.vj.& Iaſ.in l. Titia.§.idem reſpondit. Io j. j.col. de verb. obligat. & per Iaſ.in §.item ſi quis. inſtitu.de actio.iij. col.& quando non probatur quãdo præſumatur.in col.viij. in prin.& adde quòd vbicũq; fraus allegatur,poteſt adiri iudex eccleſiaſticus,quando agitur de cauſa pauperũ vel miſerabilium perſona-

## In l.Generaliter.Argumenta.


1 Fraus quid propriè dicatur.
2 Dolus à fraude differt,velut genus à ſpecie.
3 Poſſeſſor malæ fidei tam de fructibus perceptis quàm de his,qui potuerunt percipi,tenetur.& nume.4 & 5.
6 Poſſeſſor malæ fidei titulum habens,non tenetur de fructibus percipiendis.


### REGVLA LXXVIII.

GENERALITER *cum de fraude diſputatur:non quid habeat actor.ſed quid per aduerſarium habere nõ potuerit,conſiderandum eſt.*

¶IBI,de fraude diſputatur.Nam†fraus propriè dici-
1 tur,quando promiſſum ſimulatum & re vera prohibitũ agitur:vt not.Bal.in tit.ſi de feu.fue.cõtrouer.inter dom. & agn.in §.beneficium.in princi.vbi ad hoc alleg.Ioan. Mona.in ca.auaritiæ.de elect.in vj.facit text.in l.fraus.ſ. de leg.in l.in fraudẽ.ſ.de his quæ in fraud.cred.Et fraudem dicitur committere ille, qui ad exceptionem alterius,& ad ſui commodum,aut verum tacet,aut falſum exprimit.ita Abbas dicit in cõſil.lxviij.videtur primo dictum magiſtrum.col j.Allegat not.in l.iuriſgentium.§. dolo malo.& §.ſed ſi fraudandi ſ.de pact.

¶Et fraus propriè dicitur contra fidẽ.ſecundum Bal.in l. quæ fortuitis.col.ij.in ver.præmitte ad euidentiã.C.de pig.acti.Et differt†dolus à fraude,tanquam genus à ſpe-
2 cie:vt not.per glo.& Bar.[a] & Doct.in d.l.iuriſgentium.§.
A ſed ſi fraudandi.vbi Alex.tradit.Corne.in cõſil.clxxxj.viſa copia.col.iij.lib.iij de quo dixi in ca.ex tenore.in iiij. not.de reſcript.Cum ergo de fraude diſputatur,conſiderandum eſt non quid habeat actor,ſed quid per aduerſarium habere non potuit:vt in regula hic dicitur.

¶Et ſenſus eſt, quòd non debet conſiderari quid actor fraud

rum.ita Anch. in regula, ea quæ xix.col.in medio, de reg. iur. libr. vj. & aperit etiã viã petendæ reſtitutio.poſt quadriennium ita Ancha.in c.eccleſia. de reſti. in integ.eod.libro,in j.col. & in fi Hie.Chuc.

fraudatus habeat, quia nihil habet quod ipſe poſſideret: ſed illud quod per aduerſarium habere non potuit: hoc eſt illud quod percipere potuiſſet actor ſi rem habuiſſet. Et ſic in effectu ille qui ratione fraudis conuenitur, & de fructibus quos actor percipere potuiſſet tenetur.l.ait prætor.§.hanc actionem.ſ.de his quæ in fraud.cre.& idem eſt ſecũdum glo.hic† in malæfidei poſſeſſore[a], qui non ſolum de fructibus perceptis:ſed etiam de his quæ percipi potuerunt,tenetur.l.ſi nauis.§.fina.ſ.de rei vend. cum ſimil.alleg.in gloſſ.ad idem tex.in l.domum.C.de rei vend.in l.j.C.de pet.hæred.& facit text.in l.apud Iulian.§.j.de leg.j.ibi,quos legatarius percipere potuit.

¶ Et aduertendum eſt, quia hic videtur quòd teneatur de percipiendis ab actore,ibi,habeat actor.& in d.l.ſi nauis §.fi.ibi,an petitor.& in d.l.apud Iulia.§.j.ibi,quos legatarius percipere potuit.& in l.ſed & partus.ſ.quod met.cauſ.ibi,non ſolùm qui percepti ſunt,verum ſi plus ego percipere potui.

a Poſſeſſore. vide Docto in §.ſi quis à non domino. inſtit. de rerũ diuiſ. & in l. ſi fundum.C.de rei vendi.Io.Imo. in l. apud Iul. hic alleg.& ibi Iaſonem.

¶ Sed contrarium videtur probare tex.in l.domum.C.de
rei vendic.† vbi cõſideratur quantũ reus & ipſe poſſeſſor 4
malæfidei percipere potuit.Pet.& Vltramõnta.in d.l.domum.dicunt,quòd malæfidei poſſeſſor tenetur ante moram de illis quos ipſe reus percipere potuit.d.l.domum. Sed poſt morã tenetur de percipiendis ab actore.Bar.ibi hoc reprehendit:quia malæfidei poſſeſſor ſemper eſt in mora:vt not.in l.j.C.quod met.cau.in l.meritò.ſ.de vi & vi ar.Sed replicare poteſt illud eſſe verum reſpectu interitus:ſed non reſpectu fructuum percipiẽdorum,de quibus agitur:in quibus congruum eſt quod poſt moram ſit magis grauatus:ita vt dicamus quòd poſt moram teneatur,ſi actor plures percipere potuiſſet,quàm ipſe reus.

¶ Bar.tamen in d.l.domum.aliter cõcludit,dicens† quòd 5
aut quis vult referre ad id quod ex ſingulari induſtria percipi potuiſſet:& tunc conſideratur perſona actoris,& non rei.Quia ſi reus potuiſſet plus percipere ex eius ſingulari induſtria,ille non eſſet ex re,ſed ſua negotiatione.l.ij.§.j.ſ.ad leg.Fal.& non eſſet reſtringendum.

¶ Si verò quis vult ſe referre ad illud quod communiter percipi potuiſſet:tunc ſiue dicas,quantum percipi poteſt per reum,ſiue per actorem,idem eſt,ex quo relatio fit ad illud quod cõmuni æſtimatione percipi poteſt: quod & iſta opi.Bart.magis cõmuniter approbatur:vt Alex.dicit

in d.l.



in d.l.apud Iul.§.j. ¶ Sed tamen conſiderandum eſt,quia primum dictum de ſingularitate,non videtur verum:quia nõ attenditur ſingulare intereſſe actoris.l.pretia rerum.ſ.ad l.Fal.l.ſi ſeruum.ſ.ad l.Aquil.l.furti.in prin.de furt.Secundum dictũ Bar.videtur bene procedere:quia ſi habetur relatio ad communem æſtimationem: non videtur quòd attendatur perſona actoris vel rei. ¶ Et quod dictũ eſt de cõmuni æſtimatione,limitatur dupliciter.Primo in poſſeſſore qui haberet cauſam à domino:quia tũc perſona poſſeſſoris attẽditur.l.ij.vbi Bal.per illum tex.C.de pig.act. ¶ Secundo limitatur,vt not.Bart.in l.ij.de fruc.& lit. expenſ.& tradit Alexan.in d.l.apud Iulia.§.j. ¶ Et regula noſtra hic
6 limitatur ſecundum gloſ.hic,† niſi malæfidei poſſeſſor haberet titulũ:
quia tunc non tenetur de fructibus percipiendis de quo videndum eſt in l.ſi fundum.C.de rei vend.

## In l. Fraudis. Argumenta.

1 Fraus duobus modis conſiderari poteſt.
2 Fraus ex conſilio & euentu prouenien.,tunc imputatur.
3 Dolus re ipſa præſumitur ex enormi læſione apparente.
4 Renuntiationem dolo factam non valere,qualiter intelligatur.

### REGVLA LXXIX.

FRAVDIS *interpretatio ſemper in iure ciuili non ex euentu duntaxat,ſed ex conſilio quoque deſideratur.*

¶ ET ſic† fraus conſideratur dupliciter,ex propoſito & intentione.
1 ¶ Et re ipſa idem colligitur in l.ait prætor.§.ita demum.ſ.de his quæ
in fraud.cred.& in l.ij.C.de ſer.pig.dato manumiſſo.Sic etiam in dolo dicitur dolus ex propoſito.l.j.§.j.ſ.de dol.& re ipſa.l.ſi quis cum aliter. de verbo.obli.Propriè tamen re ipſa tantum non dicitur dolus:vt not. per glo.in d.l.ſi quis cum aliter.in verb.dolum habet.Et idem videtur in fraude,vt propriè non dicatur fraus re ipſa abſque propoſito.† Et
2 ideo hic in regula copulatiuè requiritur,quòd fraus fieri dicatur ex cõ
ſilio & euentu,in iuribus ſ.alleg.& in §.in fraudem.inſti.quib.ex cauſ. manu.non licet.& in l.in fraudem.in fin.ff.qui & à quibus.

¶ Quandoque etiam ſufficit quòd fraus re ipſa committatur:vt in l.ſi. C.de his qui à non domino.& in l.j.§.j.ſ.ſi quid in fraud. patro.& per gloſſ.hic.

3 ¶ Et adde† quòd ex enormi læſione quæ apparet re ipſa,
A dolus[a] præſumitur:vt no.Bar.in l.fi.ſ.de præto.ſtip.cum
ſimil.vt tradit Alexã.in l.ſi ſuperſtite.C.de dolo.& idem Rom.in conſi.liij.viſis.col.fin.in conſi.xc.viſo themate.in fi.And.Sicul in conſil.xlij.colũm.vij.lib.j.& Pet.de Anchar.in conſi.xxxvij.pro clariori.vbi concludit,quòd c.
4 quamuis.de pact.dum ibi dicitur,† non valere renuntia-

a Dolus. Dixi ad Alex cõſil. xlij. nu.20. lib.j.conſil.cxviij.num.8.lib. vij.idem quod hic Aymo. cõſil. cxcij. col.ij. Iaſ.conſi.xviij. C.M.



tionem

bet locum.vt not.Bart.in l.ſed & poſteriores.ſ.de leg.
in l.quæſitum.§.ſi quis fundum.col.iij.verſi.hoc ind.
ad quæſtionem de fundo in ſerui.& in conſi.c.à domi.
Cy.in tertio dubio.Ang.& Fulg.in conſ.ſ. proxi.alleg.
¶ Et no.Bald.Imo.& Alex.in l.cohæredi.§.qui patre.
de vulg.& pupil.& in pulchra quæſtione tradit Ang.in
ſi quis ab alio.in fi.ſ.de calum.& cum prædictis conc.
dat Fulg.in conſi.cxxxvj.in cauſa.& facit quod de ſta.
not.Bart.in l.Lucius.in fin.ſ.ad Turpil.cum ſimil.vt tra.
dit Alex.in l.talis ſcriptura.col.fi.de leg.j.
¶ Et iſta concluſio tam in legibus,quàm in ſtatutis am.
pliatur ſiue ſpecies pręcedat genus, ſiue ſequatur:[a] vt
Bartol.in l.quæſitum.§.ſi quis fundum.& Fulg.in conſ.
præalleg.ccxv.& ad hoc facit tex.in l.ſi ita fuero ſtip.
tus.ſ.de noua.vbi paria ſunt, ſiue ſtipulatio ſequatur nu.
merationem, ſiue præcedat.facit text.in l.iij.C.de ædi.
act in l.petens.C.de pact. Et quando genus præcedit, c.
rum hoc videtur, vt verba regulæ ſonant hic: & in d.
regula, generi per ſpeciem derogatur. Idem tamen
quando ſpecies præcedit.ad hoc facit quod not.per glo.
in l.ſciendum.ſ.qui ſatiſd.cog.quæ tenet, quod diſpoſ.
authen.offeratur.quæ eſt generalis, limitatur non habe.
re locum in caſu ſpeciali.d.l.ſciendum.quæ præcedit.
idem eſt glo.in §.ſed hodie.inſti.de ſatiſd.in §.ſuſcep.
in authen.de exhib.reis.& in d.authē.offeratur.C.de li.
conteſtat.& dicit Bart.in d.l.ſciendum.hoc eſſe notab.
pro reformationibus ſtatutorū. Et ampliatur ſecundum
Barto.ibi, etiam[b] ſi dicatur, non obſtantibus legibus i.
contrarium:vt not.per gloſſ.in authen.de hæred.quæ a.
inteſt.in princ.in verb.vacantibus.& not.idem Barto.i.
d.ver.non obſtantibus.& cum his concordat Fulgo.in
conſi.ccxv.in princ. Rom.in conſi.xl.viſis.col.ij.in conſ.
lvij.in cauſa vertente.& in conſi.cccxxij.in caſu propoſi.
tæ.Abb.in conſi.lj.videtur primo.col.ij.lib.j.& Alex.in
conſi.xxx.viſo.col.iij.lib.j.Et ad prædicta facit glo.
in l.decurionibus.de ſilent.libr.xij.quæ in ver.decurio.
nibus.concludit, † quòd priuilegium datum alicui, no.
tollitur per legem generalem in contrarium, cum ſi.
vt Fely.[c] ſcribit in c.j.col.ix.de reſcri.& in c.ſicut de he.
re.& bene facit text.in l.ſi adulterium.§.liberto.ſ.de a.
dult.Et prædicta omnia procedūt,niſi conſtaret de mēte
legis generalis, quòd voluerit ſpeciei derogare: vt ac.
Imo

a Sequatur. etiam ſi diſpoſitio cōferatur in eundē. Matth. Affli. deci. Neapo. 47. C.M.

b Etiam.Iaſon conſi.clxij. col. fi.lib.iiij.C.M.

c Fely. Quem vide in iij.col. verſic. valet.& in v.verſi.priuilegium.& in ix.verſi. ſecunda,&c.& Barba.colum.xxij. Hier.Chuc.



Imo in l.ſi verò.§.de viro.col.vj.ſ.ſol.mat.per c.contra
Chriſtianos.de hæret.in vj.ſequitur Alex.in d.l.ſciēdum.
& conſtare videtur de mente legis generalis,ſi in lege ge
nerali dicatur,non obſtante aliqua lege quæ generaliter
vel ſpecialiter contradiceret,vt not.Bar.in d.verſ.non ob-
ſtantibus.cum ſimi.vt tradit Alex.in d.l.ſciendum.
¶ Secundo † ampliatur dicta concluſio etiam ſi vnum ſit
ex legali,alterum ex hominis diſpoſitione: quia tamen
ſpecialia generalibus derogāt.vt not.Bal.in l.ſi quis prio
ris.§.certum.de ſecun.nup.per auth.nunc autem.eod.tit.
¶ † Et prædicta regula limitatur procedere in eadem le-
ge:ſecus[a] eſt in diuerſis legibus:quia tunc generi per ſpe-
ciem non derogatur:vt no.Bart.poſt Cy.quem ibi refert
in l.j.§.hoc autem edictum.c.fi.de oper.no.nun.& in d.l.
ſanctio legum. col.j.& in d.l. quæſitum.§.ſi fundum.&
idem not.Bal.in conſ.clv.duo ſunt ſtatuta.in fi.lib.iij.vbi
inquit, quòd diſpoſitio generalis non reſtringatur per
ſpecialem in diuerſis legibus.alleg.Bart.in d.l.ſanctio le
gum.& idem tradit Angel.in conſil.ccxiiij.primo eſt vi-
dendum.& Rom.in conſ.cccviij.pro habenda.& in conſi.
cccxxij.in caſu propoſitæ.in prin.Bartho.Vero.in conſil.
xiij.pro declaratione.col.ij. Alex.in conſi.xiij.viſis.col.
fi.lib.ij.& latè Ang.in conſi.ccclv.q.j.col.ij.
¶ † Et iſta limitatio ſanè intelligitur quando lex gene-
ralis & ſpecialis non contradicunt, quia diuerſimodè lo-
quuntur: ſecus verò ſi ſpecies contraria ſit generi: quia
tunc ſemper ſpecies derogat generi:vt patet in omnibus
regulis quæ exceptiones patiuntur.ita Bart.dicit in d.l.j.
§.hoc autem edictum.& hoc patet ex eo quod ſ.dictum
fuit, quod ſpecies quæ præcedit derogat generi quod poſtea ſu-
peruenit.vt per gl.in d.l.ſciendum.cum ſi.ſ.alleg.Ex qui-
bus patet hoc etiam procedere ex diuerſis legibus. Item
prædicta limitatio habet locum in legibus in quibus cor-
rectio debet euitari:ſecus in diſpoſitione hominis:vt no.
Bar.in l.liberis quos.in prin.ad fi.de alimen.& cib.lega.
¶ Secundo regula ſupradicta non procedit vbi genus de
bet verificari in vna ſpecie[b]: quia tūc generi per ſpeciem
non derogatur.vt not.Abb.per illum tex.in c.ex parte.el
j.de offic.deleg.Bart.in l.ſi domino,de leg.j.in l.ſi hæres.
de opt.leg.& in l.quæſitum.§.fin.col.fi.de fund.inſtru.de
quo tamen dicendum eſt, vt dixi in capit.paſtoralis.§.
quoniam.de reſcript. vbi videndum eſt.

Secund

a Secus.Albe. ij. part. ſtatut. q.ii.col.vi. nu. 10.C.M.

b Specie.adde Barb.in c.cùm eſſes. de teſta. col.xxiiii. Iaſ.in l ii.ff.de lib.& poſth. colū. ii. poſt princ.

¶ Secundo † regula iſta etiam procedit in contractibus: vt not. Dyn. in d. reg. generi. alleg. l. ſtipulationes commodiſsimum. de verb. oblig. & idem not. Angel. in conſi. clx. §. alleg. Fulg. in conſi. ccxv. §. alle. l. doli clauſula. de verb. oblig. Et not. Bart. in l. ſed & ſi adiicitur. §. pro ſocio. vbi inquit, quòd ſpecies reſtringit genus ex præſumpta voluntate contrahentium.

¶ Tertio † regula habet locum in vltimis voluntatibus: hoc patet primò in ſubſtitutionibus[a]. in l. cohæredi. §. qui patrem. de vulg. & pup. & facit text. in dicta l. cohæredi. §. qui diſcretas. eo. tit. Et hoc habet locum in eadem ſpecie ſubſtitutionis: ſecus eſt in diuerſa ſpecie, vt notat Dyn. in d. reg. generi. per l. fin. §. ad Trebel. vel ſecundum Bart. ibi ex verbis teſtatoris apparebat quòd voluit à ſpeciali ſubſtitutione recedere. & idem Bart. tenet in d. l. cohæredi. §. qui patrem.

a Subſtitutionibus. Cor. conſil. xliiii. lib. iii. C.M.

¶ Secundo † hoc idem patet in legatis[b] l. vxorem. §. felicissimo. de leg. iij. in l. ſeruus vrbanus. §. fin. eod. tit. vbi in legatis loquitur, & dicit quòd ſemper ſpecies derogat generi. & facit text. in l. alimenta. §. baſilicæ. de alim. & cib. leg. & iſtam regulam in legatis tradit glo. in l. quæſitum. §. fi. ff. de fund. inſtruct.

b Legatis. Vide Bartol. in l. quæſitum §. fi. hic alleg. & ibi Ale. in addit. & Abb. c. paſtoralis. §. quoniam. i. col. & ibi Fel. de reſcrip. Iaſ. in l. ſi quis teſt. §. apud Iulianum. de leg. i. & in l. re coniũcti. xviii. col. poſt med. de legat. iii. & in l. ſi tibi homo. § ſi teſtamẽto. col. iiii. de le. i. H.C.

¶ Et ampliatur iſta regula ſiue genus præcedat, ſiue ſequatur, ſecundum Dy. in dicta regula, generi. per l. ſeruo manumiſſo. de pecul. leg. & §. dictum eſt. & not. Bal. in conſi. clx. verba pactorum. lib. j. Pau. de Caſt. in conſilio clxxxviij. videtur quòd prædictis.

¶ Secundo ampliatur etiam ſi legatum ſit inutile. l. legatum. §. j. ff. de adim. leg. in l. iij. §. minor. de fund. inſtrum. not. Bart. in d. l. quæſitum. §. fi. col. fi. vbi hoc limitatur per l. fi. §. fi. de auro & arg. leg. vbi etiam Bart.

¶ Et iſta regula in legatis procedit quando vni legatur totum genus, & alteri ſpecies eodem reſpectu: ſecus ſi diuerſis reſpectibus, vt quia vni legatur genus reſpectu vſusfructus, alteri ſpecies reſpectu proprietatis: quia tunc ſpecies non derogat generi, ſed concurrunt[c]. l. ſi alij. §. Sempronius. §. fin. l. Sempronio. in princ. de vſufruct. leg. vbi Bar. & idem Bart. in l. ſi quis ſeruum. §. fin. ver. quarto quando legatur de leg. ij. & quæ not. Bal. in l. quoties. in fin. C. famil. erciſcun.

c Concurrunt. Idem Deciſio. conſil. cccccxc. nu. 7. vbi aliter dixi. C.M.

¶ † Secundo dicta regula procedit in legatis, quando vni legatur genus, alteri ſpecies: ſecus verò ſi eidem genus & ſpecies



ſpecies legata ſit: quia tunc ſpecies non derogat generi in dubio: quia ſpecies videntur expreſſæ gratia tollendæ dubitationis. l. quæſitum. §. item ſi fundum. de fund. inſtru. & per illum tex. ita dicit Dy. in d. reg. generi. dicens, quòd ille text. videtur loqui in dubio. ad idem text. in l. ſi mancipia. in prin. eod. tit. de fund. inſtru.

16 ¶ † Et ſic videtur ꝙ in dubio ſpecies cauſa demonſtrationis & tollẽdæ dubitationis exprimatur: & hoc in no. q. tradit Bar. in l. Cẽturio. col. xj. in verſ. ſed quid ſi dixi. de vulg. & pup. dum ibi concludit, ꝙ verbũ impuberi, videtur expreſſum cauſa demõſtrationis. & facit quod no. Bart. in l. pater. §. mẽſe. verſ. quid ſi teſtator. de leg. ij. & in pulchra q. tradit Pau. de Ca. in conſ. liij. quia exceptiones quæ opponuntur. col. ij. verſ. reſtat nunc reſpondere. Et hoc quod dictũ eſt ꝙ in dubio ſpecies exprimatur gratia dubitationis tollendæ, procedit quando ſpecies quæ exprimuntur reſpiciunt actũ legandi. d. l. quæſitum. §. Neratius. dum ibi dicitur, ꝙ legauit fundũ cum ſupellectili. illa enim verba, cum ſupellectili, exprimẽdo ſpecies, reſpiciũt verbum legauit, & ſic actũ legandi.

17 † Secus ſi enumeratio ſpecierum reſpiciat genus ſeu verbũ ſignificatiuũ generis: quia tunc enumeratio ſpecierũ videtur facta cauſa determinationis, & legatũ reſtringitur. l. cũ de lanionis. §. quidam. de fun. inſtru. vbi teſtator legauit villam prout ipſe poſsidebat. illa verba, prout ipſe poſsidebat, faciũt genus: & illud genus reſpiciunt ſpecies nominatę ibi dũ dicitur, ꝙ ipſe poſsidebat cũ ſupellectile, menſis, mãcipiiſq; &c. & ita dicit Bar. in d. l. quęſitum. §. fi. vbi latius proſequitur materiã. Et dicta Bar. reaſſumit Abb. in c. ſedes. de reſcri.

¶ Et prędicta faciũt qñ ſpecies exprimũtur. Sed qñ indiuidua exprimũtur, vt quia teſtator legauit vni marmor, & duas ſtatuas marmoreas, alię ſtatuæ non vidẽtur legatæ. l. hæres meus. §. j. de leg. iij. cũ de lanionis. §. cui fundum. de fun. inſtr. l. j. § idem ſi duæ ſtatuę. ff. de aur. & arg. leg. no. Dy. in d. reg. generi. & Bar. in d. l. quæſitum. §. fi. col. fi.

18 ¶ † Et ſupradicta regula etiam procedit in laudo in quo generi per ſpeciem derogatur. vt not. Ang. in conſi. ccclv. quæſtio prædicta. Fulg. in conſi. cxvij. Ioannes quondam. col. pen. & in conſi. clxxx. viſo proceſſu. col. ij.

19 ¶ Eodem modo † in reſcriptis[a] ſeu mãdatis ſpecies derogat generi. c. j. de reſcrip. c. ſtuduiſti. de off. delega. & not. per glo. in d. reg. generi. & in c. paſtoralis. § quoniam, de reſcr

a Reſcriptis. Quando in reſcriptis & priuilegiis ſpecies deroget generi, vide eundẽ do. Phil. in conſilio xiiii. col. iii. incipien. & pro tenui facultate mea, &c.

reſcript.declarando vt dixi poſt Abb.in d.c.j.de reſcrip.
¶ Secus eſt in priuilegiis:† qa ſecundũ priuilegiũ ſpeciale nõ derogat primo gñali ſiue ſpeciali:vt no.p gl.in d.c.generi.p c.veniẽs.de reſcri.gl.& Abb.poſt alios in d.c. de reſcr.& tradit Pe.de Anc.in cõſ.clx.viſo.col.iij.Are. conſ.lxxvj.diligenter viſis.col.ij.& dixi in d.c.j.de reſcri.
¶ †Similiter in mandato fiſcali ſpeciale mandatum nõ derogat ſpeciali.l.quoniam Augerio.C.de conuen.fiſ. deb.lib.x.& not.Bald.in l.ij.C.quando fiſcus vel priua.
¶ Eodẽ modo in mãdato iuriſdict.mandatũ ſpeciale nõ derogat generali:vt no.Bar.in l.j. per illum tex ſ.de off. præf.vr.facit tex.in d.l.fi.C.de iur.om.iu.& in c.per līas. de hæ.cũ ſi.vt tradit Ro.in conſ.ccciij.præſens cõſultatio. & latè Mod.in c.paſtoralis.de off.ord.& dixi in c.cæterũ. de iud. Et ex ſupradictis infertur ad quæſtio quam ponit Bal.poſt Dy.in l.talis ſcriptura.de leg.j.vbi Are.col.fi.& ad aliã q.vt per Bart.in l.ſi ab hoſtibus.cũ ſi.vt tradit ibi Alex.in prin.ff.ſo.mat.Et aliã ponit Paul.de Ca.in conſ. clxxxviij.videtur ꝙ prædictus.Et aliã ponit Bar.& Imo. in l.doli clauſula.de ver.obl.Bart.& Bal.in l.ſi cõſul.ff.de adop.& Bart.in d.l.quæſitũ.§.fi.Imo.in l.cohæredi.§.quũ patrẽ.de vul.& pup.Et hæc ſatis ſint pro aliquali notitia quia profunda eſt materia, & in alto pelago agitatur.

## In l. Quæ dubitationis. Argumenta.

1 Dubitationis gratia quæ apponunt̃,nocere nõ p̃ſumunt̃.& n.5.
2 Cautela abundans in teſtamentis non eſt nociua.
3 Fraus præſumitur,ſi inſolitæ clauſulæ apponantur.
4 Pactũ inſolitũ ſuſpicionẽ inducit vſurarũ aduerſus cõtrahẽ.
6 Teſtibus malam rationem adducentibus non creditur,non obſtante ſtatuto hoc ipſum præcipiente.
7 Iudex teſti malam rationem afferenti credere non debet
8 Præſumptio tunc tollitur,cum mala cauſa exprimitur.

### REGVLA LXXXI.

QVAE *dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur: ius commune non lædunt*[a].

¶ NOTA† ꝙ dicta ad tollendam dubitationẽ non nocent.ad idẽ tex.in l.qui mutuã.ſ.mand.in l.qui extrinſecus.de ver.obl.& facit tex.in l.ſi pupilli.§.j.ſ.de neg.ge.
¶ Et iſto caſu verba prolata ad tollendam dubitationem tolerantur, licet ſuperflua*ſint:vt not. Abb.in c.ſolitæ.in glo.tanquã.in fi.de maio.& obe.& ſatis operantur,quia tollunt dubitationem.vt idem Abb.dicit in c.certificari. col.

a Lædũt.Cor. conſilio ccxcvi. lib.j.Andr. Tiraq. rep.l.ſi vnquam.verſ. reuertatur. num. 22.C. de reuo. dona..C.M.



col.pen.de ſepul.& Domi.in c.ſi Papa.de priuil.in vj.
¶ Et quãdoq; ad tollendam dubitationem fit inculcatio
a verborum[a] quæ attenditur:vt no. per gl.in l.certi condictio.in prin.in gl.ij.ſi cer.pe. Et tradit Spe. in tit. de procura.in §.hoc autem.ver.ſed oppo.de illa clauſula, fecit, conſtituit,& creauit ſuum procuratorẽ,&c. & facit quod no.Abb.in q.ſtante ſtatuto.char.fi.col.ij.& ad tex. hic facit regula quæ habetur inferius in l.non ſolent.
¶ Et quod dicitur hic in cõtractibus , idem eſt in vltimis voluntatibus.l.teſtamentum.C.de teſta.vbi in teſtamento dicitur,† ꝙ abundans cautela non nocet. Et in legatis
2 expreſſio ſpecierum quæ ſub genere comprehendũtur, quãdoq; nihil operantur.l.quæſitum. §.pe. de fun. inſtr. l.legata.in prin.de ſupel.lega.Et tali caſu dicitur ꝙ non mutat ſubſtãtiam veritatis non neceſſaria verborũ multiplicatio.in l.periculis.§.Labeo.de aur.& arg.leg. & dicunt Hoſt.Io. And.& Ant. de But. ibi in ij. oppo. in c. nimis.el j.de exceſ. præla. ꝙ verba non poſſunt nimis ſpecificari ad tollendam ſophiſticam interpretationem. & ad idem facit text.in l.fi.vbi Bar. C. de præd. dot. lib. xj.
¶ Et regula iſta procedit, niſi illud quod dicitur cauſa tollendæ dubitationis,eſſet inſolidum,quia ſuſpicionem inducit:vt not.per glo.in l. ſi quis ſub condi. ff. de condi.
3 inſtit.& Bal.ibi no.illam gl. quòd† clauſulæ inſolitę ſuſpicionẽ b fraudis inducunt.& idem no.Bal. in d. l. teſtamentum.cum ſimi.vt tradunt Moder.ibi & prius Felin.
4 in c.ij.col.ij.de reſcript.& adde Bal. in c. j. de feudo dato in vicem leg.commiſ. col.ij . vbi inquit † quòd pactum inſolitum facit præſumi contractum vſurarium. & not. Pet.de Ancha.in conſi.clviij.ſi prædicta ſententia. col. fi. in ver.accidit prædictis dicens : licet ſoleat dici ꝙ abundans cautela non nocet d. l.teſtamentum. tamen in perſonis ſuſpectis,puta in vſurariis,cautelę adhibitæ arguũt
c contractum ſimulatum[c] in fraudem vſurarum per glo. in d.l.ſi quis.& tradit Barth.Veronen.in tracta. de ſimulatis contractuum.in ix.præſump.
5 ¶ Secundo regula iſta limitatur , †illud quod cauſa tollendæ dubitationis exprimitur,ſit vitioſum:vt no.Sali.in d.l.teſtamentum. & hoc modo reſpondet ad contraria allegata ibi in glo.Et hoc confirmatur:quia in ſententia cauſa non requiritur.c.ſicut.de re iudi.
¶ Et tamen ſi ad tollendum dubitationẽ cauſa exprima-
T tur

a Verborum. Pau.cõſi.lxxv. col.j.li.j.C.M.

b Suſpicionẽ. In tãtũ ꝙ ſi opponat̃ in reſcripti principiũ, etiã ſi dicatur, motu proprio Papæ ſint appoſita , inualidãt reſcriptũ. Ita Iaſ.in l.i.§.i.in i.colũ. ſ.ſi quis di. refert Bald. qui hoc tenet in l. fidei cõ. §. ſi ſeruo. ſ. de leg. iii.& Fran. Cur. in cõſ. lxxiiii. antepen.col.verſ. decimo reddit nulla , &c. vbi multa dicit per duas colum. & not. ꝙ ſi iudex apponat in pręcepto pœnã inſolitã,nõ tenet̃ quis cõparere. Ita Iaſ.vbi ſ.& in d.l. teſtamẽtum. vbi cumulat plura.H.C.

c Simulatum. Adde Frãc.de Cur.cõſi.lv.col.v.in fi.& conſi. lxvi.col. xviii. in med. &Bar. in conſil.lxxvi. col.i.in iii.vol. & in conſi.xvi. col.v.in ii.vol.

tur quæ falſa ſit, vitiatur ſententia: vt no. per Inno. in c. in præſentia. de renun. ſic etiam in libello cauſa non requiritur: quia libellus generalis procedit parte non opponente. l. ſi. C. de anna. except. Si tamen ad tollendum dubitationem cauſa exprimatur, & illa inepta ſit, libellus vitiatur: vt not. Bar. in l. edita. col. iij. C. de eden. in l. j. in prin. ff. de eden.

¶ Eodem modo in teſtibus: nam illis creditur abſq; ratione ſi interrogati non fuerint: vt no. per gl. in l. ſolam. C. de teſti. vbi Bar. & tamē ſi teſtis malam rationem adducit, eius dictum vitiatur,[a] adeo † q non valet ſtatutum, quòd credatur teſtibus qui malam rationem adducunt: vt Bal. dicit in l. non ſpeciali. circa fi. C. de teſtamen.

a Vitiatur. Vide Bal. in ſua Marga. in ver. teſtes. verſi. xviij. Lanfr. in c. quoniam contra. de proba verſi. teſtes. Alex. in l. j. ſ. de noui oper. nun. & Docto. ca. ſi quando. de reſcript.

¶ Et iudex ratione arbitrij non poteſt credere teſti malam rationē adducenti: vt no. idem Bal. in d. l. ſolam. in fi. nam in dictis caſibus quando cauſa non exprimitur, eſt præſumptio pro ſententia, pro libello, & pro teſtibus. † Sed quando exprimitur mala cauſa, à præſumptione receditur: & habet locū glo. in cle. conſtitutus. in ver. de nouo. de elect. quæ dicit, quòd plus nocet inepta locutio, quàm taciturnitas. & facit regula expreſſa, nocent. j. eo.

## In l. Donari videtur. Argumenta.

1 Debitum ciuiliter tantum, an poſſit repeti ſolutum.
2 Donatio vera non dicitur, qua quid remunerationis gratia conceditur.
3 Liberalis dicitur, qui donat quod donare non cogitur.

REGVLA LXXXII.

DONARI[b] *videtur, quod nullo iure cogente conceditur.* 1

b Donari. Adde quòd in dubio nō eſt præſumenda donatio quando poteſt capi alius ſenſus. de quo vide plura dicta per Hippo. ſing. lvij. incip. non præſumitur.

¶ IBI, nullo iure cogente. iſta regula de plano procedit quando nec ciuili nec naturali iure debitum ſit, & idem habetur in l. donari. ſ. de dona. Et eodem modo habet locū regula † ſi tantum ciuiliter debitū ſit: quia illa non eſt potens ad agendum cum effectu, nec ad retinendum: vt no. Ioā. And. & Abb. poſt alios in rub. de dona. & idem dicit gl. hic: quia tali caſu tanquam indebitè ſolutum repetitur. l. ſi non ſortem. §. indebitum. ſ. de condi. inde. Secus ſi naturaliter debitum ſit ex pacto: quia cum talis obligatio ſit potens ad retinendum. l. Stichum. §. fideiuſſor accipi. ſ. de fideiuſſ. ideo videtur ſolutio debiti, & non donatio. l. hoc iure. §. pen. ſ. de dona. Et ita gl. hic dicit:



dicit: quæ tamen concludit, ſecus eſſe in obligatione naturali ad antidora[a], quæ non excludit donationem. Et idem glo. expreſſè dicit in l. ſed & lege. §. conſuluit ſ. de pet. hære. & vide ſequi Bar. in l. j. col. ij. ſ. de dona. Abb. tamen in rub. de dona. dicit, † q donatio quæ fit cauſa remunerationis non eſt vera donatio. allegat Bart. in proœm. Digeſt. & ipſe hoc ſequitur: quia donatio propria eſt illa ad quam mouetur donans ex liberalitate. l. j. ſ. de dona. Et hoc nō eſt in eo qui eſt obligatus ad antidora. quia potius videtur ſoluere debitū naturæ. ad hoc inducit l. Attilius. ſ. de dona. 2

a Antidora. Tetigi in tract. vſuræ q. xxxj. in fi. C. M.

¶ Et ſecundum prædicta dicendum eſt, q illa verba, nullo iure agente, accipiantur propriè prout verba ſonant. Tunc videtur quod etiā obligatio naturalis tantùm non impediret donationē: quia talis obligatio non producit actionē. l. iuriſgentium. §. igitur nuda de pact. & per conſequens non cogitur inuitus ſoluere ille qui naturaliter obligatur.

¶ Non obſtat tex. qui in contrarium allegatur in l. hoc iure. §. pen. ſ. de dona. quia ibi loquitur de eo qui in veritate numerauit pecuniam ſeruo: quo caſu ſi reſtituatur ſibi pecunia credita. non dicitur illam ex cauſa donationis recipere, quia recipit quod numerauit: ſecus videtur quādo numeratio facta non fuiſſet: quia ex ſola naturali etiā ex pacto non videtur impediri donatio ex quo talis obligatio nō habet neceſſitatem ſoluendi: & verificatur quod dicitur hic, nullo iure cogente: & à fortiori id etiam dicendum in obligatione naturali ad antidora, quæ longè minoris eſt ponderis.

3 ¶ † Non obſtat quod dicitur de liberalitate: quia ſatis dicitur exercere liberalitatem ille qui dat illud quod dare non cogitur, prout eſt in naturali obligatione.

¶ Non obſtat l. Attilius regulus. quia ibi agitur de mercede præceptoris, quæ erat debita & poterat peti. l. j. §. ludi quoque literarij. de var. & extraord. cog. & ita dicit glo. in d. l. Attilius.

## In l. Non videtur. Argumenta.

1 Amittere non poteſt quis, quod ſuum non fuit.
2 Ambitio, priuatio quædam eſt habitum præſupponens.
3 Illegitimitas præcedens probatur per inſtrumentum legitimationis. Filiatio probatur per inſtrumentum emancipationis.
4 Debitum fatetur is, per quem compenſationis exceptio obiicitur.
5 Amitti impropriè poteſt res, quæ propria non fuit.
6 Veniam petens quando delictum fateri dicatur.

REGVLA LXXXIII.

NON *videtur rem amittere, cuius propria non fuit.*

1 ¶ Et amitti † non poteſt quod acquiſitum non fuit. l. j. §. j. ſ. quib. modis vſus fructus amit.

¶ Et deſiiſſe non dicitur quod non incipit. l. Titio vſuſfructus. de conditio.& demon. Amiſsio enim eſt † priuatio [a] quæ præſupponit habitum. l. manumiſsiones. ſ. de iuſti.& iure. l. decem. de verb. oblig. c. ad diſſoluendum. de deſpon. impub. & non moritur qui non vixit. xxiij. q. ij. c. quòd verò. in c. ſicut ex tuarum. de homic. cum ſimi. vt per gl. in d. c. ad diſſoluendum. & in d. c. quod verò. & ideo dicitur: quod non eſt, rumpi non poteſt. l. nam & ſi ſub conditione. §. ſi poſt. ſ. de iniuſto rupt. l. liberos. §. ſ. de capi. dimi. Sic etiam dicitur, quòd qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto. l. eius qui in prouinciam. ſ. ſi cert. pe. l. ſi ſeruum. in fi. ſ. de actio. empt.

a Priuatio. ad de ſoci. cõſilio clxiij. verſic. ſecunda ratio. in ii. volu. & text. in §. i. inſtitu. de liberti. vbi Ioan. de Plat. tradit notabilem doctrinã quãdo priuatio ponitur à Legiſlatore & quando ab homine, quem videas.

¶ Et ex his confirmatur quod not. Bald. in l. ij. C. de iure annu. aur. dicens, quòd † per inſtrumentum legitimationis probatur quem non fuiſſe legitimum.

¶ Et per inſtrumentum emancipationis probatur filiationem & patriam poteſtatem præceſsiſſe, vt not. Bal. in l. moueor. C. de ſer. expor. & in l. fi. col. iij C. de ſen. paſ. & qui agit pœnitentiam, videtur confiteri delictum: vt no. Bal. in c. literas. per glo. ibi in verſi. confeſſus. de præſump. cum ſimi. vt tradit ibi Fel in. & prius Alex. in l. j. in prin. in ij. col. ſ. de oper. noui nun.

¶ † Et qui opponit exceptionem compenſationis, videtur fateri debitum. vt no. Rom. in conſi. lxxvij. pater reuerende. Et non priuatur ſucceſsione qui non ſuccedit: vt no. Aret. in conſi. lxxxv. viſo compromiſſo. in fi.

¶ † Et quantum ad tex. hic, regula videtur procedere ſecundùm proprietatem verborũ: impropriè verò & largo modo etiam dicitur rem amittere cuius propria non fuit: vt gl. hic dicit, per l. ſi ſeruũ. ſ. ad leg. Aquil. vbi quis dicitur amiſiſſe illud quod conſequi non potuit. & in l. pupillorum. vbi gl. in verbo, amiſiſſe. C. de admini. tuto. & adde glo. per illum tex. in c. conſilia. xvij. diſt. in prin. quæ dicit, quòd etiam quis perdere dicitur quod nunquã habuit. & idem glo. xxiij. diſt. in c. quorundam. in verbo, amittit, & v. q. vj. in c. quia iuſta. in verb. ſacerdotis. xxiij. q. iiij. in c. Guiliſarius. in verbo, ſacerdotis. xxxiij. q. ij. in c. quòd verò. ſic etiam largo modo actus nullus infirmatur. l. j. vbi gl. in ver. infirmatur. ſ. de ferijs. & in l. ex empto. §. his qui vinũ. ſ. de act. emp. & tex. in c. ſi quis preſbyterorũ. de reb. eccleſ. non alien. ibi, viribus euacuetur, quãuis ab initio nullas habuerit. Et iſta pendent ab illo artic



articulo, quãdo ſit q priuatio præſupponat habitum. de quo no. Bar. in l. decẽ. de verb. obli. Ang. Are. in §. ſeruus. inſti. de cap. dimi. Et quãdo excipiens videatur fateri intentionem ag[...] in c. cum venerabilis. de except. Et ad prædi[...] facit gl. no. in c. exhibita. de homi. in ver. 4 venia. quæ dicit † quod petens veniam [a] non videtur fateri delictum. de quo in locis præallegatis.

a Veniã. Bald. l. ii. C. de inge. manum. Cepo. cauſa cri. conſi. xxi. colum. viii. Phil. Franc. c. licet. colũ. iii. de ſentẽ. exc. in vi. Corſ. in repet. ver. abſolutio. Felin. c. literas. col. iiii. de præſumpt. Iaſ. l. i. col. iii. de oper. no. nun. l. decẽ. col. xxi. de ver. obli. C. M.

## In l. Cum amplius. Argumenta.

1 Datio in ſolutum vitiatur facta pro maiori quantitate quàm debeatur, & nu. 2.

3 Datio in ſolutum vitiatur quando in ſumma debiti principalis erratur.

### REGVLA LXXXIIII.

*Cvm amplius ſolutũ eſt quàm debeatur: cuius pars non inuenitur quæ repeti poßit, totũ eſſe indebitũ intelligitur manente priſtina obligatione.*

1 ¶ Noto regulam, quod † res data in ſolutum pro maiori quantitate quàm eſſet debitum. in totum vitiatur datio inſolutum. ad idem text. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ſ. de condic. indeb. vbi text. rationem adducit, ne inuitus cogatur habere communionem.

¶ Et ibi Bar. hoc dicit eſſe notandũ pro dationibus inſolutũ quæ fiũt tota die: vt ſi in aliqua parte datio inſolutũ ſit plus debito, tota datio inſolutũ vitiatur. & ſequitur Bal. in l. certi cõdictio. §. quoniam. ver. ſecundus ſi iudex. ſ. ſi cer. pe. Fal. in cõſi. cxxxvij. quia ex facto ius oritur. in primo dub. & in cõſi. clxxij. viſis colum. ij Ro. in cõſi. cccc. præſens dubitatio in fi. & conſi. ccccliiij. in re præſenti. colũ. iij. ver. v. dicendum eſt.

2 ¶ † Et iſta cõcluſio bñ procedit ĩ decreto iudicis, put loquitur tex. ĩ d. l. ſi nõ ſorte. §. ſi cẽtũ [b] qa decretũ eſt ĩdiuiduũ 3 put no. Bal. in l. certi cõdi. §. qm̃. ſ. ſi cer. pe. facit tex. in l. j. §. his verbis ſ. ne vis fiat ei. & in l. hoc iudicio. ſ. fa. erc.

b Gentum. vbi videas Iaſ. qui in omnibus cõcordat cum do mi. Phil. hic.

¶ Secus eſt in vẽditione facta à creditore de pignore cõuentionali virtute poteſtatis ſibi datæ in inſtrumento: quia licet vendat rem valentem plus credito ſuo, vẽditio non retractatur, ſed pretium quod excedit, debitori reſtituitur. l. ſi in aliquo C. de diſtra. pign. l. quamuis. §. fi. ſ. de pign. act. & dato quòd etiã iudex tali caſu conſentiret, & decretũ interponeret. nõ dicitur pignus prætoriũ, ſed cõuẽtionale, vt no. Bar. in l. creditores. in fi. C. de pig. & non habet

habet locũ tex.in d.§.ſi centũ.& hic vt not.Aret.in co[illegible]
diligenter viſis & intellectis.prout dixi in d.§.quoni[illegible]
¶ †Secundo regula iſta locum habet quando erra[illegible]
fuit in ſumma debiti principalis: vt quia debitum [illegible]
de triginta,& data fuit res inſolutum per quinquagi[illegible]
vel quadraginta.Secus ſi erratum fuit in æſtimatio[illegible]
datæ in ſolutum:vt quia pro vero debito de centum [illegible]
fuit res in ſolutum quæ volebat centum quinquagi[illegible]
quia tunc datio inſolutum valet pro quantitate ver[illegible]
biti,& reſiduum repetitur:vt not.Bal.per illum tex.in l.
fin.C.de iur.dom.imp.in ij.col.verſic.item pignor.& [illegible]
Alexan.poſt Pau.de Caſt.in d.§.ſi centum.& idem Bal.[illegible]
d.ca.frequenter.§.ſi autem.vt lit.non conteſt.Alexan.[illegible]
l.j.§.pen.de verb.obli.& Aret.ibi qui etiam ponit ali[illegible]
limitationem ſ.dictam de pignore conuentionali.[illegible]
alleg.tex.in l.j.§.ſed ſi duæ.ff.quorum leg.

¶ Tertio limitatur quod hic dicitur,& in d.§.ſi centum
vt per Bal.in l.ordo.circa fin.ver.quæro vtrum.ſ.de ex-
cut.rei iudic.

## In l. Is natura. Argumenta.

1 Obligatio naturalis de iuregentium eſſe dicitur.
2 Obligatio naturalis conſiderari poteſt duobus modis.
3 Ius gentium duobus modis accipitur.
4 Ius naturale diuerſa iuris ſpecies eſt à gentium iure.

*Is natura debet quem iuregentium dare oportet,cuius fidem ſequuti ſumus.*

¶ NOTA,† quòd naturalis obligatio eſt de iuregentium[a],& ita iſtum text.ad hoc alleg.Bart in l.Stichum.
§.naturalis.in fi.ſ.de ſol.& glo.ibi exponit: naturalis id
eſt de iure gentium. Et ad declarationem notãdum eſt,
quòd naturalis obligatio diſtinguitur,& duobus modis
principaliter conſideratur. Similiter etiam ius gentium
duobus modis accipitur.

[a] Gentiũ.Vide Iaſ.in princ. inſtitut.de act. colũ.ij.& in l. ex hoc iure.vbi poſt alios declarat. bene quæ ſit obligatio naturalis.colũ.ix.in fin.verſic. in eadem gloſ. vbi in ſequentibus.col.ponit xviij. effectus naturalis obligationis antidoralis.

¶ Circa primum,† de naturali obligatione illa conſi-
deratur dupliciter. Primo pro illa naturali quæ oritur
ex conſenſu,& ex illa æquitate naturali quæ ſuadet vt
promiſſa ſeruentur.in l.j.in princ.ſ.de conſtit.pec.& iſta
vinculo æquitatis quod inducitur,eadem æquitate ipſo
iure diſſoluitur.l.Stichum.§.naturali.ſ.de ſolut.

¶ Et iſta cum fundata ſit in conſenſu naturali,etiã cum
ſeruis contrahitur,l.naturaliter.l.ſi id quod.ſ.de condic.
indebit.



indebit.l.hæres à debitore.§.ſeruo ſuo.ſ.de fideiuſ.& pari ratione,in-
ter patrem & filium oritur iſta naturalis obligatio.l.frater à fratre.
vbi gloſſ.& Barto.ſ.de condict.indeb.

¶ Secundo naturalis obligatio conſideratur pro illo naturali inſtin-
ctu,vt bene facienti bene faciamus:de quo loquitur tex.in l.ſed & ſi le-
ge.§.conſuluit.ſ.de pe.hær.in l.ſi non ſortem.§.libertus.ſ.de condict.
inde.in l.ſi non remunerãdi.§.inde Papinianus.in fi.ſ.manda.& no.per
glo.in d.§.conſuluit.& in c.j.viij.q.ij.in ver.compellitur.Et iſta non ſo-
lum inter extraneos,ſed etiam inter coniunctos cõtrahitur:vt no.Ang.
per illum text.in authen.de non eligendo ſecundo nub.colum.j.Et de
natura iſtius obligationis latius Barto.tradit in l.ex hoc iure.colum.
iiij.de iuſtitia & iure.

3 ¶ †Similiter ius gentium cõſideratur dupliciter,ſecundum Bart.in d.
l.ex hoc iure.col.iij & in l.ſi id quod.ſ.de condi.indeb.Nam quoddam
eſt ius gentiũ quod fuit eoipſo quod gentes eſſe ceperunt,naturali
ratione inductũ,abſque aliqua conſtitutione hominum,vt fidẽ & pro-
miſſa ſeruare:& iſtud ius gentiũ primæuum,ius naturale dicitur.c.ius
naturale.j.diſt.& in §.j.& §.ſingulorum.inſtit.de rerum diuiſione.vbi
expreſſè dicitur,quòd ius naturale[a] appellatur ius gen-
tium:& intelligitur de illo iure gentiũ primæuo,de quo
dicitur in d.§.j.de rerum diui.Quoddã eſt ius gentium
ſecundarium,quo omnes gentes vtuntur ex cõſtitutioni-
bus eorum,nõ ſecundũ rationem naturalem,imò quan-
doque contra:vt ſunt bella,captiuitates,ſeruitutes,diſtin-
ctiones dominiorum:de quo iure gentiũ loquitur text.in
l.ex hoc iure.de iuſtit.& iur.in l.poſtliminium.ſ.de ca-
ptiuis.in prin.& iſta diſtinctio communiter approbatur:licet Aret.co-
netur illam impugnare.in l.j.in princi.de acqui.poſſeſ.

[a] Ius naturale.quot modis ſumatur, vide Abbat.in ca.de conſuetu.in j.colum.

¶ Et ſecundũ iſtam diſtinctionẽ declaratur text.in l.j.§.ius naturale.&
§.ius gentium ſ.de iuſtit.& iur.† vbi ius naturale & ius gentiũ ponun-
4 tur tanquam ſpecies diuerſæ,quia ibi loquitur de iure gentiũ ſecunda-
rio.Eodẽ modo iſte tex.debet declarari dum inquit,quòd iure gentium
obligatur ille cuius fidem ſequuti ſumus.& talis obligatio dicitur na-
turalis:nã de iure gentiũ primæuo intelligitur quòd in effectu dicitur
ius naturale:vt ſ dictũ eſt.Et concludendũ videtur quòd illa naturalis
obligatio quæ habetur ex conſenſu vel ex inſtinctu naturæ,vt bene
facienti bene faciamus,eſt de iure gentium primæuo.& ita tex.hic in-
telligitur:ſecus eſt in iure gentium ſecundario quod diſtinguitur à iu-
re naturali,vt ſ.dixi.

## In l. In ambiguis. Argumenta.

1 Doti in dubio fauendum eſt.
2 Fiſco fauetũr perinde,ac doti ipſi.

3 Sententia in dubio contra actorem,ferenda eſt.
4 Tempus probare debet,qui in illo ſe fundat.

REGVLA LXXXV.

IN *ambiguis,pro dotibus reſpondere melius eſt.*

¶NOTA quod† in dubio iudicãdum eſt pro dote.ad 1
idem text.in l.in ambiguis.ſ.de iure dot.facit text.in l.ſi
ego.§.ſi res.ſ.de iure dot.& in l.fin.C.ad Vellei.in l.j.ſ.
ſol.mat.& ibi hoc exemplificatur,ſecũdum Bar.poſt Dy.
quòd ſi reperiantur duo inſtrumẽta eodẽ die confecta,&
alterum ſit inſtrumentũ dotis,debet iudicari quòd illud
prius [a] cõfectum fuerit:& pari ratione idem videtur di- 1
cendum exiſtentibus paribus probationibus,iuxta no.in
c.in noſtra.de teſtibus.Et hoc etiã videtur habere locũ in
muliere agente pro dote: quia fauor cauſæ præponde-
rat fauori rei.c.fin.de re iudi.l.inter pares.ſ.de re iudic.
¶Et quod dicitur de dote,idem videtur in aliis cauſis fa-
uorabilibus quæ doti æquiparantur.d.c.fina.de re iud.Et
ideo in duobus inſtrumentis factis eodem die,præſumi-
tur, prius factum illud quod reſpicit fauorem eccleſiæ:
vt Roma.tradit in authen.ſimiliter.in repet.in xiij.ſpe-
ciali in contractibus.Et idem in ſimili habetur de fiſco.
l.j.C.de iure fiſ.lib.x.Et in fiſco no.Bal.in l.j.C.de hær.
vel act.vend.col.fi.ver.item in dubio.†nam fiſcus & cau- 2
ſa dotis à pari procedunt.l.ij.vbi glo.C.de iure fiſc.& per
glo.in l.dotis.C.de iure dot.
¶Non obſtat tex.in l.non puto.ſ.de iure fiſci.vbi dicitur,
quòd in dubio iudicandum eſt contra fiſcum.
¶Et generaliter ille tex.intelligitur quocũq; modo du-
bium ſit:vt no.Mattheſil.in notab.lxxj no.vnã regulam.
¶Quia [b] reſpondetur quòd ille text.intelligitur in fiſco 3
agente ex delicto alicuius ad pœnam: ideo in dubio fit
interpretatio.vt pœna non habeat locum.argu.l.ſi præ-
ſens.ſ.de pœnis.& ita Cuma.dicit in l.j.ſ.ſolu.matr.Nec
obſt.quòd iſte intellectus videatur reſtringere illũ text.
vt dicit Alexan.in d.l.j.quia poteſt reſponderi quòd hoc
conſonat:quia ibi principaliter tractatur de bonis quæ
propter delictũ ad fiſcum pertinent:vt colligitur in l.j.ſ.
de iure fiſci.& tali caſu loquitur d.l.non puto.& hoc ſe-
quitur Ang.Are.in §.fin.inſti.quib.mod.teſt.infir.& not.
Salic.in l.ſi debitor.C.de iure fiſc.vel ſecundo ille tex.in-
telligi poteſt quando agitur de aliquo priuilegio fiſci cõ-
tra priuatum:nã in dubio debet iudicari quòd fiſcus non
ſit

a Prius. Hæc eſt communis ſentẽtia omniũ, de qua ibi latiſsimè per Moder. præmaximè Iaſ.qui ponit aliquas limitationes, & Socin. in j. col. & de aliis priuilegiis dotis, vide latiſsimè Bal. nouellum in ſuo tract.de dote, qui ponit omnia priuilegia competentia conſtan. & ſol.mat.

b Quia.Dec. rubri.de iudiciis. lect.ij.col. viij.de probat. Iaſ.conſi.xxxix. lib.j.Car.Mol.



ſit priuilegiatus:quia vbi fiſcus non habet priuilegiũ,ſe-
quitur ius commune l.quod placuit.in fi.ff.de iure fiſci.
Vel tertio tex in d.l.nõ puto.intelligi poteſt ſecundũ re-
gulam in fiſco agẽte:quia in dubio in fauorẽ rei pronun-
tiandum.†Nã inter priuatos fertur in dubio ſentẽtia cõ-
3 tra actorẽ.c.ex literis.de præben.& in tali caſu idem in
fiſco,quia in hoc nõ habet priuilegiũ. Sed tamẽ hoc non
videtur verũ: quia fauor cauſæ fiſcalis ſicut in aliis fauo-
rabilibus præponderat fauori rei.d.c.fi.de re iudi.& ideo
reſpondetur,vt ſ.dictũ eſt.& dixi in d.c.ex literis.& quod
ſ.dictum eſt de inſtrumẽtis eodẽ die confectis,procedit
quando in vtroq; ſimpliciter dicitur de die:ſecus ſi magis
ſpecialiter in vno quam in altero tempus exprimatur:vt
quia in vno dicitur de mẽſe Maij ſimpliciter,in alio dici
tur de menſe Maij die xv.vel ſi in vtroq; de eadẽ die dici-
tur,ſed in altero etiã hora exprimatur,nam etiã priori-
4 tas horæ [a] attenditur:vt not.per glo.in l.ſi ex pluribus.§.
fi.in verſi.die.de ſolut.Bal.in l.de rebus.C.de donat.ante
nupt.Et ideo prior videtur,& potior illa pars dicitur,de
cuius priori die vel hora apparet:vt not.Bal.poſt Cyn.in
d.l.de rebus.vbi dicunt,quòd quãdo vterq; probat de ea-
dem die,melior eſt cõditio rei,niſi alter probet priorita-
tem horæ.Idẽ Ioan.de Platea in l.j.C.de iure fiſc.& not.
tradit Soci.in l.j.col.j.ſolu.mat.& refert Fely.in c.paſto-
ralis.de reſcrip.qui tamẽ in cõtrarium adducit,quòd ta-
lis probatio horæ prioritatẽ non probat,neque oſtendit:
quia potuit eſſe prior alter qui ſimpliciter probat de eo-
dem die,& ſic potuit eſſe ante illã horã vel diem,ſi aga-
tur de menſe. † Et ad hoc facit,quia ille qui fundat ſe in
4 certo tẽpore,debet illud præcisè probare.l.matrẽ.C.de
probat.Sed cõcordando opin.diſtingui poteſt,quòd aut
ille qui probat de eadem die reperitur in poſſeſsione,&
non debet priuari, licet alter probet de certa hora diei:
quia verum eſt quòd non apparet præciſe de prioritate
actoris,ideo melior eſt conditio poſsidẽtis:aliàs ſecus,vt
dixi in d.c.paſtoralis.& hoc idẽ videtur velle Bal.nouel.
in tract.de dote.in ix.parte,in ſecundo priuilegio.in fin.

a Horæ. Bal. l.creditor. in princ.qui poti. in pig.hab.Soci.conſil.lxvij. libr.iij. Corſet. in repet.verb. inſtrumẽtum. Iaſ.l.j.§.ij.col. j.ſ.de eden. Hippo. Marſi. ſingul. cccxix. Deci.cõſi. cccccclxxxix.colũ. i.Matth.Pacus in tract.de mãda.par.vi. Sed non eſt ſimpliciter verum,vt per Fely. in d. cap.paſtoralis. Alcia. tract.de præſumpt.reg. iii. præſumpt. xliii.in fi.C.M.

## In §.Non eſt nouum. Argũmenta.

1 Conſtituta legitimè durant ſuperueniente caſu,à quo initium habere non potuerunt.
2 Actus perfectus non vitiatur per id,à quo incipere nõ potuit.
Cauſa finalis actus deficiens,vitiat actum.

4 Facta plurima valere dicuntur, quæ fieri prohibentur.
5 Prælati nõ debẽt delegatiões à iudicibus ſecularibus ſuſcipere.
6 Notarius non matriculatus, ſi rogatus inſtrumentum fecit, non reiicietur.
7 Probatio facta per teſtes parte non opponente valet, ſtatuto contrario non obſtãte.
8 Excommunicatus in iudicio eſſe prohibitus, iudicium validum accipere poteſt, ſi non opponatur.
Iudicium cum milite valet, ſi non ſit oppoſitum quòd in iudicio eſſe non poſsit.
9 Iudicium criminale valet cum procuratore, ſi nõ opponatur.
Proceſſus in poſſeſſorio, valet admiſſa exceptione dominii proprietatis.
10 Exceptiones aut probationes non admittuntur contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam.
11 Renuntiari poteſt fauori ſuo in annullatione actus.
Actus eſt nullus, qui per legem alio fauore, quam partis eſt annullatus.
12 Factum aliquãdo facilius deſtruitur, quàm fieri impeditur.

NON *eſt nouum, ut quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt, durent: licet ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuerunt.*

¶ NOTO † regulam, quod ea quæ ſemel vtiliter & legitimè conſtituta ſunt, durent, licet ſuperueniat caſus à quo initium habere non poſſunt. ad idem eſt regula factum legitimè eo. titu. in vj. Et hoc exemplificari poteſt in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. in j. §. caſum. ff. de poſtulando. in l. is cui. ff. de teſta. Et ideo facilius quis repellitur ab obtinendo, quàm ab obtento. c. ſuper his. de accuſat. & gloſſ. hic dicit, quòd multa impediunt ordinandum quæ non impediunt ordinatum.

¶ † Et iſta regula procedit quando actus fuit perfectus[a] & conſummatus vt hic cum ſimil. præalleg. ſecus ſi actus nõ eſſet cõſummatus: quia tunc deſtruitur quando deuenit ad caſum à quo inchoari non poteſt. l. pluribus. §. & ſi placeat. de verb. obli. in l. inter ſtipulantem. § ſacram. & in l. exiſtimo. eo. tit. & in l. ſi metallum. §. ſi ſeruo alieno. ff. de his quæ pro non ſcriptis. in l. pro parte. ff. de ſerui. in l. poſt finitã. ff. de ſuſpe. tut. in l. ſi ſub vna. §. ſi quis via. de verb. obli. & hoc vltimum verum eſt: niſi caſus ſuperueniens tenderet ad eundem finem[b]: quia tũc actus quamuis non fuerit conſummatus, non vitiatur, licet ad eum caſum deuenerit à quo incipere non poteſt. exemplum eſt in §. econtrario. ver. quòd ſi viuo. inſtit. de leg.

a Perfectus. Idem Dy. in d. regula, factũ. verſi. ſed dicendũ eſt. & Philipp. Franc. in princ. & Dy. in reg. i. eo. titu. in verſicu. quinto quæri poteſt. & ibi Ancha. ii. col. Bal. Alberic. & Mod. in l. patre furioſo. de his qui ſunt ſui. & ibi Iaſ. iii. col.

b Finem. Idẽ Dy. vbi ſuprà & Imo. in l. penul. §. & ſi placet. ii. colum. in princi. & Bart. etiam in princ. & Fab. & Are. in §. ecõtrario. hic allegato. Bal. & Salic. in l. Gaudentius. de cõtrahend. empt. Hieron. Chuc.



tis. in l. verbis legatis. in fi. ff. ad leg. Fal. & bonus tex. in l. ſi mandatũ. §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. ¶ Secundo regula limitatur
3 quando res deuenit ad talem caſum quod cauſa non habere locũ † quã res deuenit ad talem caſum quod cau-
ſa finalis deficeret vt no. Bar. per illum tex. in l. Vranius. §. ſed cũ duo. l. ii. vbi, & quẽadmodũ ĩcipere alias nõ poſſunt ita nec remaneãt. & Bart. ibi col. j. ff. de fideiuſ. & de his late tradit Bar. i d. l. pluribus §. & ſi placeat. de ver. ob.
¶ Et quia regula hic loquitur quã aliquid vtiliter & legitime factum eſt, ampliatur quod etiam quãdoq; illud quod legitime factum non ſit, quia cõtra prohibitionem iuris, tamen valet: quia † multa prohibentur fieri, quæ tamen
4 facta[a] tenent. l. ij. biduũ. ff. quando appellandum ſit. vbi ſententia prohibetur ferri ſub conditione: lata tamen tenet, quia lex vlterius procedit ita diſponendo: vt no. Bar. ibi & in l. non dubium. C. de legibus. col. iij. & eſt text. in c. ad apoſtolicam. de regularibus facit tex. in l. relegatorum. §. ad tempus. ff. de interdict. & releg. cum ſimilib. ibi allegatis in gl. & in l. j. §. j. ff. de feriis.

a Facta Vide late Iaſ. in d. l. patre furioſo. col. iii. in fin. & ibi Bald. & Alberic. qui ponunt plura brocardica.

¶ Et hoc in pluribus caſibus vtiliter exẽplificari põt. nam ſi actus ſit prohibitus propter honeſtatẽ, nõ obſtãte prohibitione actus tenet: vt not. Federic. in conſil. ccxciij. factum tale eſt. col. fin. vbi concludit, quòd executio teſtamenti facta per Guardianum ſancti Franciſci valet, licet ſit prohibita. clemen. exiui. de verb. ſig.
5 ¶ Et idem eſt † in prælatis qui prohibentur delegationes à iudicibus ſecularibus ſuſcipere. xj. q. j. in ca. te quidem. ſi tamen ſuſcipiant valet iudicium. quia illa prohibitio eſt facta propter honeſtatem vt no. Albe. poſt alios in c. ij. de iudi. & dixi ibi. Sic etiam in clerico, qui licet notarius ſit, prohibetur inſtrumenta conficere. c. ſicut. ne clerici vel mona. ſi tamen rogatus facit inſtrumẽtum, valet: vt not. Ioan. Andr. in d. c. ſicut. vbi Abb. poſt alios & not. Barto. in l. vniuerſos. C. de decur. lib. x. Angel. in. l. ſi quis decurioni. C. de falſis. cum ſim. vt tradit Alex. in l. prætor ait. §. is etiam. ff. de eden. & idem Ro. in conſil. ccccix. quo ad primum. in ſecundo dubio. ¶ Et an idem ſit in monacho & religioſo. latè dixi in c. decernimus. col. x. de iud.
6 ¶ Sic etiam dicit Angel. in dicta l. vniuerſos. quòd † ſi notarius non matriculatus in loco prohibitus ſit inſtrumẽta conficere: ſi tamen rogatus confecerit, inſtrumentũ valet & hoc intelligitur niſi ſtatutum vlterius procederet annullando inſtrumentum: vt idem Ang. tradit in conſi. cxliiij.

cxliiij.viſis proceſsibus.colū.j. ¶ Et in ſimili † ſi à ſtatuto prohibeatur
probatio fieri per teſtes: ſi tamen facta ſit parte non opponēte, valet:vt 7
not.Bal.in l certi condictio.§.quoniam.circa fin.in verſi.ſed ponamus.
ꝭ.ſi cert.pet.& ſequitur Alex.ibi,& Bartho.Veron.qui plura ſimilia ad
ducit in cautela.cclv.dubitari poteſt. ¶ † Et in ſimili idem eſt in excō- 8
municato qui prohibetur eſſe in iudicio.c.intelleximus.de iu. Et tamē
valet iudicium ſi nō opponatur ca.j.§.ſi verò.de excep. in vj.not.Abb.
poſt alios in d.c.intelleximus.cum ſim.vt dixi ibi.& facit lex.in l.filiusf
familiàs.§.veterani.ꝭ.de procu.vbi prohibetur miles eſſe in iudicio:&
tamen ſi non opponatur.valet iudicium.idem in iuramēto calumniæ.
c.j.C.de iu.calum.in vj.no.in l.iij.§.ſed quia veremur.C. de iura.calū.
¶ † Et idē in procuratore qui prohibetur in cauſa criminali interueni- 9
re:& tamen illo interueniente ſi non opponatur, valet iudicium:vt no.
per gl.in c.j.in ver.criminalis.de iudi.in vj.& in l.quāuis indubitati.C.
de adul.in verſi.præſentiam.& iſta eſt communis opin.vt not.Bal.dicit
in l.ita demum.col.ij.C.de procura.cum ſimil.vt tradit Felyn. in cap.
meminimus.colum.penul.de accuſa.& idem ſequitur Roma.in conſi.
ccxv.duo ſunt.& ibi alia ſimilia adducit. ¶ Et ſimile eſt in iudicio poſ-
ſeſſorio ſi admittatur exceptio defectus proprietatis quæ nō debuit ad-
mitti:valet tamē proceſſus parte nō opponente:vt not.Bar.in l.natura
liter.§.nihil commune.in pen.char.in ver. ſecundo quæro vtrum.de
acqui.poſſeſ.& in l.ſi quis à ſe fundū.C vnde vi.& tex.in c.j.de reſtitu.
ſpo. ¶ † Similiter contra ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam
exceptiones vel probationes admitti nō debēt:quia res iudicata pro ve 10
ritate habetur.l.res iudicata.ꝭ.eo. Si tamē probationes factæ & admiſ
ſæ ſint parte nō opponēte, valent:& ſi apparet de iniquitate ſententiæ,
debet reuocari:vt not.Inno.in c.cum dilecta.de reſcrip. in c. cum Ber-
toldus.de re iudi.Ant.de But.in c.quoniam contra.colum.fi.& in cōſil.
xxvij.viſis.col.iij.cum ſimil.vt tradit Alexā. in l.iudex poſtquàm.de re
iudi.in verſi.ſexto fallit.idem Alex.in conſi.lxxvij.in cauſa & lite. col.
fi.lib.ij.& in conſi ccxij.viſo in prin.eo.lib.ij.& Abb.in conſi.lxxxix.in
quæſtione.col.iij.lib.j.Rom.in conſi.clxxiiij.ampliſsime doctor in fi.
& Aret.in conſi.lxxiij.diligenter.col.ij.

¶ Et prędictæ deciſiones & ſimiles vidētur procedere quādo iura vlte
rius procedunt ita diſponēdo.vt ꝭ.dictū eſt:vel quando agitur de exce-
ptionibus dilatoriis quę poſt litē cōteſt.apponi nō poſſunt.l.ita demū.
C.de procu.& in c.paſtoralis.de except.vel quando tractatur de fauore
eius qui nō oppoſuit exceptionē quæ ſibi cōpetebat:quo caſu tacēdo vi
detur renūtiare fauori ſuo, cui regulariter quis renūtiare poteſt.c.ad
apoſtolicam.de regularibus.l pe.C.de pac.† Et etiam ſi actus annul-
letur, in fauorem partis renuntiari poteſt: vt per gl.in l. eleganter.in 11
prin.ꝭ.de dolo.vbi Bar.cū ſim.vt tradit Alex.in l.iuriſgērium.§.prætor
ait.in



ait.in princ.ꝭ.de pact.& facit tex.in c.dilecto.vbi Abb.de præbend.
¶ Secus videtur ſi lex annullaret actum alio reſpectu quàm propter fa
uorem patris,& validitati reſiſteret:quia tunc actus eſſet omnino nul-
lus.vt not.per glo.per illum tex.in l.à diuo Pio.ꝭ. de ritu nupt.cum ſi.
vt Alex.dicit in d.§.ait prætor. Et tali caſu ſupradicta non haberent lo
cum & iſtam declarationem tradit Pau.de Caſt.in conſ.ccxvj.circa pri
mam quæſitum.in prin.vbi declarando l.j.§.j.ꝭ.de fer.dicit,ꝙ quādo
geſta tempore feriato ſunt nulla ipſo iure, talibus feriis renuntiari nō
poteſt: quia ſi poſſet renuntiari, geſta contra præſentem & non oppo-
nentem exceptionem, non eſſent nulla, ſed valerent.l.j.§.j.de fer. Et ſic
talibus quæſtionibus ſupradictis vis tota videtur conſiſtere, an renun-
tiari poſsit, vel non.

¶ Et ad regulam hic adde, † quòd quandoque ecōtra facilius deſtruitur
12 quod factum eſt, quàm quod de nouo fieri impediatur.l.non diſtingue
mus.§.ſacerdotio.ꝭ.de arb.& plura alia exempla ibi habentur.
¶ Sed hoc facit diuerſitas rationis:nā in §. ſacerdotio. ſoluitur cōpro-
miſſum:quia veriſimiliter in tali dignitate noluiſſet tractare negotia
ſecularia, meritò datur illi facultas abſtinēdi,& ſoluitur cōpromiſſum
quæ ratio ceſſat quando illo exiſtente in ſacerdotio factum ſit in eum
compromiſſum.& facit quod glo, hic dicit de aſsignatione liberti.

## In §. Quoties. Argumenta.

1 Regulæ iuris ex cauſa iuſta negliguntur.
2 Pupillus homicidium committens non decapitatur.
3 Magiſtratus licitè poteſt legem tranſgredi metu periculi ac ſcandali.
4 Iurans ſtatuta ſe ſeruaturum, iuſta cauſa poteſt ea negligere.

QVOTIES *æquitatem deſiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur: iuſtis decretis res temperanda eſt.*

¶ GLOS.exēplificat iſtū §.pluribus modis. Et primū
exemplum de l.interdum,de ver, oblig. nō bene adapta-
tur:quia actio ibi nō eſt nata, prout expreſsè ibi colligi-
tur. Cuius cōtrarium videtur præſupponere gl hic. Et vl
tra gl.exēplificari poteſt per text.in l. qui cū hæreditate.
ꝭ.de act.& obli.& in l.ij.ꝭ.de excep. rei iud. vbi excluſus
à iure quod tertio cōpetebat, illo iure ceſſante admitti
tur.& videtur etiā poſſe exēplificari iſte text. ex eo quod
1 dici ſolet; † quod ex cauſa à regula [a] iuris cōis receditur.
a vt eſt dictū Inno.in c.j.de conſt, in gl.vlt & per illud dictū
Bal.in l.& ſi ſeuerior.colū.ij. C.ex quib.cau.infam.irrog.
2 in verſi.ex prædictis † ꝙ ſi pupillus committat homici-
dium licet ſit doli capax, non tamen debet decapitari.

a Regulis.nā ꝓpter enormitatē delicti licitū eſt iura trāſgredi.de quo ꝑ Hipp.de Marſ. in l.1.in ix co. & in l.vnus.§.cogniturū.in xiiii. col.3.de quæſt. vbi per duas col.plura dicta doctorū in hac materia cumulauit. Et Iaſ.q. per alias duas col.plura dicit in l.1.C. de ꝑc. impe. offer. & per eūdē Hip. in ſing.ccxliii. inci.tu ſcis. Itē ꝓpter ſcādalū receditur à regulis iuris, vt ꝑ

Et

d.Phi.in conſi. eli.incip.maximi pōderis.co. iiii.verſic. nam ratione ſcandali.

¶Et per illud dictum Inn.infert[a] Bal.in l.ſi quis filio.§. A
illa autem.in fi.ſ.de iniuſto rup.†quòd propter metum 3
periculi vel ſcandali,interdum permittitur magiſtrati-
bus legem tranſgredi.& idem Bal.in l.obſeruari.§.pro-
ficiſci.in xj.q.ſ.de off.procon.& facit tex.not.in l.ſi homi
nem.ſ.man.& ibi Barto.& in notabili caſu tradit Pe.de
Anch.in conſi lxxxiij.prima facie.& Roman.in conſilio
ccccxxviij.in terminis.in fi.cum ſi.vt tradit idē Ro.in l.ſi
verò.§.de viro.in xlvj.fallen.ſ.ſol.mat.& latè congerit
Fel.in c.j.in iiij.char.de conſt.& no.etiam Bal.in l.clari.
C.de fideicō.†vbi inquit,  ille qui iurauit ſtatuta ob- 4
ſeruare,intelligitur niſi iuſta cauſa ſuperueniat: quia in
iuramento ſemper intelligitur clauſula,rebus ſic ſtantibus.l.quod Ser
uius.ſ.de condictio.ob cauſ.Et quia quæ de nouo emergunt nouo indi-
gent auxilio.l.de ætate.§.ex cauſa.ſ.de interrog.act.& facit tex in l.ſi.
§.qui ſatiſda.cog.& no.Bart.in l.ambitioſa.col.iij ſ.de decret.ab ordi.
facien.& ad idem facit tex.in c.fin.de tranſact.& ibi Abb.in ij.not.cum
ſimi.vt Alex.ſcribit.in l.nemo poteſt.col j.de leg.j.

a Infert.vide eundē d. Phil. in c.de cauſis. de off. dele. in ii.col.in v.not.

## In l. Non ſolet. Argumenta.

1 Conteſtatio litis non reddit deteriorem conditionem conteſtantis.
2 Actor variare nequit lite conteſtata.

### REGVLA LXXXVI.

NON *ſolet deterior conditio fieri eorum qui litem conteſtati ſunt, quàm ſi non eſſent, ſed plerunque melior.*

¶NOTO † quòd per litis conteſtationem non fit deterior condi- 1
tio eius qui litem conteſtatur,ſed plerunque melior.& idem no.Bart.
per illum textum in l.j.C.de iudic.& ad idem text.in l.aliam.ſ.de no-
uatio.facit tex.in l.ſi pluribus.§.fin.de leg.j.in l.ſi Titius.de verb.obl.
in l.ſi inſulam.eod.titu.in l.lite.ſ.de vſu.& ratio huius regulæ videtur,
quia iudicium introductum eſt in fauorē actoris,vt cōſequatur quod
ſibi debetur.in ſti.de obli.in princip.vnde quod in fauorem introdu-
ctum eſt,non debet retorqueri in odium.l.quod fauore.C.de legib.&
hoc eſt quòd dicit tex hic in l.ſequen.ibi,nemo enim proſequendo &c.
Et regula procedit plerunque prout tex.dicit,quia quandoque conditio
actoris eſt deterior per litis coteſtationem.†nam poſt litem conteſta- 2
tam actor variare non poteſt.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.de verb.
oblig.nam per litis conteſtationem quaſi contrahitur.l.iij.§.idem ſcri
bit.ſ.de pecul.ideo variatio non admittitur.l.ſicut.C.de actio.& oblig.
& in iſto caſu non efficitur deterior conditio actoris per litis conteſta-
tionem,ſed per electionem prius factam ab ipſo actore à qua poſtea
lite conteſtata recedere non poteſt.

In l.



## In l. Nulla intelligitur. Argumenta.

1 Petitio nulla eſt, vbi nulla mora.
2 Moroſus non dicitur, qui legitima exceptione ſe tuetur.
3 Moroſus non cenſetur, cui dilatio à lege tribuitur.
4 Pœna non debetur, vbi nulla mora contrahitur.

### REGVLA LXXXVIII.

NVLLA *intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio eſt.*

¶EXEMPLVM eſt in l.ſi pupillus. de verb. oblig.vbi
1 idem dicitur, †non eſt petitio vbi non eſt mora:& not.
gl.hic.& adde tex.in l.lecta ver.dicebam ſ.ſi cer.pet.& ibi
2 Bar.dicit,† non dicitur in mora qui poteſt ſe legitima
A exceptione tueri.[a] & idem Bar.per illum tex.l.ſi pactus.
ſ.de pac.& no Bal.in l.ſi conſtat.col.ij.C.de compenſ.&
eſt reg.eo.tit.quæ hoc dicit in reg.non eſt in mora.eod.
3 tit in vj.†vnde qui habet dilationē à lege,non eſt in mo
ra:vt no.per gl.in l.ſi cum exceptione.§.quatenus.in ver.
tripli.ſ.quod met.cau.& facit reg.qui ſine dolo.ſ.eod.
& quod ibi dixi.& not.Ro.in conſi.ccxliiij.pro euiden-
tia.col.ij.Et iſta regula intelligitur,quòd nulla mora eſt
quæ inducatur.Sed iſta quæ prius inducta erat bene con-
ſeruatur,quia dilatio non debet lucrum producere,vt di
cit tex.no.in l.in fideicomiſſi.in prin.ſ.de vſur.vbi gloſſ.
ponit caſum. Et cum ſecundum regulam nulla ſit mora
3 vbi non eſt petitio,infertur[b]  pœna committi non po-
4 teſt:†quia abſque mora pœna non debetur: vt not.Bart.
in l.ſi pœnæ.ſ.de neg.geſt. Et hoc verum eſt quando pœ
na ratione moræ committi debet ſecus ſi ex conditionis
euentu:quia tunc abſque mora committitur.l.pacto quo
pœnam.C.de pact.& in l.nuda.C.de contrahen.& com
c mittend. ſtipul.[c]

a Tueri.Nam qui poteſt exceptione repelli, dicitur obligatus ad non petendum. ita gl. & Bal.& Imo. in l. Mæuia.§. fundus.ff.ſoluto matrimonio.

b Infert.Bal. conſil.cclxxiiii. lib.i.Alex.cōſ. cxxxii.libr.vii. Decius conſil. cccclxvi.Et  iuſta cauſa à mora excuſet. Cur.Inn.conſi. xxviii. nu. 19. fac.not.ſ.eo.l. q cū alio.C.M.

### REGVLA LXXXIX.

QVANDIV *poſſit valere teſtamentum: tandiu legitimus hæres non admittitur.*

¶ISTA regula etiam habetur in l.quandiu.ſ.de ac
qui.hæred.in l.antequam.C.commu.de ſucceſſ.& in l.ex
teſtamento.C. vnde liberi.
¶Et limitatur non habere locum in duobus caſibus.
¶Primus eſt,propter voluntatem teſtatoris:vt not.Bar.
per illum tex.in l.ſi quis hæres inſtitutus.ſ.de hær.inſt.
¶Secundus caſus eſt in l.hac conſultiſſima.§.ſin autem.
C.de

c Stipul.quæ nil faciūt,quia ibi non ex conditionis euētu, ſed ex mora:debuit autē allegare l.in illa.l. hoc iure. de verb.obli. quæ citat Bar.in l.ſi duo.§.fi. de cōſtit.pec.C.M.

C.de teſtam.vbi Alex.in ij.not.dicit, quòd ibi cauſa inte
ſtati præualet teſtamento.

## In l. In omnibus. Argumenta.

1 Interpretatio benignior ſemper capienda eſt.
2 Aequitas modum interpretandi leges,& ſtatuta,ac etiam pacta, præbet.
3 Aequitas inter mercatores eſt attendenda.
4 Aequitas rigori ferè in omnibus eſt præferenda.
Commiſſum alicui ſimpliciter, ſecundum æquitatem regulari debet.
5 Aequitas quandoque à regulis iuris recedere ſuadet.
6 Solennitates iuris & vſitatus modus æquitate ſuadente omittuntur quandoque.
7 Iudex æquitatem præ oculis ſemper habere debet.
8 Aequitas naturalis meritò attẽditur, vbi ius deficere inueniť.
9 Aequitatem rigori debere præferri, qualiter intelligendum & num.ſeq.
12 Lex poſterior quando priorem corrigat.
13 Opinio vltima rigorem cõtinens, non eſt primæ præferenda.

### REGVLA XC.

IN *omnibus quidem maximè tamen in iure, æquitas ſpectanda eſt.*

¶IN omnibus enim ſpectãda eſt æquitas:quia† ſem- 1
per benignior interpretatio fieri debet: vt in regul.ſem-
per in dubiis.ſ.eo. Et maximè in iure: quia æquitas præ-
fertur rigori.l.placuit.[a] C.de iudic.& in l.ſi tibi.ſ.ſi cert. A
pet.in c.fi.de tranſact.

a Placuit. Vbi vide Iaſ.qui cõcord. in multis cũ do.Phi.hic, & in l.cũ ſtipulari ſumus.§.ſequitur. de ver. obli.ſ.col.ii. in iiii.no.t.Canon. latiſsimè inc.fi. de trãſa.Fel.in c.ex parte. in i. col.de off.dele.

¶Et no.Bal.per illum tex.inl.ij.in j.not.C.de reſcin.ven.
¶Vnde quid liceat ſecundum æquitatem inſpicitur in c.
magnæ.de voto. Et per ſemitam æquitatis procedendum
eſt: vt dicit tex.in c.quærenti. de off.leg.
¶Et res ad æquitatem redigitur.l.j.in fin.C.de interdic.
¶†Et æquitas eſt modus interpretandi leges & pacta:vt 2
dicit Bal.in l.ſi defunctus.C.de ſuis & leg.col.fin.in verſ.
& noto quòd æquitas.& ibi in princ.dicit, quòd ſtatuta
recipiunt interpretationem æquitatis.
¶†Et iſta æquitas præcipuè in curia[b] mercatorũ attẽdi- 3
tur:vt no.Bar.in l. Quintus.in fi.in l.fideiuſſor.§.quædã. B
ſ.mand.Bal.in l.ſi pro ea.col.fi.C.mand.Sal.in l.placuit.
C.de iud.& Alex.ibi,& in cõſ.xlj.viſo pũcto.col.ij.lib.iij.
Ro.in conſ.cxciij.negari non põt in princ.in conſi.xciij.
viſis.col.j.idẽ Imo.in cõſi.cxlj.viſis ſtatutis.in cõſ.cxvj.in
cauſa

b Curia. Alex. cõſ.lxxx.nu.12. lib.v. vbi dixi. Dec.l.ſi tibi pecuniam.ſi cert. pet.C.M.



cauſa Nannis.col.ij.in verſi.item quia hic ſumus.& dicit
Bal.in l.ſi pro ea. quòd reiiciuntur ſolennitates quæ non
tangunt veritatem negotij.& not.Angel.in conſi.ccxix.
punctus.in prin.
4 ¶†Et quia æquitas præfertur rigori[a], vt dictum eſt, ſi
A dicatur,iſta lex de æquitate loquitur,illa de rigore: per-
B inde eſt ac ſi dicatur,iſta corrigit illam. ita dicit gl.[b] no.
in l.cotem ferro.§.fi.de publi.
¶Et ſi aliquid committatur alicui ſimpliciter, videtur
committi æquitas quæ præualet:vt not.Bal. in l.ædem.
col.iij.verſ.ſed nunquid pro vno nummo.in fi.C. locati.
¶Et adeò attenditur æquitas, quòd ſæpe numero† pro-
5 pter æquitatem receditur à regulis iuris communis.l.ſi
me & Titium.in fi.ſ.ſi cert.peta.l.ſi quis mancipiis.§.fi.
de inſtit.& quod no.Bal.in l.ij.in fi.C.quod met.cauſ. Et
propter æquitatem receditur à verbis teſtatoris.l.qui fi-
lium.§.fi.ſ.ad Trebellia.
6 ¶†Et propter æquitatem receditur à ſolennitatibus iu-
ris.l.diuus.ſ.de reſtit.in integ.
¶Et propter æquitatem receditur ab eo quod vſitatum
eſt.l.imperatores.in fi.ſ.de appel.& ideo lex erubeſcit
ſtatuere contra æquitatem.l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de
inoffi.teſta.l.fi.§.cum autem.C.de furt.
¶Et regula propter æquitatẽ limitatur:vt no. per illum
tex.in auth.vt ſine prohi.ma.in prin.in ver.exiſtimamus.
¶Et æquitas exceptionis remouet actionem.l.qui ęqui-
tate.ſ.de doli except.& in l.iij.C.de bo.auth.iudi.poſſ.
¶Et per ſupradicta dicitur, † quòd prætor & iudex[c]
7 ſemper debet habere æquitatem ante oculos.l.quod ſi
c Epheſi.ſ.de eo quod cert.loc.c.j.iiij.q.& no.in l.inter fi-
lios.vbi glo.C.famil erciſc.
¶Et hoc intelligitur de æquitate quę informata ſit à iu-
re:vt no. Abb.in c.ex parte.el ij.in iij.no.de offic.deleg.
¶Et Moderni ſequuntur in d.l.ꝙ ſi Epheſi.Sed, vt dixi
d.c.ex parte.ille text. parum facit:qui loquitur de æqui-
tate iuris, ibi: iuris æquitate. vnde illa verba æquipol-
lent, ac ſi dicatur de iure: quia ius eſt bonum & æquum.
l.ſi me & Titium.ſ.ſi cer.pet.l.j.in prin.ſ.de iuſt.& iur.
¶Sed tex.in d.l.ꝙ ſi Epheſi.nõ loquitur de æquitate iu-
8 ris,ſed de æquitate ſimpliciter:quo caſu† æquitas dicitur
naturalis iuſtitiæ,& cõſideratur vbi ius deficit:vt no.Bal.
in c.paſtoralis.in fi.de cau.poſ.& propr.& probatur in d.

a Rigori. Rigor iuris qualiter intelligať, vide Bar.in c. ſi clericus laicũ. de foro cõpe.iij. col. in princ. & do. Philip.in ca. ſi duobus.de appella. colũ. ij. verſi.vlt,no.

b Gl. Adde gl. in l.ait prætor. §.ſi debitorẽ. de his quæ in frau.cred.Can. in c.fi.de trãſa. vbi Abb.fi.col. Felin.in c.ii.de re iudi.in prin. Domi.in ca.diſciplina.xlv. diſtin. & ibi Ale. in ii.col.

c Iudex. Quæ ſit æquitas quã debet iudex habere præ oculis, vide Arch. in c.i.de cõfeſ. li.vi.& ęquitas quotuplex ſit, vide Barb.in c. quærẽti. de of. deleg.col.pen. & in c.cum cauſam.de iur. calum.col.viii.& do. Phil. in d. ca. ex parte. H.C.

c.fi.de tranſa.vbi dicitur, ꝙ quãdo ius deficit, proceditur ſeruata æquitate,& in l.ij.§.itẽ Varus. in fi. de aqua plu. ar.ibi,ęquitas ſuggerit.& ſi ſcripto iure deficiamus,ergo talis æquitas nõ poteſt informari à iure ꝙ nõ reperitur.

¶ Pro dicto tamen Abb. videtur text.in authen.iuſiuran. quod præſt.ab his.§. pe. vbi iudices iurant ſeruare æquitatem:& ſic de æquitate ſimpliciter dicitur, ibi: omnem æquitatem ſeruabo.& tamen intelligitur de æquitate informata à iure:quia iudices tenentur iura obſeruare: vt habetur inſtit.de offic.iud.in prin.

¶ Sed ad illum text.reſpondetur,quòd loquitur in arbitrariis in quibus præcipuè æquitas attẽditur.& ita illum text.declarat Imo.in c.fi.de tranſact. Et hoc ſatis colligitur ex illo text. dum dicitur, quòd ſeruabit æquitatem, ſecundum quod iuſtum ſibi viſum fuerit.

¶ Et quantum ad regulam hic quæ dicit,† quòd æquitas 9
præfertur[a] rigori: primo regula intelligitur quando æ- A
quitas ſit ſcripta: ſecus ſi ſcripta non ſit: quia tunc rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ: vt not. per glo. vbi Bar.& Salic.per illum text,in l.j. ſ.de legib. & idem glo.in l.placuit.vbi Bal.& Sali.j. de iud. per l. proſpexit. ff.qui & à quibus.& not.per glo.in c.fi.de tranſactio.vbi Abb.& Imo.poſt alios.

† Secũdo regula procedit in æquitate ſcripta in ſpecie. 10
Secus ſi eſſet ſcripta in genere:quia rigor ſcriptus in ſpecie,illi præfertur:vt no.Cyn.Bal.Ange.& Sali.in d.l.placuit.per l.nam hoc à natura. ff.de condi. indeb. iuxta l.j. ff.de vſuca,& not.Imo.& Abb.in d.c.fi.ad hoc facit, quia ſpecies derogat generi.in reg.in toto. ſ.eo.

¶ Tertio & vltimo † regula intelligitur, quãdo æquitas
eſt ſcripta poſt rigorem: ſecus ſi rigor ſcriptus ſit poſt 11
æquitatem:quia tunc rigor attenditur.gl.not.in c. extirpandæ.§.quia verò.in glo.penult.in fi.vbi Imo.col. v. de præben.Alex.& Mod.in d.l.placuit.de iudic.

¶ Sed vide Abb.in d.cap.fin.§.quia verò. colum. vij.qui-videtur reprobare illam glo. & contrarium expreſſe tenet Dominic.in cap. diſciplina. xlv. diſtinct. & refert & ſequitur Felin. in c.ij.de re iudica. Non obſt. quòd † lex 12
poſterior[b] corrigat priorem.cap.j.de conſtitu. in ſexto. B
quia verum eſt quando directo contrariatur:ſed rigor & æquitas non ſunt directo contraria:quia æquitas temperat rigorem. † & ad hoc facit: quia ſi plures opiniones 13
ſunt

a Præfertur. Vide Frã.Cur. cõſi.liiij.ij.col. incip. ſæpe & frequenter. & Dy.& eius addi.in regu. poſſeſſor. iſto tit. lib. vj. in ver. iij.opponitur, &c.Iaſ.in l.ſi tibi. ff. ſi cert. pet.Car.in c.fi. de cõſue. & in c.j.de alien.iudic.mut.H.C.

b Poſterior. Idẽ in ſtatutis, & cõſuetudinib[9],& in reſcriptis,& in cõtractibus,& in pactis, & vltimis volũtatibus, & legatis, codicillis,& ſententiis ĩterlocutoriis, & in cõſtitutionibus procuratorũ, & in iuramẽtis,& in mora & fama, & in opinionibus, & in violẽtiis, & omnia iſta ponit Iaſo.in l. ſi quis ante. in iij.col. in verſi. no.primo.ſ. de acquir. poſſ. H.C.



ſunt relatæ,& vltima continet rigorem, non videtur re-
A ceſſum à prima quæ habet æquitatẽ:vt no. tradit Aret.[a] in conſi.clxiij.diligenter & maturè.col. vij. per glo.in l. ſi cum exceptione.§.ſed & ſi quis.ſ.quod met.cauſ.

a Aret. Quẽ ſequitur Iaſ. in l.ſi tibi. ff. ſi cer.pet.col. iii. verſ.quinto no.

## In l.Quoties.Argumenta.

1 Adire non prohibetur quandoque,qui repudiauit.
2 Repudiatio quando ad omnia iura ad hæreditatem pertinentia extendatur.
3 Acceptilatio ſimpliciter facta, ad omnes ſtipulationes præcedentes eſt porrigenda.
4 Iure vno ſublato,quando tollatur aliud,& quando non.
5 Iuri futuro non facilè poteſt renunciari.
6 Filia renũtians hæreditati paternæ, fratri poterit ſuccedere.
7 Hæreditas patris adita per filium,deſinit eſſe patris.

### REGVLA XCI.

QVOTIES *duplici iure defertur alicui ſucceßio: repudiato nouo iure quod antè defertur, ſupererit vetus.*

¶ REGVLA loquitur in ſucceſsione quæ alicui duplici iure defertur. Et regula poteſt dupliciter intelligi. Primo,quando eodem tempore defertur.Secundo, quando ſucceſsiuè competeret: & vtroq; caſu videtur regula habere locum.

¶ Circa primum,quãdo eodem tempore defertur, regula exemplificatur:vt per glo.in l.ſuum.C. de iure delibe.
1 † vbi vocatur ad eandem ſucceſsionem de iure ciuili, & prætorio,ſi bonorum poſſeſsionem repudiauit, non prohibetur adire. & ad hoc eſt regula generalis quam facit
2 Bar.[b] per illum text.in l.ſi dominus.ſ.de ſer.vrba. præd. vbi inquit, quod quando vni competunt plura iura, ſi vnum remittit,aliud remanere intelligitur. facit text.in l.ſi prius.in prin.ſ.de aqua plu.arcen.& no. quæſt. tradit Bal.in l.ij.in quæſt.viij.C.de reſcin.vend.

¶ Et reg.iſta intelligitur quando renuntiatio vnam ſpeciem litis reſpicit,prout text.hic loquitur,ibi: repudiato nouo iure.quo caſu renuntiatio videtur limitata, quæ limitatum effectũ producit.l.in agris.ſ. de acquir. rer. do.
2 † Secus eſt ſi repudiatio referatur ad ipſam hæreditatem vel ſucceſsionem:quia tunc renuntiatum videtur omnibus iuribus quæ ad ipſam hæreditatem competerent.ita
c no.Bar.[c] concludit in l.nec is.§.j.ſ.de acqui.hære. alleg.

b Bart. & Iaſ. in l. nec is. §.i. in l.nota.ff. de acquiren.hęre.

c Bar. Ibi Iaſ. in prin.iii. col. vbi dicit hanc cõmunẽ. licet ſequẽdo Barb. in rubric. C. qui admit. in vi.q.teneat contra Bart.& cõmunem.

l.ſi duo. §. idem Iulianus ſcribit.& §.ſi quis iurauerit. ſ.
de iureiur.& idem tenet Ang. in d. l. ſuum.dicens, quòd
ſi quis renũciauit hæreditati ſimpliciter, tunc ſi ex mille
capitibus eſſet poſsibile illũ ſuccedere, omnibus renun-
tiatum videtur. & ibi ſequitur Alexã. poſt alios quos ibi
refert.& facit gl.no. in l.j.§. ſed videndũ. in verſi. ſucce-
dat.ſ.de ſucceſ.edi. ad idem facit text.in l. pluribus.ſ. de
excep. † vbi præcedentibus pluribus ſtipulationibus ac- 3
ceptilatio facta ſimpliciter ad omnes porrigitur. & facit
glo.in l.empto.§.Lucius ſ.de pact. & quod no. Bal. in l.
pactum quod dotali.in vj.quæſt.C.de colla.cum ſimi. vt
tradit Alex. in conſi.ij. viſo, atq; vt oportet, conſiderato
themate.col.ij.lib.ij.
¶ Secũdò, †regula limitatur in plurib⁹ iuribus ſeparatis: 4
ſecus ſi eſſent iura connexa, vt quia vnũ haberet depen-
dentiam ab altero:quia tunc vno ſublato etiam alterum
ſublatũ videtur:vt in l.illud.ſ.de acq.hære.vbi repudiata
hæreditate ab inteſtato,etiã ex teſtamento repudiata in-
telligitur.& no.per gl.& Pau.de Caſt. in d. l. ſi dominus.
¶ Venio ad ſecundũ, quando ſucceſsiuè plura iura com-
peterent,& tali caſu regula loqui videtur,ibi : nouo iure
quod ante defertur. Et à fortiori hoc videtur procedere
exemplum in eo qui venire poterat ad ſucceſsionẽ ſuc-
ceſsiuè ex capite vnde liberi, vnde agnati,vnde cognati:
ſi renũtiauit primo capiti liberorũ, non videtur excluſus
ab aliis capitibus quæ ſucceſsiuè competunt.l.j.§. ſed vi-
dendũ.ſ.de ſucceſ.edi.l.ij.in prin.ſ.vnde leg.& hoc intel-
ligitur quãdo limitatè facta ſit repudiatio reſpectu vnius
capitis:ſecus ſi abſolutè : quia expreſſa repudiatio facta
reſpectu hæreditatis,ab omni capite repudiãte excludit:
vt voluit gl.no.in l.j.§.ſed videndum.& ſ.dictum eſt.
¶ Sed aduertendũ eſt, quia iſta declaratio videtur bene
procedere quãdo plura iura eodem tempore compete-
rent:prout ſ.dictũ eſt in primo caſu regulæ: ſecus vide-
tur in iuribus quæ ſucceſsiuè cõpeterent:quia renuntia-
tio etiam expreſſa relata videtur ad illud caput ex quo
erat ſucceſsio delata, & non ad alia capita quæ nondum
cõpetebant : † quia iuri de futuro renuntiari non poteſt. 5
l.is poteſt.& l.quãdiu.la ij.de acqui.hære. l.ſi ita ſcriptũ.
§.ſi ſub conditione.de leg.ij.& dixi [a] in l.j. C. qui admit. A
¶ Et vlterius † iſta regula exẽplificari põt in filia b quæ 6
renũtiauit hæreditati patris : nam nõ excluditur quomi- B
nus

a Dixi. Et in cõſil.xxxi. col. i.incipiẽ.& pro tenui facilitate. & in conſil. lxxxvi.col. iiii. verſi.venio igitur ad ſecũdũ. incip.viſo puncto,& diligenter,&c.

b In filia. Adde eundem d. Phil.in reg hæreditas.ſ.eo.finalibus verbis.



nus poſsit ſuccedere in hæreditate paterna, quæ ex perſona fratris ſibi
deferatur,cùm illa ex nouo iure ſuperuenienti ſibi deferatur:vt decidit
Angel.in conſil.l.ij.dominus Gidius.colum.fin.verſicu.nec obſtat quòd
ſuffocauit.cũ ſimil.vt tradit Alexan.in l.j.§.veteres.colum. antepen.ſ.
de acquirend.poſſeſ.& idem Roma.in conſilio clxv.circa primum,quo
quæritur:in princ.idem Roman.in conſi.xl.viſis. & Benedict. Capra in
conſilio lxiij.cum viſo & conſiderato,in ſecũdo dubio.& not.Bal.in l.j.
colum.fin.de rerum diuiſi.vbi inquit. quòd filia quæ renunciauit hære
ditati patris,nõ prohibetur ſuccedere in feudo quod ſibi ex perſona fra-
tris defertur.& idem in ſtatuto.no.Bart.in l.ſi.in prin.in ſi.j.q.ſ.ad Ter
tul.dicens,quòd filia quæ excluditur à ſtatuto ab hæreditate patris,non
prohibetur ſuccedere fratri qui hæreditatem paternam adiuit. & facit
quod not.Bar.in conſi.lviij.ex themate prędicto.in ſi.cum ſim.vt tradit
Alex.& Modern.in l.j.§.veteres.& nouiſsimè latè Soci.in conſi.lxxiiij.
ſuper controuerſia.in vlti.lib.& Corne. in conſi.ccv.in hac conſultatio
ne.colum.iij.lib.iiij.
¶ Et licet Doctores in locis præalleg.loquãtur † quando hęreditas pa-
7 tris adita ſit per filium,quo caſu deſinit eſſe hæreditas patris.l.ſed ſi plu
res.§.ſi filio.de vulg.& pupil.not.in d.l.j.§.veteres. idem tamẽ videtur,
licet hæreditas adita non fuerit,quia ſatis eſt,quòd filia veniat ex perſo
na fratris:vt no.concludit Benedictus Capra in conſi.xij. & ſi viſo & cõ
ſiderato.circa finem.& tradit Are.in conſi.clxj.in præſenti conſultatio-
ne videndum eſt.in prin.Et ad ſupradicta etiam facit quod not.Bald.in
l.licet.C.de iure delib.cum ſi.vt Alexã. ibi ſcribit. Et ad regulã etiam
facit:quia quando plura obſtant, non ſufficit quòd vnum remoueatur,
quia aliud remanet.vt no.Bald.in l.j.colum. penul.in verſi. vnũ etiam
ſcias.C.de furt,

## In l. Si librarius. Argumenta.

1 Scriptoris error,partibus nocere non debet.
2 Grammatica falſa non vitiat inſtrumentum.
3 Inſtrumentum in dubio interpretatur,vt in eo mala Grammatica non contineatur.
4 Notarij dicta præſumuntur eſſe de voluntate & conſenſu partium.
5 Notarius quando,& in quibus,errorem ſuum corrigere poſsit.
6 Notario errorem ſuum corrigere volenti quo caſu credatur.
7 Notarius diem vel menſem pro alio corrigere non poteſt, ni error per teſtes ſit probatus.
8 Notarius errorem ad partes pertinentem ex interuallo corrigere non poteſt.
Error notarij qualiter poſsit probari.
9 Error notarij quot teſtibus poſsit probari.
10 Teſtes tot probant ſolennitatem inſtrumenti,quot qualitatem.
11 Notarius malitioſè errans non poteſt corrigere,ſed puniri debet.
Falſitas quando ſit in notario præſumenda.
12 Notarius præſumitur potius errare, quàm malignari.

## REGVLA XCII.

*SI librarius in tranſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet : nihil nocere quominus & reus & fideiuſſor tenerentur.*

a Error. Bal. conſi.cxxx. lib. ij. Cald.conſil. j.de fid.inſtru. C.M.

¶NOTO quòd † error [a] ſcriptoris non nocet parti- 1
bus.ad idem text.in l.Imperator.la j.ſ.de ſtatu homi.in A
l.errore.C.de teſtamen.facit text.in l.ambiguitates.eo.
tit.Et per iſtum tex.not.Bald.in conſi.cxxv.dubitatur.in
fi.lib.ij.Fulg.in conſi.cxxxiiij.circa primum.col.j.

b Reſtitutionis. Adde Iaſ. in authen. nouiſ.C.de inoffic.teſta. colũ. ver.quid autẽ ſi groſſus.

¶Et ideo ſi notarius dicat,quòd pater reliquit filiæ iu-
re reſtitutionis,[b] cum debuerit dicere,iure inſtitutionis, B
non nocet iſte error quominus videatur filia inſtituta:
vt not.Bal.in l.ſi cum ante.C.de dona.ante nup.in verſi.
& pro hoc conſului.

¶Et eodem modo ſi imperitus notarius dicat, pro ſua
falcidia : cùm debuerit dicere, pro legitima. Et ſi dicat,
quòd mulier renuntiauit beneficio Valeriani : cum de-
buerit dicere,Velleiani : non nocet iſte error,quia patet:
vt concludit Bal.in l.imperator.la j.col.ij.ver.item qui-
dam notarius ruſticus.ſ.de ſtatu hominum. Et ſimiliter
ſi notarius dicat,ſubſtituo te procuratorem:intelligitur,
conſtituo:vt not.Bal.in l.pen.C.de procur.

¶Et generaliter† ſi ſit error in falſa grammatica,non 2
per hoc vitiatur inſtrumentum notarij:vt no.Barto.in l.
Plautius.in fin.ſ.de aur.& arg.lega.Et ſpeciale eſt in re-
ſcriptis Papæ.c.ad audientiam.el j.de reſcrip.Secus eſt
in aliis inſtrumentis notariorum :vt Abb.ibi poſt alios
dicit.& not.Bar.hic Bal.& Ang.in d.l.imperator.

¶Et hoc intelligitur quando conſtat de mala gramma- 3
tica,† in dubio autem debet interpretatio fieri vt non ſit
falſa grammatica.d.l.Plautius.no.Bar.in l.cum in teſta-
mento in fi.de aur.& arg.leg.& Cuma.in conſil.vij.viſis
compromiſſo.col.vj.in ver.ad ſecundum.

¶Et eodem modo quod hic dicitur de errore,intelligi-
tur quando conſtat.Et in dubio non præſumitur : vt not.
Ange.d.l.errore.in princi.C.de teſtamen.& Bald.in d.l.
imperator.in princ.Et ad hoc facit quia pro notario præ-
ſumitur.[c] c.ad audientiam.de præſcrip.& no.Bald.in d.l. C
error.& col.j.& ibi dicit quòd quicquid ſit ſcriptum in
inſtrumento,præſumitur ſcriptum de voluntate & com-
miſſione eius qui rogauit:& not.Bar.in l.ſi quis filiabus.

c Præſumitur. Dec. conſi.xv. Latè Andreas Alcia. trac.præſump.xiij.Car. Mol.





ſ.de teſtamen.tut.Roma.conſi.clxxx.ampliſsime docto.
in j.col.fi.verſi.nec refragatur.

4 ¶ † Et quicquid dicit notarius quòd factum reſpiciat,vi-
detur dixiſſe de aſſertione & voluntate partium.vt not.
Bal.in l.j.circa fin.de priuileg.dot.& in l.ab executione.
circa fi.verſic.pone ſtatuto.C.quo.app.& in l.mater.col.
ij.ver.præterea verba.C.de rei vend.& meritò error de-
bet liquido probari:& non ſufficit iuramentum in defe-
ctum probationis:vt not.Bald.concludit in l.Imperator.
colũ ij.verſi.ſed an poterit. Et ad hoc facit:quia cùm ſit
præſumptio pro notario de eo quod ſcriptum reperitur,
vt dictum eſt,probationes clariores requiruntur:& tali
caſu non recurritur ad iuramentum in defectum proba-
tionis:vt not Ang.in l.fi.in prin.ſ.quod met.cauſ.& facit
tex.in c.quia veriſimile.de præſump.& quod ibi Abb.

¶Et quia Bart.hic proſequitur materiam huius l.viden
dum eſt principaliter de duobus.

A ¶Primo quãdo notarius poſsit errorẽ ſuum corrigere[a].
¶Secundo,qualiter error notarij probari poſsit.

a Corrigere. Vide per Feli. in ca.ex literis. ibi de fide inſtru. Ant. But. cõſi.xj.& quòd poteſt declarare verbum obſcurũ. Alex. conſi.cxlvj.nume. 26. libr. v. Calc.cõſil.lxx. C.M.

¶Circa primum habemus conſiderare duos caſus. Pri-
mus eſt in pertinentibus ad notarium. Secundus in ſpe-
ctantibus ad partes. In primo caſu ex dictis Barto.plures
concluſiones colliguntur.

5 ¶ † Prima eſt,quòd in his quæ ſpectant ad notarium in
quibus error non vitiat,notarius poteſt errorem ſuum
corrigere:puta ſecundum Bar.in falſa latinitate.Et idem
in exemplis ſ.dictis in quibus dictum fuit errorem non
vitiare.& idem tenet Bal.in rub.C.de fide inſtru.col.vj.
verſic.ſed pone quòd tabellio.& idem Bal.in l.cum pro-
poneretur.in verſi.vlti.quæro,de leg.ij.quia talis emen-
datio neminem lædit.alleg.l.actorum verba.ſ.de re iud.
& idem Ang.in d.l.Imperator.in prin.quia pars non ha-
bet cauſam contradicendi quare non corrigat.arg.l.do-
tem.ſ.ſolu.matri.& ibi Bal.in princi.

¶Et ideo ſi oratio truncata ſit,ſuppleri poteſt per ver-
bum ſubauditum:vt not.Ang.in d.l.errore.in princip.&
Bal.ibi plenius.Et plura ſimilia ad hoc tradit Bal.in l.
verbum volo.C.de fideicom.

¶Et iſta prima cõcluſio ampliatur ſecundũ Bar.hic etiã
ſi erratum ſit in eo quod vitiaret inſtrumentũ:puta ſi ſit
defectus inditionis [b] qui vitiat inſtrumentũ:poterit tamẽ
B notarius errorẽ ſuum corrigere,ſecundũ Bar.hic,ne ſcri-

b Inditionis. Idem Ioan. de Ana.in ca.cum graui. de crimi. fal.ij.colũ. poſt mediũ.& hoc niſi malitioſe:quia tunc puniretur tanquam falſarius.Hie.Chuc.

bentis error noceat partibus.& idẽ tenet Bal.C.de Iuſtin.cod.cõfir.col.fin.ver.ſed an tabellio. Et idẽ Bar.in l.nominatim.in fin.de condi.& demon.Bal.in d.l.cũ proponeretur.col.ij.Ange in d.l.Imperator.col.ij.ver.iuxta prædicta quæro.& ibi concludit maiorẽ eſſe defectũ inditionis quæ nullo modo appoſita ſit quàm ſi erronea inditio apponatur.poſt Dy.in conſi.xxxv.quem ibi refert & Bar.hic & Roma.in conſi.ccxxxv.quo ad primum.in fin.

¶ Secundo Bar.concludit† quòd ſi ſit erratũ,& non cõſtat in quo erratum ſit,vt quia omiſit diem,& non conſtat de quo die,iſto caſu notario dicenti ſe recordari de die,credendũ erit ſicut officiali creditur: maximè cũ hoc de die ſit quid minimũ.quia ſi teſtis de die nõ recordatur,tamẽ probat l.teſtium.cum glo.C.de teſtib.& ita Bar.hic dicit. 6

¶ In quo aduertendũ eſt,quia iſta cõcluſio videtur procedere quãdo nõ eſt vis in tempore:quia dies nõ eſt de ſubſtantia inſtrumenti.¶ Secus videtur ſi ſit de ſubſtantia inſtrumenti,vt in actione hypothecaria:quia tunc corrigere non poteſt niſi probato errore:vt Ang.dicit in d.l.Imperator.& cum autoritate iudicis:vt not.Bal.in d.l.Imperator.col.iij.& idem Bald.in titu.de pace Conſtantiæ.in verbo,pacta.verſi.ſed quid ſi opponantur ſolennitates.

¶ Et iſta concluſio,ſecundum Barto.procedit,quando erratum fuit omittendo diem:quia tunc non dicitur functus officio ſuo,edendo inſtrumentum abſque die.

¶ † Sed ſi erratum ſit apponẽdo vnum diem vel menſem pro alio,quia tunc notarius non poterit ſe corrigere niſi conſtet de errore per teſtes vel alio modo: quia tunc videtur functus officio ſuo.ita Barto.dicit alleg.text.in l.quicquid aſtringendæ.ſecundũ vnum intellectũ de verb.oblig.Et iſta limitatio Bar.videtur de plano procedere quãdo dies eſſet de ſubſtãtia,vt ſ.dictũ eſt in hypothecaria:ſi verò nõ eſſet de ſubſtantia,tunc videtur quòd error corrigi poſsit: quia ſi Barto.hoc permittit quando dies omiſſa ſit,vt ſ.retuli,à fortiori idem dicendum videtur quãdo dies non fuit omiſſa:ſed vna pro alia appoſita ſit: quia maior[a] eſt defectus omiſsionis,quàm erroris:vt dicit Bart.hic poſt Cyn.quem refert,& idem no.Bal.in d.l.Imperator.col.iij.& ſ.dictum fuit de inditione omiſſa: 7 A

¶ Et hoc de plano videtur procedere ſi parti non ſit datum inſtrumentum:vt not.Bald.in rub.C.de fide inſtru.col.vj.& Bart.in d.l.Imperator.col.j.

a Maior. Imò maior eſt defectus in male faciendo, quàm in amittendo, ideo nõ poteſt ex interuallo, id eſt, poſtquã redditum parti, corrigi, niſi ſolenniter, id eſt iudicis autoritate, parte vocata, & probato errore.& placet opi. Barto. Car. Mol.

Secus.



A ¶ Secus[a] ſi fuit data copia parti: quia tunc videtur indiſtinctè quòd corrigere non poſsit,niſi probato errore & de conſenſu iudicis:ſecundum Barto.in d.l.Imperator.& in l.fi.verſic.ſed quid ſi notarius.ſ.de tabu.exhi.Bart.in l.ambiguitates.in fin.C.de teſta.& in d.rub.de fide inſtru.col.vj.& in l.fi.col.penul.in verſic.quarto quæritur.C.de eden.& in titu.de pace Conſtantiæ.in verbo,pacta.in fin. Et idem Ange.in conſi.ccxcij.viſis.col.j Cuma.in conſi.xxiij.viſo.& Socinus in conſil.xciiij.præſtantiſsimis.col.iiij.& conſi.xcviij.aliàs conſului.in nouis.

a Secus. Et bene.licet Iaſ.conſi.xxiij.lib.j.Alexan conſi.lxxxix. num.13.lib.iij.cõſi cxc.nu.5.li.vj.C.M.

b Teſtibus. quòd per duos Alex.cõſi.xiiij.nume.19.li.vj.C.M.

8 ¶ Secundus caſus principalis eſt,ſi erratum ſit† in pertinentibus ad partes:& tunc,ſecundum Barto.error corrigi non poteſt ex interuallo ſed incontinenti ſic.& idem Ange.in d.l.Imperator.in prin.& not.Bal.in d.rub.de fide inſtru.col.vj.& in l.cum proponeretur.col.ij.ver.vlti.quæro.de leg.ij.& idem Bar.in d.l.Imperator.

¶ De ſecundo principali dubio de probatione erroris,primo dicit Bar.quòd error probatur de facili per originale quod reperitur,quia illud inſpici debet.§.pen.in authent.de tabel.& idem Barto.in l.Sempronius Proculo.de leg.ij.in l.ſi quis ex argentariis.§.prætor ait.ſ.de eden.cum ſim.vt ibi tradit Alex.& in cõſi.cv.reuerende domine.in ij.lib.& Pet.de Anch.in cõſi.ccccxxxij.præmiſſa.Ange.in cõſi.ccclvij.pater ſtipulatus.

¶ Secundo de facili probatur ſi partes confitentur errorem:vel etiam ſi teſtator hoc dicat in his quæ ab eius voluntate pendent:vt not.Bart.hic circa fi.& in l.cum proponeretur.de leg.ij.

B ¶ Tertio probari poteſt teſtibus.[b] † Sed tot teſtes requiruntur quot neceſſarij ſunt in diſpoſitione principali de qua agitur:vnde in teſtamento error debet probari ſeptem teſtibus, quando agitur de ſubſtantia ipſius teſtamenti,hoc eſt de voluntate teſtatoris. Secus eſt in qualitate requiſita in teſtamento:vt not.Bart.poſt glo.in d.l.cum proponeretur.cum ſimil.vt tradit Alex.in l.errore.circa fi.C.de teſta.Soci.in conſil.lj.viſo teſtamento.in fi.Et quod dictum eſt de probando† qualitatẽ,idem eſt ſi agatur de probando ſolennitatem: quia duo teſtes probarent,ſecundum Ang.in l.ambiguitates.C.de teſtamen.in quibuſdam lecturis.Alexand.in d.l.errore.in fi.de quo dixi in l.fin.C.de ſecund.tabu.Et de probatione erroris,no.Alexã.in conſi.cxl.ſuper teſtamento.col.j.lib.j.Et in d.conſi.cv.reuerende domine.lib.ij.& conſil.lxxxviij.in cauſa do.Bar.lib.iiij.Socin.in conſil.xciiij.præſtantiſsimi.col.iij.& Laur.Calcaneus in conſi.xlviij.viſo dicto caſu.col.pen. 9 10

11 ¶ Vltimo regula iſta procedit † prout loquitur quando errore fuit aliquid omiſſum.Secus ſi dolo & malitioſe notarius aliquid omiſerit: quia tunc puniri debet.Et an tunc corrigere poſsit.not.Bald.in l.ij.C.de fideicommiſ.liber.& in rub.C.de fide inſtru.colum.vj.verſi.vnum



ſcias.

a Dubio. Deci.c.i.colum iii.de probat.Alexã.conſil.liii.nu.16.(vbi dixi)lib.vii. Limitat Curt.ſenior.conſil.lv.Sed quòd in teſtibus potius dolus præſumatur. Alciat.l.i.9.ſi ſtipulanti nu.42.9.ſed ſi mihi.ad fi.de verbo obliga.C.M.

b Præſumitur. Adde eundem do.Philip.in conſi.clxxv incip.in cauſà falſitatis. Ioan.de Ana.in c.cum diligenti.de accuſ.ii.col.quaſi in fi.& Alex.in c.ego ſolis.ix. diſt.Are.in cõſil.xlvii.incip.viſis & diligẽter ponderatis.in i.colũ.verſi.pro his facit optimè,&c. Fely.in c.ex literis.ii.colũ.ver.tertia concluſio.hoc tamen eſt limitãdum ſecũdum eum ibi verſi.ſed limita niſi notarius omiſiſſet ſolennitatẽ iuris in teſtamento quæ interuenire debebat; quia tunc non præſumitur error, ſed falſitas,de quo vltra eum, & quos allegat, vide Bar.in c.quoniam.vt lite non conteſt.colũ.xv.in medio.& in conſi.lviii.incip.clemẽtiſsimi.in i.vol.pen.colũ. Bald. in ſua marg.in verſi.error.verſi.xii.& xiii. Hiero.Chuc.

ſcias.& tradit Lanfran.in repet.c.quoniam contra.colũ. vij.de probat.

¶ Et quando falſitas in notario præſumatur,vt not.in l. iubemus.C.de teſta.vbi Alexã.And.Sicul.in conſil.xxix. col.viij.lib.j.†In dubio [a] tamen in notario ſemper po- 12
tius præſumitur [b] error,quàm falſitas:vt not.Barto.per A
illum text.in l.quoties.§.j.ſ.de hæred.inſtit.cum ſimil. B
vt tradit Alex.in conſil.xl.habita ſuper contentis.col.fin. lib.j.& conſil.xxvij.in cauſa & lite in princi.lib.ij.Pet.de Anch.in conſi.cclxxxvij.tria principaliter.col.j.Cuma.in conſil.cxxv.ad primum.& dixi in conſil.clxxv. Et regula etiam iſta limitatur vt per Alex.in l.errore.col.j.& in l. ambiguitates.in fin.C.de teſta.Et materia latè habetur in tractatu clauſularum,in charta xlj.

## In l. Filiusfamiliàs.Argumenta.

1 Filiusfamiliàs rem peculiarem poſsidere nõ dicitur,ſed ipſius pater.
2 Seruus ab alio poſſeſſus domino non quærit.
3 Detentatio an poſsit acquiri filio.

### REGVLA XCIII.

FILIVSFAMILIAS *neque retinere,neque recuperare,neque adipiſci poſſeſsionem rei peculiaris videtur.*

¶NOTO quòd†iſto iure filiusfamiliàs non habebat 1
poſſeſsionem rei peculiaris:quia ſtatim poſſeſsio patri etiam ignoranti acquirebatur.l.quicquid.ſ.de acqui.poſ. l.j.§.item acquirimus co.titu.facit text.in §.j inſtit.per quas perſo.nobis acquiritur.& in l.placet.de acqui.hære. ¶ Et ampliatur iſta regula,etiam ſi filiusfamiliàs ab alio poſsidebatur:vt dicit tex in d.l.quicquid.quia ſecundum gloſſ.ibi,illa acquiſitio fit vigore patriæ poteſtatis quæ
durat licet ab alio poſsideatur.Secus eſt in ſeruo†qui do 2
mino nõ acquirit.ſi ab alio poſsideatur.l.j.§.ſed & per eum.ſ.de acqui.poſſeſ.quia in ſeruis acquiritur domino ratione poſſeſsionis:vt dicit glo.in d.l.quicquid.facit tex. in l.j.in fin.ſ.de acquirend.poſſeſ.de quo videndum eſt per Do



per Docto.in d l.j.§.item acquirimus.& per Alex.in l.j. §.veteres.col.iij.de acq.poſſeſ.

¶Et regula limitatur vt per gl.hic,quia hodie non procedit.

¶Item regula videtur procedere in poſſeſsione quæ ha-
3 bet aliquid iuris. † Secus videtur in detentatione quæ filio acquiri videtur.arg.l.ſtipulatio iſta.§.hi qui.de verb. oblig.Et pari ratione implementum conditionis quæ in facto conſiſtit, ipſo filio acquiritur.l.qui hæredi.in prin. de condi.& demon.facit tex.in §.ſed cum factum.inſtitut.de ſtipul.ſeruorum.

### REGVLA XCIIII.

NON *ſolent quæ abundant, vitiare ſcripturas.*

¶De iſta regula dictũ fuit ſ.in reg.quæ dubitationis.

## In l.Nemo dubitat.Argumenta.

1 Soluendo eſſe præſumitur,qui fideiuſſorem habet.
2 Soluendo eſſe dicitur,qui totum debitum ſoluere poteſt.
Soluendo eſt,qui nomina debitorum habet.
3 Soluendo non eſſe,quando quis præſumatur.& nu.4

### REGVLA XCV.

NEMO *dubitat, ſoluendo videri eum,qui defenditur.*

¶ET per iſtum tex.gl.in l.ſoluendo.ſ.de verb.ſig.dicit,quòd ſoluendo quis videtur per ſe,vel per aliũ.& not.
1 Bar.in l.j.ſ.de custod.reorum† dicens,quòd ſoluendo eſſe dicitur qui habet fideiuſ.ad idem text.in l.ſi plures.§. præterea el.ij.ſ.de fideiuſ.Et per iſtum tex.hic Bart.in l. item liberatur.§.qui paratus.ſ.quib.mod.pignus vel hypo.ſol.ibi decidit.q. quam hic indeciſam reliquit: & reſpondet ad tex.in l.reſcripto.§.debitores.ver.planè.ſ. de mune.& hono.cum ſimil.vt tradit Alexan.in l.iiij.§.ſi ex conuentione col.j.de re iud.Et Ang.Are.in tract.Maleſi. in ver.quas ſi non ſoluerit.& idem Alex.in l.j.ſ.qui ſatiſ. cog.& Moder.ibi.Et Andr.Sicul.in conſi.xv.col.ij.lib.ij.
2 †Et ſoluendo quis intelligitur, quando in totum ſoluere poteſt.d l.ſoluendo.de verb.ſig.& inſtit.de oblig.quæ ex delicto.in §.fulloni vero.in fin.

¶ Et ſoluendo eſſe videtur, qui habet nomina debitorum:quia non dicitur ſuſpectus: vt notat Bald.per illum tex.in l.facere.ſ.ſolut.matri.¶ Et hoc intelligitur quando debitores ſunt boni & de facili exigibiles:aliàs ſecus, vt concludit Alexander, in dicta l.facere.poſt alios quos ibi re

ibi refert. ¶ Et idem Alexander in conſilio xxxvij.viſo & opportunè diſcuſſo col.iiij.ver.tertio per hoc adduco. lib.ij. † Et quando quis dicatur non poſſe ſoluere, vt quia 3
imponitur pœna corporalis, ſi pecuniariam impoſitam ſoluere non poterit, no. Bal.in d.l.quicunque. col pe.ver. ſed pone ſtatutum.C.de ſer.fug.Ang.in l.j.ſ. ſe iniuſto, rupto.cū ſi.vt proſequitur Ang. Aret.in d.tract. malefic. in ver.præallegato:vbi latè refert Imo.in l.ſuus quoque. verſi.ſed ſi filio.col.pe.ſ.de hæred.inſti.

¶ Et ad predicta vide Bart.in l.tres tutores. in fi.ſ.de ad mini.tut.vbi dicit, † quòd non præſumitur ſoluendo ille 4
cuius bona venduntur: & qualiter probetur quòd quis non ſit ſoluendo.no.Bald. in authē.hodie. verſi. ſecundo, quæro.C.de actio.& obli.

## In l.In ambiguis orationibus.Argumenta.

1 Interpretatio ad eum ſpectat, qui condere poteſt.
2 Iudices in partium præiudicium leges interpretari poſſunt.
3 Papa priuilegium à ſe conceſſum ſolus interpretatur.
4 Papa gratias à ſe indultas declarare ſolet.
5 Reſcripta ſua interpretatur ſolus papa.

### REGVLA XCVI.

IN *ambiguis orationibus maximè ſententia ſpectanda eius eſt qui eas protuliſſet.*

¶ ET hæc regula exemplificari poteſt in principe ad quem recurritur pro interpretatione[a] legis, † quia eius A
eſt interpretari, cuius eſt condere.l.fi.C de legib.c.inter 1
alia.de ſent.excom.

¶ Et ideo pro interpretatione ſtatuti ad populum qui fecit ſtatutum recurritur:vt not.Bart.in l.omnes populi.ſ. de iuſt.& iur.in pen.char.in verſ.iij.quæro. Et dicit Bart. ibi hoc procedere in ſubſidium, quando alia interpretatio quæ congrua ſit, haberi non poteſt, aliàs ſecus: nam quando eſt dubium arduum & inexplicabile, ad principem recurritur: vt not.Abb.in c.j.in j.not.de iura.cal.& in c.cum veniſſent.de iudi.

de maiori ſumma,non videtur in minori conſentire:vt not.doctor.poſt Io.And.in c.de arbit.in vj.col.j.ver.ſed quid ſi actor in fi cum ſim.vt tradit Alex.in l j.in.§.ſi ſtipulanti.de verb.oblig.in l.qui quartam.de leg. j.& in l.inter pares.de re iud.& latè Alex.in conſ.lxiiij.viſa conſultatione lib.ij & Aret.in conſi.lxv.in præſenti conſultatione.

## In §. Nemo alienæ rei. Argumenta.

1 Satiſdatio quid ſit.
2 Defenſor etiam immobilia poſsidens, ſatiſdare tenetur.
3 Defenſor alterius quando admittatur ſine ſatiſdatione.

NEMO *alienæ rei expromiſſor idoneus videtur, niſi cum ſatiſdatione.*

ET iſta eſt regula antiquorum:vt not.glo.per illum tex.in §.ij.verſ. quia nemo.inſt.de ſatiſd.ad idem text.in l.qui proprio §.qui alium.ſ. de procura.facit text.in l.rectè defendi.ſ.de iud.in l.hæc autem.§.rectè defendi.ex quib.cauſis in poſſeſſ.eatur.l.item ait prætor.in fin.ſ.ex quib.cauſ.maio.j.eod.l.qui rem.

¶ Et iſta regula procedit etiam ſi ſit filius qui velit patrem defendere.l. filiusfamiliàs ſ.eodem.
1 ¶ † Et ſatiſdatio dicitur, quando quis facit aliquem ſecurum datis fide-
iuſſoribus.l.j.in fi.ſ.qui ſatiſd.cog.idem econtrà ſi pater filiam defendat.l.& ideo.§.ſi filiusfamiliàs,ſ.rerum amot.
¶ Secundo ampliatur etiam in procuratore qui haberet mandatum.l. ſi ad defendendum.ſ.iudic.ſol.& in l.j.C. de ſatiſdan.
2 ¶ Tertio ampliatur† etiam ſi defenſor poſsideret immobilia: quia ta-
men tenetur ſatiſdare,vt no.Bar.in l.ſciendum.§ tutores.ſ.qui ſatiſda. cog.Et etiam ſi locupletiſsimus ſit defenſor, ſatiſdare tenẽtur.l.minor. §.fi.cum duabus legibus ſequentibus.ſ.de procur.& hoc videtur procedere,quia lex ita procedit diſponendo: aliter ſecus videtur, per ea quæ tradunt Alex.& Mod.in l.j.ff.qui ſatiſd.cog.& in l.qui rem.j.eod.
3 ¶ Et regula iſta ſecundùm gl.limitatur,† niſi quis ſuſciperet defenſio-
nem alterius allegando cauſas abſentiæ:quia tunc admittitur ſine ſatiſdatione:vt gl.hic dicit:quæ eſt ſing.ſecundum Paul.de Caſt.in d.l.filiusfamiliàs.poſt gl.ibi:& Bart.etiam illam ſequitur in l.ſi verò.§.de viro. inſi

in fi.ſ.ſol.mat.& no.Bar.in l.pen.§.ad crimen.col.pe.de pub.iudic.cum
ſimil.vt tradit Alex.in l. filiusfamiliàs.in prin. Et hoc procedit in cau-
ſa criminali,vbi agitur de vtilitate publica.vt not.Bar.in l.vbi pactum.
col.pe.C.de tranſact.& in l.ſeruum quoque.in §.publicè.col.fi.de proc.
& ibi rationem efficacem adducit:quia cùm iudex debeat ſuſcipere de-
fenſionem pro innocentia abſentis.l.ſi non defendantur.ſ.de pœnis.&
in d.§.publicè.pariter videtur ꝙ quilibet alius defenſor pro innocen-
tia abſentis poſsit comparere & debeat admitti: vt not.Inno.in c.ve-
niens.de accu.& not.Ant.de Butr.in c. cùm parati.de app.

¶ Et ſecundùm iſtam concluſionem latè fuit conſultum per do.Ant.
Roſel.in conſ.inſerto inter conſilia Barth.Vero.in conſi.xlvj.quidam d.
Zacharias.cum conſiliis quampluribus ſucceſsiuè ibi ſequentibus.&
idem dicitur in conſi.lxiij.primum dubium.in prin.inter dicta conſilia
Bartho.Veron.& idem dicit Corn.pluries ſe conſuluiſſe in conſil.cciiij.
pro deciſione.in princ.lib.j.& ita reperitur in conſi.xvij.licet moris ſit.
lib.iij.& in conſi.cclxxiij.viſa inquiſitione.eo lib.iij. & hoc procedit in
cauſa criminali, & in ſatiſdatione,& iudicato ſoluendo, prout loquitur
gloſſ.hic & doct.in locis præalleg.ſecus in cauſa ciuili ſecundùm Paul.
de Caſt.in d.l.filiusfamiliàs.& ita finaliter Alex.ibi reſidet. Et de iſto
executore quomodo admittatur,not.Bar.in tract.ad reprim.in ver.ne-
glexerit.& in l.quæſitum.de iud.cum ſimil. vt tradit ibi Alex. Et alias
limitationes ad iſtam regulam tradunt Ang.Alex.& Mod.in d.l.filiuſ-
familias.& Mod.in l.exigendi.in prin.C.de procur.

## In §. Pupillus. Argumenta.

1 Pupillus quando per patientiam non obligetur.
2 Furioſus conſentire non poteſt.
3 Pupillus agere poteſt ratione iniuriæ ſibi illatæ.
4 Pupillus quantum ad primum decretum pati dicitur.

PVPILLVS *pati poſſe non intelligitur.*

¶ NAM in caſibus† in quibus patientia inducit conſenſum,& patien 1
tibus infertur præiudicium:vt in l.decreto.de aqua plu.arcen.cum ſi. al
leg.in gloſſ.in illis caſibus non obligatur pupillus, vt hic dicitur. adde
textum in l.qui ad certum.ſuprà locati.vbi ex patientia contractus lo-
cationis renouatur:quia ex patientia tacitus cõſenſus arguitur:† & hoc 2
non habet locum in furioſo qui conſentire,non poteſt, vt ibi dicitur:&
pariter nec in pupillo qui non poteſt conſentire: quia per patientiam
non videtur conſentire qui conſentire non poteſt: vt dicit text.in l.ſi ti-
bi.§.vnius.de opt.legat.& ideo pupillus præſens pro abſente habetur.l.
ſi pupillus.ex quib.cauſ.in poſſeſſ.ea.vnde cùm pupillus non poſsit con-
trahere ſocietatem expreſſè l.& in conditionibus.ff.pro ſocio.pariter
nec tacitè contracta videtur:vt not.Ange.in conſ.lx.morte dicti filij.in
prin.not.Bartolus in l.Titium & Mæuium.§.altero.de adminiſtr.tut.
col.ij.



col.ij.in l.ſi patruis.col.fin.C.commu. vtriuſque iud.de
quo dixi in conſ.xxj.Rom.conſ.ccccxiij.quo ad primum.
in vj.dub.And.Sicu.in conſi.xxxj.col ij.lib.j.

¶ Et regula intelligitur quãtum ad hoc vt pupillus non
3 obligetur:† ſed reſpectu iniuriæ quæ ſibi inferatur,pupil
lus pati dicitur, vt agere poſsit actione iniuriarum.l.il-
lud.ſ.de iniur.alleg.in gloſ.vbi dicitur,quòd pupillus di-
citur pati iniuriam,licet illam facere non poſsit. Et præ-
A dicta habent locum niſi pupillus[a] ſit proximus pubertati:
quia tunc obligatur ratione furti, & iniuriæ.l.pupillum.
j.eod. de quo ibi videbimus.

¶ Vltimo† etiam pupillus dicitur pati quantum ad pri
4 mum decretum quod contra ipſum interponitur ſi non
defendatur.in l.apud Iulianum.§.fi.ſ.ex quib.cau.in poſ.
eat.in l.ſi pupillus.de priuil.cred.de quo Roma. in conſi.
ccccliiij.in re præſenti.no.Bar.in l.j.§.ſufficit.ſ.de admi.
tuto.circa fin.

a Pupillus.adde eundem & quæ ibi poſui in apoſtill.in l. ferè in omnibus.ſ.eod.

## In §. Vbi verba. Argumenta.

1 Alternatiua ad ſui veritatẽ reqrit alterutrã partẽ eſſe veram.
2 Copulatiua vtrunque copulatorum requirit eſſe verum.
3 Verba ſi nec cõiuncta ſunt,nec diſiũcta, qualiter ſint accipiẽda.
4 Punctum loco copulæ habetur in oratione ſoluta.

VBI *verba coniuncta non ſunt, ſufficit alter-
utrum eſſe factum.*

¶ AD declarationem tres cõcluſiones firmari poſſunt.

¶ Prima,† quòd in alternatiua[b] ſufficit alteram partem
1 eſſe veram;vt in regul.in alternatiuis.de reg.iur.cum ſi.
B vt dixi in c.inter cæteras.de reſcript.in iij.not.

¶ Secunda concluſio,† quòd ad verificationem copulæ
requiritur concurſus copulatorum.l.ſi hæredi plures.de
2 cond.inſt.cum ſim.vt dixi in c.ij.col.iiij.de reſcrip.

¶ Tertia concluſio videtur ſecũdum regulam hic,† quòd
vbi verba non ſunt coniũcta nec diſiuncta,ex mente pro-
3 nuntiãtis vel diſiuncta vel coniuncta accipiuntur; vt di-
cit text.in l.alienationis verbum.§.fi.de verb.ſign.& ſi de
mente pronuntiãtis non apparet,ſufficit alterum fieri,vt
hic dicitur. Et ad hoc facit quia in obſcuris, quod mini-
mum eſt,inſpicitur.ſ.eod.l.ſemper.& not.per gloſſ. hic.

¶ Contrarium tenet glo.in l.alienationis.præalleg.§.ſi.
quæ dicit,ꝙ in dubio coniuncta præſumitur.per l.tripli
4 ci.§.videamus.de verb.ſig.vbi probatur,ꝙ† in oratione
C ſoluta punctus eſt loco copulæ,[c] not.per.gloſ.in l.pretia
rerum

b Alternatiua. Adde Fel.in c. inter cæteras. col.fi.hic alleg. qui ponit regulã cũ ſuis fall. Dy.& Doct.in reg.in alterna. hic alleg.& ibi eius addi.ſuper verb. ſatis. & ver.adimpleri.& circa nota.q. quã ponit do. Phi.in d.c.inter cæteras.ver. poſtrem.adde Iaſo.in l.ſi ſe non obtulit.§. ſi ex conuentione.in ij.col.in ver. tenendo tantum.ſ.de re iud. H.C.

c Copulę Dec. in rub. in prin. ſ. ſi cert. pet. lect.j.vbi dixi. C.M.

rerum.ad leg.Falci.cum ſi.vt tradit Alex.col.ij.in l.pla-
cet.in ſi.C.de ſac.ſan.ecc.Imo.in l.cum teſtamento.§.hæc
verba. in ſi ſ.de hær.inſt.in l.ſi ita quis.poſt Ang.eod.tit.
¶ Sed poteſt reſponderi ꝙ ibi in d.§.videamus. cõſtabat
de mente propter ſubiectam materiam.& aliter reſpon-
det Dy.in reg.in alternatiuis.in ſi.eod.tit.in vj.& no.Bar.
in l.ſtipulationes non diuiduntur.in vij.de verb.oblig.&
in l.re coniuncti.in iij.opp.de leg.iij.

## In §. Mulieribus. Argumenta.

1 Mulieribus quando ſubueniendum.
2 Deceptis ſubuenitur, non autem decipientibus. & nu.3.

MVLIERIBVS *tunc ſuccurrendũ eſt, cum
defraudantur: non† vt facilius calũnientur.* 1
¶ AD idem tex.in l.ij.§.verba itaq;.ad Velleia.alle.in
gl.ibi,† mulieribus deceptis,non decipientibus iura opi- 2
tulantur.Adde tex.in l.ſi ſine.in l.fœminis.C.ad Velleia.
in l.ſi decipiendi.ſ.ad.Velleia.facit tex.in l.ſi in alterius.
C.ſi mi.ſe ma.di.& in l.ſi probauẽris.C.ſi res alie.pig.da.
ſit.† Et generaliter dicitur ꝙ deceptis,& non decipienti- 3
bus iura ſubueniant.c.cum vniuerſorum.de rer.perm.in
c.inter dilectos.de don.not.Ang.in conſi.clx.domina Ca-
tharina.col.pe.& quod no.Fulg.in conſi.lxj.domina Ca-
tharina.col.ſi.Alex.in conſi.clxx.viſo proceſſu.col. pe.in
ver.plus dico.lib.iiij. Et facit quod no.Guli.de Cun.in l.
qui iuraſſe.in prin.ſ.de iureiu.limitando illum tex.cum
ſi.vt tradit ibi Alex.Et limita d.l.ſi in alterius.vt per Ro.
in conſ.xij.viſo facto.col.ſi.ver.reſpõdendũ eſt breuiter.

## In l. Pupillum. Argumenta.

1 Pupillus quando dicatur pubertati proximus.
2 Doli capaces qui præſumantur.
3 Pupillus pubertati proximus pro furto & iniuriis tenetur.
4 Pubertati proximus ex delicto & iuramento obligatur.
5 Pubertati proximus ne ad pias quidem cauſas teſtari poteſt.
6 Teſtari poteſt pubertati proximus, ſi ſtatuto inducatur.

### REGVLA CXI.

PVPILLVM *qui proximus ſit pubertati, ca
pacem eſſe & furandi & iniuriæ faciendæ.*

¶ VIDENDVM eſt de duobus. Primo quando dica-
tur pupillus proximus pubertati. Secundo, in quibus ca-
ſibus ex delicto teneatur.
¶ Circa primũ dicit gl.hic,† ꝙ maſcul⁹ à x.anno cũ dimi 1
dio



a dio ſuprà dicitur proximus [a] pubertati: in fœminis, in
b nono [b] cum dimidio: vt etiam not. per glo. inſtit. de in
uti.ſtipu.in §.pupillus. in verſic. proximus. & in l.j. ſ.de
noua.in glo.ſi.& Bar.ibi ſequitur, & ita communiter te-
netur,vt dicit Ange.Aret.in d.§.pupillus.idem glo.in §.
in ſumma.in verſi.proximus.& ibi Aret.inſtit. de oblig.
quæ ex delict. & Bald. idem tenet in l. ſi quis in tantam.
col.ij.C.vnde vi. Non omitto tamen quod Salic.in l. im-
punitas.C.de pœnis.declarãdo dicit verum eſſe quod di-
citur de proximo pubertati habito reſpectu ad infantiã:
quia minus diſtat à pubertate,quàm ab infantia.Sed per
hoc non infertur quòd ſit doli capax: & idèo ſecundum
eum,cùm non ſit hoc determinatum à iure, arbitrio iu-
dicis committitur.l.j.ff.de iur.delib.& idem Ant.de But.
in c.atteſtationes.de deſponſa. impube. Abb. refert in c.
2 continebatur.de deſponſa.impub.† Et doli capaces ſunt
qui ſunt prope pubertatem: vt dicit text. in l. apud Cel-
ſum.§.ſi quis non tutor.verſi.deniq; Iulianus. de except.
doli.Et cum hoc non ſit declaratum, arbitrio iudicis re-
linquitur: vt concludit Ioã.de Ana.in c.j.de delic.pue. &
ad hoc facit, quia etiam proximus infantiæ poteſt eſſe
doli capax,imo etiam infans: vt not. per glo. in d. c.j. de
delict. puero.& Abb.ibi,& in hoc tota vis conſiſtit: ideo
cum in hoc certa ætas firmari non poſsit, debet arbitrio
iudicis declarari.Et ad idem facit, quia text. hic cum ſi-
mil.loquuntur de proximis pubertati ſimpliciter: ergo
debent intelligi ſimpliciter,& non reſpectu infantiæ. &
ad hoc facit quod no.Bal.per illud text.in l.excipiuntur,
ſuprà ad Sillan.vbi inquit, quòd illa diſtinctio de proxi-
mo infantiæ vel pubertati, non habet locum in delictis
attrociter puniendis: quia tunc ille dicitur proximus pu-
bertati,qui parum diſtat à pubertate,per illum text. Sed
certè ratio Bal.videtur pariter in caſu noſtro procedere:
quia tex. etiam ſimpliciter loquitur de proximo puber-
tati,ibi: qui proximus ſit pubertati. & eodem modo alia
iura loquuntur: & cum iſta proximitas non ſit determi-
nata,conſonat quòd arbitrio iudicis intelligatur, per ſu-
pradicta.
3 ¶ Circa ſecundum regula hic ponitur, † quòd pupillus
proximus pubertati obligatur pro furto & ratione iniu-
riæ: & idem dicitur in l.impuberem. ſuprà de furt. & gl.
ibi dicit idem eſſe in quolibet delicto.facit tex.in l. non

a Proxim⁹. Iaſ. auth. ſacramẽta puberũ. C. ſi aduer.vendi. l. properandũ. §.& ſiquidem. C.de iudic.ſoci.l. j.§. adipiſcimur. de acq. poſſ. C.M.

b Nono. Sed quod ſolùm in ſemeſtri ante pubertatẽ, tenet Ioã.Igneus latè l.j §.impubes.nu.10. cum ſeq. ſ. ad Sillan.C.M.

excipiuntur.ſ.ad Sillan.& not.per glo.& Bar.in l.ſi quis in tantum.C.vnde vi.

¶ Et iſta diſtinctio etiam adhibetur in contractibus: vt probatur in §.pupillus.inſtit.de inuti.ſtipu.no.per gl.in l.j.ſ.de noua.declarando vt ibi per Bar.& Ange.Aret. in d.§.pupillus. Sic etiam proximè cingendus habetur pro cincto.l.penult.de teſta.mili. Sicut proximus ad pubertatem habetur pro pubere.

¶ Et per iſtum text.cum ſimil.in quibus dicitur † quòd 4
proximus pubertati obligatur ex delicto, pariter infertur quòd obligetur ex iuramento [a]: vt not. Bar.in auth. A
ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi. cum ſimi. vt tradit Alexan.in l. qui iuraſſet.in prin.de iureiuran. & latè Moder.in authen.ſacramenta puberum. & hoc communiter tenetur ſecundum Abb.in conſi.xxxix. duo ſunt. in lib. j. & idem Abb.in conſi.cviij.illud in effectu.libro ij. Fulgoſ.conſi.ccxxvij.

¶ Adde tamē quòd iſta æquiparatio de proximo pubertati ad pupillum non ſemper procedit: patet, quia licet pubes teſtari poſſit.l.qua ætate.de teſta. † tamen proxi- 5
mus pubertati non poteſt teſtari etiam ad pias [b] cauſas: B
vt no.Bar.in l.j.in ij.q.de ſacroſan.eccle. cum ſimi. vt latè tradit Andr.Sicul.in conſi.lviij.lib.j.Aret.in d.l.fin. in fi.C.de teſta.mili.Benedict.Capra conſi.lxxxv. cum viſo. & Philip.Fran.in rub.de teſta.in vj.in iij. q. Et aduertendum eſt: quia in pupillo proximo pubertati videt quòd
poſſit diſpenſari [c], vt no. Ange & Alexan.in l.fi. C. de te- C
ſta.mil.& ſecundum Bar.in l.ſi quæramus.ſ.de teſta. valet ſtatutum, † quòd proximus pubertati poſſit teſtari, 6
de quo Andr.Sicu.in conſi.xix.col.vj.lib.j.

¶ Vltimo not.quòd licet pupillus obligetur ex delicto, tamen pœna mitigari debet: vt dixi ſupra in regu.ferè in omnibus.ſupra eod.

a Iuramento. Non ſequitur, ſed potiꝰ ſequitur, quod puniendus eſt ſi temere iuret, & huic morbo aſſueſiat. nam & hoc planè delictū eſt. & diligēter curanda eſt diſciplina morū etiā in iunioribꝰ à rectoribus Reip. vt per Ariſt.Polit. libro.viij.male ergo inferunt Doct.de obligatione pœnæ ſeu coërcitione pro ætatis modo, ad ciuilē vel aliā obligationem, alioquin æquè colligi poſſet. qđ ſi obligari poteſt ex delicto ergo ex cōtractu, quod eſt falſum. C. M.

b Pias. Idē no. Iaſ. in l. reſcripta.C.de prec. imp.offe.co.fi.

c Diſpenſari. Adde Iaſo. in l. reſcripta. C. de prec. impe. offe. colū.fi. in verſic. concludendo puto, & cætera.

## In §. In hæredes. Argumenta.

1 Actiones pœnales quot modis extinguantur.
2 Cadauer ad furcas ſuſpendere non licet.
3 Hæres non tenetur ex delicto defuncti, niſi de eo quod ad ſe peruenit.
4 Pœna iure ipſo impoſita defuncto, tranſit ad hæredes.
5 Lite cum defuncto conteſtata, tranſit proceſſus ad hæredem.
6 Hæres quibus actionibus teneatur ratione hæreditatis.
7 Pœna quando in hæredem tranſeat lite non conteſtata.

In



IN *hæredes non ſolent actiones trāſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio: veluti furti, damni, iniuriæ, vi bonorum raptorum.*

¶ AD idem tex. in §.non autē omnes. inſti. de perpe.
1 & tēp.act.& in l.j.ſ.de priua.delic. & ad hoc facit, † quia per mortē, delictū & pœna extinguuntur.l. defuncto. de pū.iud.l.in ſenatus.§.ſi propter mortē.ſ.ad Turpil. & in l.fi.C. ſi reus vel accuſ.mor. fue. & ideo poſt mortē quis accuſari non poteſt: ſecundùm Dyn.in c.quorundā. cum
2 ſimi.ibi alleg.in gl. † vnde non eſt licitum cadauer mor-
A tui ad furcas ſuſpendere: vt dicit Ang.in l.ij. [a] in verſi.vlt. ſcias.C.qui teſta.fac.poſſ.poſt Pet.& Cyn.ibi.

¶ Et idem Ange in l.defuncto. dicit, ꝙ errant aſſeſſores qui in defunctos faciunt executionem pœnę capitalis, & ꝙ caueant, quia poſſent conueniri in ſyndicatu, tāquam inferentes iniuriam cadaueri.l.j.§.quoties.ſ.de iniur.

¶ Et idē Ang.in l.fi.C.ſi reus vel accu.mor. fue. in prin. & ſequitur Imo.in l.qui à latronibus.§.ſi quis.colū.v.de teſt.& idem tenet Bal.in l.j.col.j.C.ne ex delic. defunct. cum ſi.vt tradit Alexā.in d.l.ij.col.fi.C.qui teſta. fa. poſ. Ang.Aret.in tract.Maleſ.in ver.qui iudex videns.col. vj.

3 ¶ Et reg. iſta limitatꝛ † primo nō procedere in eo qđ ad hæredē ex delicto defuncti perueniſſet, quia pro eo tenetur hęres, & cōueniri poteſt.l.in hæredē.ſ.de calū. l. in hæredē.ſ.de dolo.cū ſi.alleg.ſ.in reg.ſicuti pœna.ſ.eod.

¶ Et ratio ibi naturalis allegatur: quia ſicut hæres non tenetur ad pœnam ex delicto defuncti: ita pariter ex tali delicto lucrari non debet.

¶ Et quia ſolùm conſideratur ꝙ hæres non lucretur, pro eo quod ad eum peruenit, datur actio in factum, & non actio quæ ſonet in delictū.l.j.§.fi.de vi,& vi ar. & in l.j.§.fi. ſ. vi bo. rap. vbi pro eo quod ad hæredē peruenit, non datur actio vi bonorum raptorū: quia putauit prætor ſufficere conditionē ad iſtum effectū ne hæres lucretur. Et ſufficit ad hæredem perueniſſe, quia tenetur: licet illud conſumpſerit.l.videamus.ſ.quod met.cauſ.

¶ Et tali caſu obligatur etiam hæres hæredis, dato quòd ad eum nihil peruenerit: vt eſt text. nota.in l. videamus. quem ad hoc Angel. dicit ſingu.& in d. l. j.in fine. ne ex delictis defunct.

4 ¶ Secūdo † reg.fallit, ſi pœna ipſo iure defuncto impoſita

a In l. ii. Vbi poſt Alex.vide latè Iaſo. in ii. nota. qui ponit etiam caſus in quibus cadauer poteſt puniri.& Hip. de Marſil. in l. fi, in vi. colū. in ver. item criminā. ſuprà, de quæſtionib.

 ſit:

ſit:quia tūc tranſit ad hæredē. vt no. Bar. in d. l. j. de priua.
delic. per l. Caius ſ. ad Sillan. & in l. cōmiſſa. de public. &
idem Ange. in d. l. j. C. ne ex delic. defun. col. j. verſi. addo
tibi alium caſum. alleg. etiam l. fi. ſ. de his qui mort. ſibi
conſci. & idem Bal. ibi alleg. c. j. de homic. in vj. ad idem
text. in l. iij. §. quod autem. & ibi Bar. ſ. quod quiſq; iur.
Et hoc limitatur: vt per Imo. in c. fi. col. viij. de dona.
¶ Tertio fallit, † ſi lis conteſtata ſit cū defuncto. d. l. j. C. 5
ne ex delic. & in §. pœnales. inſti. de perp. & tem. act. &
not. Bar. in d. l. j. de priua. delict. vbi rationem adducit. Et
hoc procedit in actionibus ciuilibus quæ dantur ex deli-
cto: † ſecus eſt in criminalib⁹ & publicis iudiciis. in qui- 6
bus hæres non tenetur niſi data fuerit ſententia. l. ex iu-
diciorum. ſ. de public. iud. no. Bar. in d. l. j. C. ne ex delic.
¶ Quarto regula intelligitur qn̄ pœna imponitur per 7
modum agendi: ſecus ſi per modū excipiendi: † quia tūc
pœna tranſit in hæredē etiam lite non conteſtata. l. iij. §.
quod autem. ſ. quod quiſq; iur. ſecundùm vnum intelle-
ctum. & no. Ang. in d. l. j. C. ne ex delict. defunct. col. ij.
¶ Quinto regu. procedit de iure ciuili. Secus eſt de iure A
canonico[a]. c. fi. de ſepul. vbi glo. & in c. in literis. de rap.
vbi gl. de quo latè ibi inſiſtit Io. de Ana. qui omnes alios
refert. & adde Domi. in conſi. iij. ſuper dubio præmiſſo.
¶ Et de ſucceſſore in benefic. no. Cardi. in conſi. cxxxiij.
pro diſcuſſione. in prin. & aliæ limitationes colliguntur
ex doctrina Barto. in d. l. j. de priua. delict. & Ange. qui
etiam plenè loquitur in d. l. j. C. ne ex delict. defun. & tra-
dit Ange. Aret. in d. §. nos omnes autem. inſtit. de perpe.
& temp. actio. & Ioan. Bertac. in tract. ſuo de gabel. in
iiij. lib. col penult. & fi.

a Canonico. Petr. de Ancha. c. peccatū. de regu. iur. in vj. cōſilio cccxj. col. i. Alex. cōſilio iiii. col. x. lib. ii. Bertac. tracta. gabella. part. ii. qō. xxi. Iaſ. l. ſi eum. §. qui iniuriarū. in fine. col. i. ſ. ſi quis cau. Tamē Panor. in d. ca. fin de ſepult. & in repe. c. eccleſia. colū. viii. de conſtitutio. ſequitur ius ciuile: dicens canonicū non differre, & bene dicit, ſed malè intelligit, accipiens ius ciuile vt hactenus omnes intellexerunt. Ego nouè dico, has leges ciuiles de nō trāſmiſsione actionis ex delicto de pœnalibus intelligēdas, nō autē de rei perſecutoriis, vt ſuo loco plenius dixi. Et idē quod Panormit, ſentit Carolus Rui. conſi. xx. li. iiii. C. M.

b Pars. Idem econtra quando qualitas adiecta conuenit toti: & quando

## REGVLA CXII.

NIHIL *intereſt, ipſo iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.*

¶ De iſta regula dictū fuit in regula, nō videt̃ cepiſſe.

## In l. In toto. Argumenta.

1 Pars cum toto dupliciter conſideratur.
2 Totum vniuerſale qualiter ſe habeat ad partē ſubiectiuam.
3 Plebs à populo differt, veluti ſpecies à genere.

## REGVLA CXIII.

IN *toto & pars*[b] *continetur.* B

EADEM



A ¶ EADEM regula [a] habetur in regula in toto. eod.
tit. in vj. cum ii. ibi in gloſſ. allegatis. & facit regula j. eo.
ſemper in generalibus ſpecialia inſunt.
¶ Et hoc propriè. l. ſi quis cum totum. in princi. vbi Soci.
Et hoc idem dicit Bald. de ſpecie contenta ſub genere. in
l. ij. C. de iure aur. annul.
1 ¶ Et ad declarationem reg. no. q̃ † pars & totum conſide
ratur dupliciter: vt not. Bar. in l. ſi mater. §. ſi inter. de ex-
cep. rei iudic. Quædam eſt pars integralis & totum inte-
grale. Quædam eſt pars ſubiectiua, alia quantitatiua. &
eodem modo totum vniuerſale, totum integrale & pars
integralis eſt, prout in domo quæ conſtat ex ſolo, parie-
te & tecto. l. eum qui ædes. ſ. de vſucap.
¶ Et eodem modo in vſufructu qui dicitur pars integra-
lis fundi: quia proprietas cum vſufructu facit plenum
dominium: vt no. per glo. in l. rectè dicimus. de ver. ſign.
2 ¶ Et per gloſ. & in l. iiij. ſ. de vſufruc. † Totum verò vni-
uerſale & pars ſubiectiua dicitur, prout eſt genus & ſpe-
cies quo caſu poſita ſpecie ponitur genus: ſicut ſi dicatur,
eſt homo, ergo eſt animal: non ſit in toto integrali, quia
ad poſitionē partis non ſequit̃ totū: vnde poſito pariete,
nō ſequit̃ domus: & poſito vſufructu. nō ſequit̃ ergo do-
miniū: vt no. per gl. in d. l. rectè diximus. no. Bar. in d. §. ſi
inter. & latius Bar. in l. re cōiuncti. col. iiij. ver. quarto du-
bitaui. de leg. iij. & in l. qui vſumfructum. de verb. obli.
¶ Et hoc modo declaratur tex. inſti. de iure natu. §. plebs.
3 vbi dicit, † quòd plebs differt à populo. tanquam ſpecies
à genere: nam poſita ſpecie ponitur genus, & tamen po-
ſita plebe non ponitur populus. nam ibi loquitur de to-
to integrali, quo caſu non valet argumentum: quia plebs
non eſt pars populi ſubiectiua, ſed integralis: vt dixi in
l. ij. §. j. ſ. ſi cer. peta.
¶ Et ad regulam hic illa in vtroque toto videtur habere
locum: quia in toto integrali, domus, paries, & ſolum con
tinetur: & in pleno dominio vſusfructus continetur: & in
toto vniuerſali generis ſpecies comprehenduntur. l. hoc
legatum. l. ſi chorus. de leg. iiij. l. ſi ita. ſ. de vſu & habit. &
in regula, ſemper in generalibus.
¶ Et regu. intelligitur q̃ continetur in effectu per viam
commoditatis, & nō formalitatis: vt dixi ſ. in reg. in eod.
& not Dy. in ead. regu. in toto. eo. tit. in vj. vide Ang. in d.
l. qui vſufructu. de verb. obli. vbi bene diſtinguit de toto.

non, poſſumus dicere q̃ magis de vna parte videat̃ intellectum, quàm de altera, vt incertitudo vitetur. tex. eſt cum gl. in l. vxori. in prin. ſ. de leg. iij H. C.

a Regula. Fallit poſita alternatiua inter totum integrale, vel quātitatiuū & ſuam partem. l. j. ſecundū lecturā ſecūdam. & ibi Bartho. Soci. ſ. de re. du. C. M.

REGVLA CXIIII.

*In obſcuris inſpici ſolet quod veriſimilius eſt, aut quod plerunque fieri ſolet.*

ISTA regula declaratur in l.ſ.eod.

## In l.Si quis obligatione. Argumenta.

1 Pecuniam accipere,& obligatione liberari, paria ſunt.
Simonia in remiſsione debiti poteſt committi, ſicut in datione.
2 Dare & remittere paria ſunt.
3 Remittens debitum non liquidum, facere potius quàm dare dicitur.
4 Remiſsio ob aliam cauſam non dicitur donatio.
5 Remittere loquendo propriè non eſt dare.
Dare quid ſit.
6 Remittens dare dicitur, ſi pecunia non fuit ſolutioni parata.
7. Inſinuatio requiritur, quando ex cauſa donationis quid remittitur.

REGVLA CXV.

*Si quis obligatione liberatus ſit, poteſt videri cepiſſe.*

¶ ET gloſſ. ponit exemplum in l. qui etiam.ſ.de calum. vel paria ſunt,† quòd quis pecuniam acceperit, vel obligatione liberatus ſit.& 1
adde quòd tex. in c. veniens.el j. de teſtib. vbi ſimonia committitur in remiſsione debiti ſicut in datione.& idem habetur viij. quæſt. iij. c. talia.† Et ſic paria [a] ſunt, dare vel remittere. 2
ad idem tex. in l. ſi fundum.§. Titio fundum. de lega. j. in A
l. ſi mulier.ſ. de condictio. ob cauſ. not. Bar. per illum tex. in l. peculium. la j. in prin. de pecul.

a Paria. Mathe. Afili. Dec. Neap. ccxxxij. C.M.

¶ Et per glo. in l. ſi interim. in ver. donationis. vbi Bald. C. de ſol. facit tex. in l. iij.§. ſi ſtipulanti. de dona. inter virum. in l. promittendo.§. j. in l. licet. in princi. de iure dot.

¶ Et concluſio.ſ. facta intelligitur quando ex tali remiſsione aliquid acquiritur illi cui fit remiſsio: prout iura ſuprà alleg. loquuntur: ſecus ſi nullum commodum parti acquiratur, vt quia exceptio declinatoria remittatur: vt not. Abb. in c. veniens.

¶ Secundo limitatur† quando remiſsio fit non debito liquido: ſecus ſi debitum non ſit liquidum, ſed dubioſum: quia tunc ille qui remittit di- 3
citur potius facere quàm dare: vt idem Abb. dicit in d.c. veniens.& glo. Bart. in l. actione.ſ. de tranſac. cum ſim. vt Alex. tradit in d.l. ſi mulier.

¶ Tertio limitatur, niſi remiſsio facta ſit de debito pœnali ex delicto: vt declarat Bal. in d.l. ſi mulier. in fi.

¶ Quarto† niſi facta ſit remiſsio ob aliam cauſam: quia tunc non vi- 4
detur donare qui remittit: vt not. Paul. de Caſt. in l. contra iuris.§. j.ſ. de pact. in verſi. item nota.

¶ Quinto & vltimo concluſio declaratur procedere largo modo impropriè.



5 propriè. Sed † propriè & verè [a] remittere non eſt dare. l.
A Iulia. de condi.& demon. vbi conditio [b] dandi x. hæredi,
B non dicitur impleta per acceptilationem, ſed quaſi extiterit conditio legatum debetur.& ad hoc facit, quia dare eſt accipientis facere.§ ſic itaque inſti. de acti.& hoc non verificatur in remiſsione.

¶ Et quandoque licet dare,& donare,& non remittere: vt per glo. in c. ſtatutum.§. notariũ. in ver. remiſsione. de reſcrip. in vj. quia facilius fit remiſsio, quam donatio: vt
6 no. Bar. in l. ſi duo. de ver. obli.† Et iſta limitatio procedit niſi pecunia parata fuiſſet ſolutioni: quia tũc ille qui remittit, dare intelligitur: quia pecunia fingitur ſibi data & reddita. l. ſingularia.ſ. ſi cer. pe.& ita dicit Pau. de Caſt. in d.l. Iulia. per tex. in l. ſi ſpõſalibus.§. j. in fi.ſ. de iure do.

¶ Socin. ibi dicit in d.l. Iulia. quòd illa loquitur in ſpecie debita, quia ancilla ibi erat debita in ſpecie: ſed nos loquimur in quantitate pecuniæ, quæ licet ſit parata ſolutioni, non erat debita quia erat debitum in genere.

a Verè. Idem Felyn. in c. veniens. el j. de teſti. j. col.& remittere litem non eſt dare, ita Bald. in l. j. C. de bonis mate. in j. colũ. ſequitur Iaſ. in l. ſi pro fundo. C. de tranſact. pe. col. remittere tamen rem vel actionem bene eſt dare: vt ibi per eos.& per Iaſ. in l. ſi mulier. hic alleg. Hieron. Chuc.

¶ Sed tamen idem videtur dicendum in quantitate: quia licet illa quantitas non eſſet debita, tamen ex quo erat parata ſolutioni, videtur producere eundem effectum, quia eius ſolutione debitor liberatus fuiſſet. Aliter tamen concludendum videtur: vt dicamus quòd quãtum ad factum, remittere non eſt dare.& iſto reſpectu conditio dandi, ex remiſsione pro impleta habetur: quia verè actus ſolutioni non interuenit.

b Cõditio. Adde Iaſon. in l. ſi fundũ ſub conditione.§. Titio. de leg. j.

¶ Sed quo ad effectum videtur ex quo nullum intereſſe conſiderari poteſt inter ſolutionem & remiſsionem debiti liquidi. iſto reſpectu remittere videtur dare.& ad hoc facit text. in d.l. ſi fundum.§. Titio fundum: vbi conditio dandi quæ debet impleri in forma ſpecifica, dicitur impleta per remiſsionem.

7 ¶ Ex ſupradictis infertur ſecundum gloſſ. hic,† quòd in remiſsione facta ex cauſa donationis requiratur inſinuatio [c]: & not. Bar. in l. Modeſtinus.ſ. de dona. cum ſimil. vt tradit Alex. in l. ſi mulier.j. de condi. ob cau.& in l. creditori. C. de pact. vbi dicit iſtam eſſe communem opin.& dicit Ange. in l. pacta quæ contra. C. de pact. quòd vidi ita iudicari Peruſij.& notat Bald. in conſi. ccj. præſuppoſito. lib. iij.& in cõſi. ccxxxj. primo quæritur. eo. li. iij.& Alex. in conſil. cxxxvij. in cauſa & lite. circa fin. lib. ij. And. Sicul. in conſil. xlj. charta fin. colum. j.& lib. j.& Anto. de

c Inſinuatio. Idem Io. Imo. in l. Aquilius. in ij. col. verſic. extra gloſ. ad. de.ſ. de donat.

Canario in tractatu inſinuationis.in quæſt.xlvj.& xlvij.
& Socin.in d l.creditori.

NON *poteſt videri accepiſſe, qui ſtipulatus poteſt exceptione ſubmoueri.*

¶ De iſta regula ſ.dictũ fuit in regula,nõ videtur cepiſſe.

REGVLA CXVI.

NIHIL *conſenſui tam contrarium eſt* (*qui & bonæfidei iudicia ſuſtinet*) *quàm vis atque metus:quem comprobare,contra bonos mores eſt.*

¶DE metu dictum fuit ſ.in regula,in omnibus cauſis pro facto accipitur.

## In §.Non capitur.Argumenta.

1 Ius publicum eſt,quod commune eſt.
2 Reſtitutio in integrum nõ datur,niſi duobus cõcurrentibus.
3 Libellus petitionis in integrũ reſtitutionis qualiter formãdus.
4 Minor quando citra aliam læſionis probationem reſtituatur.

NON *capitur qui ius publicum ſequitur.*

¶IVS publicum,†id eſt commune.& concordat tex.in l. 1
non videtur.C.de in integ.reſti.& l.verum.§.reſtituitur.
ſ.de min.quæ iura glo.hic adducit.& not.Bar.ibi in d.l.
verum.in §.ſciendum.† duo enim requiruntur vt conce- 2
datur reſtitutio in integrũ.l.nã & poſtea.in §.ſi minor.
ſ.de iureiuran.vbi dicitur,quòd non ſtatim quòd minor
ſit,datur reſtitutio.Sed opus eſt probare quòd læſus ſit,
& quòd ſit læſus eius facilitate.d.l.verum.§.ſciendum.
¶ Ex his† forma libelli colligitur in petẽdo reſtitutio- 3
nem in integrũ.& no.Bar.in l.fin.C.de in integ.reſt.in fi.
vbi inquit,quòd debet narrari quòd ſit minor & læſus,ſui
facilitate:& nõ ſufficit dicere,quòd ſit minor læſus,quia
libellus nõ concluderet:& idẽ Bart.in d.§.ſciendũ.nõ ta-
men requiritur quòd exprimat cauſam læſionis:vt not.
Bar.in l.minor autem.§.j.ſ.de min.¶ Et ſecundũ prædi-
cta cõſuluit Io.de Ana.cõſil.xlviij.circa præſentem cau-
ſam.& quod not.Abb.in cõſi.lxxvij.in quæſt.col.iij.li.ij.
†Nota tamẽ vnũ caſum in quo minor reſtituitur abſque 4
alia probatione erroris & læſionis.videlicet quando in
cauſa criminali cõfitetur maleficiũ,de quo non conſtat
aliter quam per cõfeſſionẽ:nã debet reſtitui,quia eo ipſo
apparet de læſione.ita dicit Ang.in l.certũ.§.in pupillo.
ſ.de confeſ.in ver.& ideo dicitur.alle.ad hoc Ioã.And.in
c.ij.de reſt.in integ.in vj.& dicit eſſe dictũ not.& quoti-
dianum.



A dianum.& refert Alexã.& ſequitur [a] in d.§.ſi minor.col.
pe.& idẽ Alex.in conſil.cxvj.in cauſa inquiſitionis.lib.iij.

a Sequitur.& etiam Iaſ.in l.error.in ij.col.verſ.quinto limita.C.de iuris & facti ignoran.

## In §.Non videntur.Argumenta.

1 Error maximè omnium conſenſui eſt contrarius.
2 Errantis nulla voluntas eſt,aut conſenſus.

NON *videntur conſentire qui errant.*

1 ¶NIHIL enim eſt †tam cõtrarium conſenſui,quam
B error.l.ſi per errorem [b].ſ.de iuriſd.om.iudi.& error non
habet conſenſum.l.ij.in princip.ſ.de iudi.quæ iura alle-
2 gata ſunt in gloſſ.& † nullus eſt errantis conſenſus.l.non
idcirco.C.de iur.& fact.ignor.& nulla errantis voluntas.
l.ſed hoc ita.de aqua plu.arcen.& proprium erroris eſt
approbare falſum pro vero.xxxviij.diſt.in c.quamuis.&
errare eſt aliud pro alio putare.xxij.q.ij.in c.in quibus.
Et iſta regula nõ videtur habere aliquam limitationem,
quia vere non conſentit,qui errat.

b Si per errorem. Vbi vide Iaſ.in ij.colũ.ver.nota regulam.& Alex.in princi.& Iaſ.in §.item ſi quis.inſtit.de actio.col.xij.

## In l.Prætor bonorum.Argumenta.

1 Poſſeſſores bonorum in omnibus habentur loco hæredum.
2 Libellus in hærede,locũ habere poteſt in bonorũ poſſeſſore.
3 Libellus quare latam recipiat interpretationem.
4 Statuta ſtrictè ſunt interpretanda.

REGVLA CXVII.

PRAETOR *bonorum poſſeſſorem hæredis loco in omni cauſa habet.*

¶PRO iſta regula facit tex.in l.ij.ſ.de bono.poſſeſ.
†vbi dicitur,quòd in omnibus vice hæredum bono.poſſ.
1 habentur.& ideo conditio illa.ſi hæres erit,verificatur
in bono.poſſeſ.l.in conditionibus.§.patronus.de condi.
& demon.Et mandatum factum alicui vt adeat hæredi-
tatem,verificatur in bono.poſ.l.ſi quis mihi bona.§.ſed
ſi mãdauit.de acqui.hæred.Et ſuccedentes de iure præto-
rio largo modo dicuntur hæredes:vt not.Bar.per illum
tex.in l.j.C.vnde liberi.†vbi propter hoc infert ad libel-
2 lum qui in hærede loquitur.quòd in bono.poſſeſ.ſaluari
poteſt.Et iſta cõcluſio in libello de plano procedit:†qa
3 libellus latè interpretari debet vt ſaluetur:vt not.Bar.in
l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.ſ.de iureiurand.
cũ ſimi.Sed†in ſtatuto quod ſtrictè debet intelligi,eſſet
4 maior dubitatio.Bart.tamen idẽ concludit in ſtatuto.in
l.j.§.bonorum.per illũ text.ſ.ad Trebel.de quo ibi Ale-
xan.& latè Socin.ſcribit in l.j.ſ.de vulga.col.iij.vbi con-
C cludit poſt Aret.hoc non habere locum materia odioſa [c].

c Odioſa.Imo vt per Alciat.l.hæreditatis appellatione.ſ.titu.i.adde Iaſ.l.i.§.bonorum.ſ.ad Trebel.C.M.

 In l.

## In l.Creditor.Argumenta.

1 Creditor ius pignoris remittit,qui eiuſdem alienationi conſentit.
2 Conſenſus tunc non præiudicat,ſi actus non valeat.
3 Debitum non cenſetur remiſſum,iure pignoris remiſſo.
4 Priuilegio renunciare quando quis præſumatur.
5 Vxor poteſt marito pignus remittere.

### REGVLA CXVIII.

CREDITOR *qui permittit rem venire,pignus dimittit.*

¶ ET reg.iſta intelligitur quòd cõſentiat,†quia creditor conſentiendo alienationi pignoris,videtur ius pi-
gnoris[a] remittere.l.iiij.§.ſi in venditione.l.ſicut.§.ſi vo- A
luntate.ſ.quib.mod.pig.vel hypo.l.fin.C.de remiſ.pig.ſi
autem eſſet præſens,& non contradiceret,non videretur
pignus remittere.d.l.ſicut.§ non videtur.niſi in quibuſdam caſibus:vt not.Barto.ibi in d.l.fi.C de remiſ.pigno.
Alex.in l.quæ dotis circa fin.in princi.ſ.ſol.matri.

¶ Secundo regula intelligitur ſecũdum gloſ.hic,niſi creditor cõſentiret cum releuatione iuris ſui.d.l.iiij.§.ſi in venditione.& not.Rom.in conſi.xciiij.§.viſis his.col.iij.

¶ Tertio intelligitur† quando venditio vel alienatio cui 2
creditor conſentit,valet:ſecus ſi non valet:quia conſenſus non præiudicat.d.l.iiij.§.fi.quib.mod.pig.& in d.l.debitum.C.de remiſ.pig.facit.l.fi.ſ.in quib.cauſ.pig.

¶ Et ad hoc facit,quòd remiſsio facta à parte in cõpromiſſo,intelligitur ſi compromiſſum habet effectum,ita quòd laudum ſequutum ſit:vt no.Bal in l.ſi diuerſa.C.de tranſactio.col.ij verſi.ex prædictis apparet.cum ſimi.vt tradit Alex.in conſi.xxij.viſo inſtrumento.in princ.lib.j.

¶ Quarto regula declaratur,†quòd quãuis ius pignoris 3
remittatur,debitũ tamẽ non videtur remiſſum:quia etiã
ſi pignus[b] reddatur debitori,non videtur debitũ remitti. B
l.poſtquàm.ſ.de pac.& in no.caſu tradit Cuma.cõſi.xix.
quidam nobilis.& ratio videtur:quia debitor conſequitur vtilitatem ex poſſeſsione pignoris:vt not.per glo.in d.l.poſtquàm.& in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.el ij.vt lit.
pend.& facit,quia†ille qui facit actum cõtrarium priui- 4
legio,nunquam videtur velle priuilegio renuntiare vbi poteſt eſſe alia cõiectura:vt not.Ant.de But.in c.accedẽtibus.de priuileg.col.ij.verſi.& per prædicta.Alex.conſi.xxxiij.ponderatis.lib.v.dixi in c.cũ acceſsiſſent.de cõſti.

Et

a Pignoris.Idẽ Iaſ.in l.ſi fundum per.ſi dei commiſ.col.ix.verſi.ſimiliter.de leg.primo.

b Pignus.Secus tamẽ ſi reddat inſtrumentum debiti. vt per Iaſon.in l.ſeruum filii.ſ.eum qui.de lega i.in 3.colũ.quod qualiter intelligatur,vide nota.diſtin.Abb.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in ii.co.verſi.reaſſumẽdo nunc,&c.



5 ¶ Et iſta ratione†vxor marito pignus remittere poteſt:
quia non eſt donatio.l.ſi pignus.de his quæ in fraud.credi.l.etiam.C.ad Velle.l. Lucius.ſ.quib.mod.pig vel hypo.& no.Bar.in l.j.§.j.eo.tit.quib.mod.pig.

## In l.Non vt ex pluribus.Argumenta.

1 Debitum eſſe poteſt quid ex pluribus cauſis.
2 Contraria eidem ſubiecto ſimul ineſſe nequeunt.
3 Meum eſſe nil poteſt ex pluribus cauſis.
4 Dominium ex vna cauſa quæſitum non poteſt ex alia quæri.

### REGVLA CXIX.

NON *vt ex pluribus cauſis deberi nobis idẽ põt ita ex pluribus cauſis idem poſsit noſtrũ eſſe.*

1 ¶ DVO ſunt dicta. † Primum eſt, quòd eadem res ex pluribus cauſis deberi poteſt : ſed eadem res ex pluribus cauſis noſtra eſſe non poteſt . Et de vtroque dicto eſt tex.
in l.iij.§.ex pluribus.de acq.poſſ.

¶ Et primum dictum limitatur dupliciter,ſecundũ Pau.
de Caſtr.in d.§.ex pluribus . poſt Bart. ibi primo quando
2 cauſæ ex quibus res debetur,eſſent contrariæ: † quia contraria ſtare non poſſunt in eodem ſubiecto.l.ij.§.fin.ſ.
pro emp.in l.ſi ancillam.ſ.pro ſuo.

¶ Secundo limitatur ſi eſſet cauſa inualida : quia ex illa
deberi non poteſt.l.cum res.C de contrahen.empt.& eſt
regula communis , quòd non videtur in conſideratione,
A quod nullum eſt.l.iiij.[a] §.condemnatum.de re iudi.in
l.non putabat.§.non quæuis.de contra tab.

3 ¶ Secũdum dictum limitatur†in pluribus cauſis[b] diuer-
B ſo tempore concurrentibus : ſecus ſi eodem tempore cõcurrant:vt not.Bart.in d.§.ex pluribus.in iiij.oppoſi.per iura alleg.ibi in gl.in l. cum quis peculio.ſ.de ſolu.in.l.
ſi creditori.§.Marcellus.de leg.j.not.in.l.in numerationibus.ſ.de ſolu.

4 ¶ † Et ratio videtur manifeſta:quia ſi dominium acquiſitum fuit ex vna cauſa , vlterius ex alia cauſa acquiri non poteſt:quia quod meum eſt, vlterius meum effici nõ poteſt.§.ſic itaque.inſtitu.de actionib.§.ſi cui fundus. verſ.
ſed ſi rem legatarij.inſtit.de leg.& no.in l.ſi rem meam.
de verb.obl . & ratio iſta ceſſare videtur , quando eodem tempore plures cauſæ acquiſitionis concurrunt.

¶ Secundo regula in ſecundo dicto limitatur quãdo res facta ſit noſtra pleno iure:aliàs ſecus videtur:vt dixi.ſ.in regula,neque pignus.

REG

a L.iiij.vbi plura exempla per Doct. p̃maximè Iaſ.in l.mora.

b Cauſis.Vide Socin.in tract.fallen .in regu.c. Iaſo.in §.ſic itaque.hic alle.vbi late poſt alios.& quæ poſui in regula neque pignus.hic allegata.

REGVLA CXX.

ALIVD *eſt vendere, aliud eſt vendenti conſentire.*

¶Et ideo † qui prohibetur manumittere,nõ prohibet̃ manumittenti 1
ti conſentire l.ij.l.ſi pater.in fi.ſ̃.de manu.vindi. Et vendẽti.nõ autẽ cõ-
ſentienti datur remedium.l.ij.C.de reſcin.ven.vt not.Bald in q.xx.

¶ † Et prohibitus alienare,non prohibetur alienãti cõſentire:vt not.per 2
gl.& Bar.in l.cũ pater.§.libertis.de leg.ij.vide quæ dixi in c.ij.col.vij.
verſ.vigeſim ono caſus.in fi.de iudi.& not.Bal.in rubr.C.de pact.in fin.
vbi inquit,ꝙ aliud eſt cõtrahere,aliud eſt contrahenti cõſentire.vnde
mulier quæ prohibetur cõtrahere,nõ prohibetur cõtrahenti cõſentire.

¶ Limita † niſi eſſet eadem ratio[a]: quia tũc ille qui alie- 3
nare vel vendere prohibetur,prohibetur etiam conſenti- A
re:vt not.Bald.& Salic.in l.ij.C.ſi aduer.donat.vbi loqui-
tur in ſtatuto prohibente minorem alienare: nam etiam
alteri alienanti, non poterit conſentire: quia de facili
fraus poſſet fieri.& ita ibi tenet cõtra Iac.But.& no.And.
Sicul.in conſi.xlj.col.vij.lib.iij.& idem And.Sicul.in c.ſi
quis presbyterorum.per illum text.iuncto c.præcedenti.
de rebus eccleſ.& in c.peruenit.circa fin.de empt.& vend.

a Ratio.Deci. in rub.in fi.C. de pac.Rep.c. ij.col.v.de iud. An. Tiraquel. Rep.l. ſi vnq̃. in verſi. donatione largitus. q.xxj.C. de reuoc.don.C.M.

¶ Et facit alia regula quæ ĩ.habetur,in l.cũ quis.in princ.
ĩ.eod.vbi dicitur, quòd qui poteſt alienare, poteſt etiam
alienanti conſentire. Et in ead.l.§.cum autem.dicitur,quòd qui donare
non poteſt, pariter nec donanti conſentire poteſt.& facit.† quia ſicut 4
minor non poteſt alienare rem immobilem ſine decreto, pariter alte-
ri non poteſt conſentire: vt no.Bald.in l.illud.aliàs in l.ſi prædium.C.
quando decret.opus non eſt.

¶ Et concludendum eſt, quòd ille qui non poteſt contrahere, non po-
teſt etiam alteri facienti conſentire, quando eſt eadem ratio.aliàs ſe-
cus: vt no.Bal.in l.fin.col.ij.in verſi.collige ergo.C.de pact.& vide glo.
in regu.cum quis poſsit.ĩ.eod.& quæ ibi dicit reſoluuntur in eo quod
dictum eſt,an ſit eadem ratio.

## In §. Refertur. Argumenta.

1 Actus à parte maiori factus, ad omnes referendus.
2 Conſenſus omnium quando explicitè requiratur.
3 Conſenſus omnium in conſuetudine non eſt.
4 Concorditer aduerbium quid ſignificat.

REFERTVR *ad vniuerſos quod publicè fit per maiorẽ partẽ.*

¶ EADEM regula habetur in l.quod maior.ff.ad municip.ibi: † pro 1
eo habetur,ac ſi omnes egerint.& ſic hoc procedit per fictionem: vt no-
tat Abb.in capit.cum olim.in fine. de re iudic.& alibi etiam habetur
quòd maior pars reputatur pro toto:vt not. Bart.in l.cum de lanionis.
§.Sabinus.per illum tex.de fundo inſtr.in l.propter litem.vbi Bal.ff.de
excu-



excuſ.tut.in c.j.§.illum.de reſtit.ſpol.in vj.

¶ Et ratio iſtius regulæ videtur ſecundùm glo.hic, quia
negotia vniuerſitatis non poſſent de facili expediri ſi o-
mnes deberent conſentire:vnde quãuis dicatur in aliquo
actu de conſenſu omniũ:idem tamen eſſe videtur de con
ſenſu maioris partis,vt not.Bart.in l.quicunque. in fi. per
illum tex.cum gl.C.de omni agr.deſer.lib.xj.& no.Bald.
in l.reſcriptum.in prin.per illum tex.ſ̃.de pac. Iſta enim
videtur interpretatio paſsiua, quæ etiam haberet locum
in materia odioſa,vt not.in l.j.§.lex.Falcidia.ff.ad l.Fal.

¶ Et hoc intelligitur niſi conſtaret de mente diſponentis,
2 † quòd præciſè conſenſus omnium requireretur. & ita
videtur procedere glo.not.quæ habetur in c. vbi pericu-
lum.§.idem quoque.in verſ.ſingulis.de elect.in vj.& no.
Bald.in c.non poteſt.de re iud.in princ.vbi inquit,ꝙ ma-
ior pars attẽditur,niſi expreſſè ſtatutum ſit, quòd omnes
debeant conſentire: & illi de vniuerſitate ſtatuere poſ-
A ſunt[a], quòd in aliquo actu omnium cõſenſus præcisè re-
quiratur:vt not.Abb.in c.conſtitutus.col.pen.in verſic.ex
3 quo notabis.de appel. † Secus tamen eſſet in conſuetudi-
ne quæ non valeret, ꝙ omnes præcisè deberent conſen-
tire:quia vtilitas eccleſiæ ſæpenumero impediretur cùm
homines facilè diſſentiant.ita ſing.Abb.dicit in c.j.in no.
antep.de his quæ fiunt à maio.par.cap.

a Poſſunt.Cõtrariũ tenet Panor.in diſpu.ſuper concil.Baſilienſi,inci.quoniam veritas. Alcia.l.collegarum. de verb.ſig.C.M.

¶ Sed aduertendum eſt,quia ratio Abb.ita videtur habe-
re locum in ſtatuto ſicut in conſuetudine:& tamen in ſta
tuto communiter doct.tenent valere ſtatutum,vt ſ̃.dixi.
Et ideo quantum ad hoc non videtur differentia inter ſta
tutum & conſuetudinem.arg.l.de quibus.ſ̃.de legi.

¶ Sed probabiliter diſtingui poteſt, quòd in aliquo vel
in aliquibus caſibus particularibus valeret ſtatutum &
conſuetudo: ſed generaliter derogando huic regulæ non
valeret ſtatutum & conſuetudo, per rationem glo.hic.&
Abb.in d.c.j.& dixi in c.cùm omnes.de conſtit.in ij.lect.
† Et licet ſtatutum à maiori parte videatur factum ab o-
4 mnibus:non tamen dicitur factum concorditer quia ver
B bum concorditer[b] importat nemine diſcrepante:vt Abb.
concludit contra Card.in c.non poteſt.de re iud.col.pen.
verſi. ſed dubitari poteſt. vbi plura iura inducit. & idem
tenet Card. in clem.ne Romani. in verſi. eo ipſo. in viij.
q.de elect.per illum text.in ver.ſi hoc cætui concorditer
expedire videbitur. & ita declarat ibi tex. de elect.d um
ibi

b Cõcorditer. Alex. conſilio cxxiiii.nu.2.lib.ii.vbi dixi. C.M.

ibi dicitur, de electione facta in cõcordia.& ad idem eſt gl.in c.cupientes.in §.ad hæc.in verſ.concordent.de elect.in vj.& ibi Dominic.col.ij. cum ſimil.vt tradit Alex.in l.iuriſgentium.§.hodie tamen.ſ.de pact.

¶ Et hoc intelligitur habita relatione ad ſingulos.Secus videtur ſi verbum concorditer ad collegium ſeu vniuerſitatem referatur: vt not. Bal.diſtinguit in d.c.non poteſt.de re iudic.& etiam propter ſubiectam [a] materiam verbum in plena concordia A verificatur in maiori parte: vt no.Abb.in d.c.cùm olim. in fin.de re iudi.& de his plenius Felin.ſcribit in d.c.non poteſt.col.pẽnult.

a Subiectam. Bal.c.fin.in fin. de præſumpt. Ant.Butr. cap. ad aures.quod met.cau.C.M.

¶ Et pro pleniori declaratione huius regulæ recurrendũ eſt ad ea quæ ſcripſi in c.cùm omnes.de conſtit.& Mod. tradunt in d.l.iuriſgentium.§.hodie.ſ.de pact.

## In §. Abſurdum eſt. Argumenta.

1 Ius autoris ſi reſolutum ſit, reſoluitur ius acceptoris.

ABSVRDVM *eſt plus iuris habere eum cui legatus ſit fundus, quàm hæredem, aut ipſum teſtatorem ſi viueret.*

¶ AD idem text.j.eod.in l.in omnibus.§.non debeo melioris conditionis eſſe, quam autor meus à quo ius in me tranſit. † Et ideo dicitur 1 ꝙ reſoluto iure autoris, etiam ius habentis cauſa ab eo reſoluitur.l. lex vectigali fundo.ſ.de pig.in c.j.§.rurſus.quib.mod.feud.amit.facit tex.in l.ij.C.ſi pig.pig.in l.debitor.in fi.ſ.de pig.act.& no.Alex.in cõſ. xj.ponderatis his.de quibus.col.vij.verſic.nec potuit.lib.iij.

¶ Et in conſ.xxxviij.conſideratis his.col.ij.verſicu. alia ratione.lib.ij.& Imo.in conſi.viij.in caſu præmiſſo.col.fin.Bal.in conſ.cccxxiij.Maſsiolus.lib.iij.aliàs eſt lib.j.ccclxxj.idem Socin.in conſil.lxxxv.viſo compromiſſo.col.fin.in prin.Quod limitatur, vt per Bal.in c.j.in ix.notab. de alien.feud.vbi limitat hoc duobus modis.& vide Alexand.in conſil. clxxij.aliàs clxxiij.viſo themate.col.ij.lib.ij.

## In l. In iure ciuili. Argumenta.

1 Conditio quando pro impleta haberi debeat.
2 Conditio in vltimis voluntatibus & in contractibus quando pro impleta habeatur, & nu.6.
3 Conditio verè impleri debet, ſi teſtator hoc voluit.
4 Citatio requiſita in aliquo actu, quando conſideranda.
5 Conditio an habeatur pro impleta, ab eo, cuius intereſt, impedita. & nu.7.

REGVLA CXXI.

IN *iure ciuili receptum eſt quoties per eũ, cuius intereſt cõditionẽ † impleri, non fiet quominus impleatur, perinde haberi* 1 *ac ſi ĩpleta cõditio fuiſſet: quod ad libertates et legata, et ad hæredũ inſtitutiões perducitur: quibus exẽplis ſtipulationes quoq; cõmittũtur: cum per cõpromiſſorem factũ eſſet quo minus ſtipulator cõditioni pareret.*



¶ EADEM regula habetur in reg.cum ſtat per eum. 2 eod.tit.in vj. Et not.† ꝙ reg.habet locum in vltimis voluntatibus & in contractibus, vt hic.& idem eſt in diſpoſitione ſtatuti: nam ex forma ſtatuti debetur ſalarium poſt lãtam ſententiam ſi non ſtat per iudicem: & ita ſi proteſtetur, ſalariũ debetur: vt Rom.concludit in conſi.lxxxv. euidenter oſtenditur, & idem Ro.in conſ.ccccxxxiij.in eo in quo quæritur.col.fi.verſ.quo ad tertiũ. Et ad regulam A hic concordat tex.in l.in iure.ciuili. [a] de cond.& demon. in l.Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecam.in fi.de contrah. emp.in l.ſed ades.§.fi.in l.qui operas,ſ.loc.& in l.j.§.diuus.ſ.de extraord.cog.in l.j.C de his quæ ſub mod.& in l.j.C.de inſt.& ſubſti.in l.executione.in fi.de verb.oblig.

¶ Et iſta ratione ſi partes concordant, aduocato ſalarium debetur: vt no.per gl.in c.ſtatutum.§.aſſeſſorem.in verſ. communiter de reſcript.in vj.& idem Spec.in tit.de ſala. §.j.dixi in conſi.lxx.

a In l.in iure ciuili.vbi latè per Imo.& Socin. & in l.in teſta. la ii. eod.tit.& per Doct.vbi Iaſ.in ii.col.C. de inſt.& ſubſti.& in l.in executione.§.fin. hic.alleg. per Alexã.in conſi. cii.col.i.in i.volu.Dec.conſil. dcxxix.in fi.

3 ¶ Et reg.iſta limitatur, † niſi teſtator voluiſſet verè cõditionem impleri: quia tunc non ſufficit ꝙ pro impleta habeatur: vt no.Bal.in l.ſi pater.in iij.q.in fi.C.de inſt.& ſubſt.& idẽ Bar. in l.vter ex fratribus.de cond.inſt.in fi.& ad hoc facit tex.in l.in conditionibus.§.j.de cond.& demon.vbi conditio regulatur à voluntate teſtatoris: & pariter idem eſſet dicendũ in contrahentibus, ſi ita cõueniret quia hic vltima voluntas & contractus à pari procedunt, per iſtum tex.

¶ Secundo regula procedit quãdo impeditur ab eo cuius intereſt.& hoc intelligitur principaliter: ſecus ſi in conſequentiam, ſecundum gloſſ.& hic: ſequuntur Imo.& Mod.in d.l.iure ciuili.de cond.& demonſt.& ad 4 hoc bene facit gl.in d.l.de vnoquoque.in prin.de re iud.vbi † citatio quę debet in aliquo actu fieri, ſolum conſideratur in eo de cuius intereſſe principaliter agitur.& not.Bart in l.in diẽ.de aqua plu.arc.cum ſimili. vt tradit Alex.in d.l.de vnoquoque.in princ.circa fi.

¶ In quo tamẽ aduertendũ eſt, quia quantũ ad validitatẽ actus, ſatis eſt, ꝙ ille citatus ſit cuius principaliter intereſt. Sed quantũ ad hoc ꝙ præiudiciũ inferatur illi qui in conſequentiã habet intereſſe, videtur citatio neceſſaria ſaltẽ per ꝓclama.vt no.Bar.in l.ſi eo tẽpore.C.de remiſſ. pig.cũ ſi.vt per Alex.in d.l.de vnoquoq;.& ideo in caſu noſtro videtur quod ſicut cõditio pro impleta habetur quod ad illũ de cuius intereſſe principaliter agitur quando ipſe impediuit conditionem: eadẽ ratione vide

videtur, ꝙ conditio habeatur pro impleta quando ille impediuit de cuius intereſſe agitur in conſequentiam, quātum ad illud intereſſe quod in conſequentia conſiderari poteſt, quia eadem ratio omnino videtur.

¶ Tertio regula intelligitur, † quādo impeditur directo ab eo cui⁹ principaliter intereſt: ſec⁹ ſi per interdictū: vt qui à hæres impediuit lucrari ſeruū qui dādo decē erat factus liber. l. iij. §. ſi quis ſeruū. ſ. de ſtatu libe. 5

¶ Quarto † limitatur, niſi natura cōditionis ſit talis ꝙ impediri poſsit. exēplū ſecundū gl. hic, Promitto tibi decē, ſi me viceris. Si ergo reſiſtā, & facto meo cōditio impediatur, non habetur pro impleta. & idem tenet glo. in l. in executione. §. fi. in fi. de ver. obl. & hoc intelligitur quando ludendo quis impeditur. Secus ſi quis recuſaret ludere: quia nunc videtur ſtare per illum, & conditio habetur pro impleta. gl. in l. ſi gratuitam. §. fi. de præſcript. verb. in ver. victori. no. Bar. & Doct. in l. executione. §. fi. de ver. obl. & facit quod no. Paul. de Ca. poſt Guli. de Cu. in l. illud. §. ſi cuius. de trib. vbi concludit, ꝙ ſi ego & tu egimus, ꝙ qui minus currit ſoluat decem. Si tu nō vis currere, teneris ad decem, quia ſtat per te. & ad prædicta vide quæ no. Bal. in l. j. in x. q. C. de inſt. & ſubſt. 6

¶ † Quinto declaratur, quòd conditio pro impleta habetur quantū ad hoc vt diſpoſitio reddatur pura: non autem quòd non teneatur ſoluere quod ſemel obtulit, quia tenetur ſoluere: aliàs per vim exceptionis repellitur: vt not. Paul. de Caſtr. in d. l. iure ciuili. de condit. & demonſtr. per text. in l. cui fundus. de condi. & demonſt. vbi etiam Paul. de Caſtr. in fin. poſt Bart. & alios ibi. 7

¶ Et hoc intelligitur, niſi diſpoſitio perfectam habuiſſet executionem. quia tunc non cadit quòd res per viam exceptionis retineri poſsit. l. ſi. C. de condi. inſer. vbi Bart. & latius inſiſtunt Moder. in d. l. iure ciuili. de condi. & demonſt.

¶ Sexto limita, vt per Alexand. in l. centeſimis. §. ſi ita ſtipulatus. vbi Iaſ. in iij. not. de verb. oblig.

## In l. Quæ propter. Argumenta.

1 Neceſsitas ipſa legi non ſubiecta, legem facere dicitur.
2 Neceſsitas licitum facit quod aliàs eſſet illicitum, & nu. 3.
4 Mulieri non permittenda fornicatio aut adulterium neceſſitatis prætextu.
5 Mulier bannita occidi licitè poteſt, adulterio autem violari non debet.

### REGVLA CXXII.

**Q**VAE *propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi.*

¶ SCRIPTVM eſt, † ꝙ neceſsitas non habet legem:[a] ſed ipſa legem facit. q. j. in c. remiſsionē. de cōſe. diſt. j. in c. ſicut. in c. quanto. & de conſuet. in c. ij. de obſer. ieiun. in c. ſi 1 A

a Legē. Vide aliqua per Iaſ. poſt Alexan. & Doct. in l. ſi ex toto. de leg. i. in ii. col. ver. vltimo inducitur iſta lex, &c. & finaliter vide gl. & ibi Alex. qui eā cōmendat in i. col. in cap. quoniam, xlviii. diſt. quę



ſingulariter dicit, ꝙ illud quod non eſt licitum, neceſsitas facit licitū: intelligitur quādo reperitur autoritas aliqua approbās ex neceſsitate illud poſſe fieri ſaltem approbatione generali, licet non ſpecialiter: aliàs non eſt veniendū contra l. propria autoritate. de quo vide vltra alleg. hic, Feli. in c. querelā. de iureiur. col. pen. ver. in gl. in ver. neceſsitate. & eūdē in c. cū in eccleſia. de ſimo. Ro. cōſi. ccxix. inci. ex themate. & in cōſi. cxviij. & per Hip. de Marſi. in l. j. §. præterea. col. xix. vſq; in fi. §. & Alb. in Dictio. in verſ. neceſsitas. & Iaſ. in l. Marcellus. §. res quæ. ij. colū. ad Treb. & Girar. de Petra ſan. in ſing. c. quod eſt finale in ordine. vbi multa congerit per duas col. H. C.

c. ſi quis ꝓpter neceſsitatē. de furt. in l. qui potuerūt. ſ. de manu. teſta. cum ſi. vt latè Ro. tradit in l. ſi verò. §. de viro. in liiij. fallen. ſol. mat. vbi xxxviij. mediis hoc probat. Et Alb. in l. j. in fi. de offi. cōſu. & in l. ij. in prin. C. de pa. qui fil. diſtrax. Et Lucas de Penna in l. curiales. de decur. lib. x. & no. gl. per illū tex. in l. j. ſ. de of. conſu. in auth. vt
2 hi qui obli. §. pe. in ver. neceſsitatis. † Et quod non eſt licitum lege, neceſsitas facit licitū. c. ꝙ non eſt. de reg. iur. facit tex. in c. licet. de fer. in l. j. §. j. de of. eius. & in l. diuus Pius. de pet. hær. cum ſi. vt And. Sicu. tradit in c. j. de pig. & Feli. in c. cum acceſsiſſent. col. viij. verſi. tertio reſtringitur. de conſti. & in c. ij. col. fi. de deſpon. Et adde tex. in l. Cæſar. de publi. & Feli in c. ſignificauit. de Iud. in fi.

3 ¶ † Et prædicta procedūt durante neceſsitate: aliàs ſecus. d. l. j. de of. eius. nam quod pro neceſsitate, ſtatutum fuit,
A ceſſante neceſsitate tollitur[a]. j. q. j. quod pro neceſsitate. cum ſi. vt dixi in c. cū ceſſante. de app. vnde ꝙ ſtatuitur prętextu neceſsitatis, illud debet tolerari quatenus durat neceſsitas: vt no. Bar. in l. j. §. nuntiatio. col. j. de oper. no. alleg. l. j. in fi. de fer. & l. ſenatus. de offi. præſi. & iſtud eſt quod hic dicitur, quòd recepta propter neceſsitatem, non trahuntur in argumentū. Item excuſatur quis à caſu neceſsitatis, niſi culpa præcedat caſum. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. qui ſatiſd. cog. cum ſimi. ibi alleg. in glo.

4 ¶ † Vltimò notandū eſt, † ꝙ prætextu neceſsitatis turpi
5 tudo adulterij vel fornicationis non permittitur mulieri. l. palàm. §. nō eſt ignoſcendum. ſ. de ritu nup. ſecus eſt
B in furto quod propter neceſsitatem, permittitur [b]. d. c. ſi quis ꝓpter neceſsitatem. Sed aduerte ad l. palàm. §. nō eſt ignoſcendū. quia loquitur quādo mulier eligit vitā turpē prętextu paupertatis, perſeuerādo in dicta turpitudine: vt probat in ver. vitam. non tamē loquitur ꝙ extrema neceſsitate famis coacta ſibi promiſit per fornicationē: nam tūc videtur quod poſsit, nō per regulā traditā ibi per Doct. quod tempore neceſsitatis omnia ſunt cōmunicanda. vt in c. diſcipulos. de cōſe. diſt. v. & in clxvij. diſt. & ſic cū humana creatura nō veniat in fructu, vt in §. in pecudum. de re. diui. nō ſit cōmunicanda: ſed per aliā reg. ꝙ neceſsitas non habet legē. j. q. j. c. remiſsionē. de cōſec. diſt. v. c. ſicut. l. qui potuerūt. de manu. teſt. & ſic quod illicitum eſt, neceſsitas faciet licitū, nam propter neceſsitatem quis excuſatur: puta ſi

a Tollitur. Bal. l. j. C. de nau. fœn. Ang. cōſi. liij. Hip. de Marſ. l. vnica. nu. 23. C. de rapt. vir. Fran. Ripa tracta. de peſte. folio 42. C. M.

b Permittitur. Intātū ꝙ etiam in foro iudiciali nō erit puniēdus, ſecundum Abba. in d. ca. ſi quis ꝓpter neceſsitatem.

potẽs mihi mã dauit ꝙ occidã Titiũ, alias quod me interficiet: ſi occidã, ſum excuſatus: vt ſatis remiſi uẽ ꝑ do. Phil. ꝭ.in l. is dãnũ. ſ.eius verò. ꝭ. eo. & cogita ſi poſſet dici in caſu noſtro, nõ reperitur autoritas aliqua approbans hoc poſſe fieri ex neceſsitate ſaltem approbatione generali quæ requiritur ad hoc vt procedat illud ꝙ regulariter dicitur, quod illicitũ neceſsitas facit licitũ, ſecũdum gl. in c. quoniã. xlviij. diſt. quã ſupra in j. apoſtil. cõmẽdaui. H. C.

quis propter neceſsitatem. de furtis. & glo. ibi rationem diuerſitatis adducit.

¶ Et ratio videtur: quia mediante furto, immediate prouidetur neceſsitati famis: non ſic videtur in coitu illicito, quia ex illo fames non ſatiatur. & facit quod no. Bal. in l. fi. C. ſi contra ius vel vtil. pub. vbi inquit, † quòd licet mu- 5
lier bannita occidi poſsit, tamen adulterari non poteſt: de cuius dicti veritate dixi in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. col. vj.

## In l. Cui ius eſt. Argumenta.

1 Donatio & venditio inter alienationis ſpecies numerantur.
2 Alienatio fieri etiã dicitur, ſi res in emphyteuſim cõcedatur.
3 Emphyteuta rem emphyteuticam vendere non valens domino irrequiſito, donare poterit.
4 Donatio prohibita dicitur, ſi venditio prohibeatur.

### REGVLA CXXIII.

CVI *ius eſt donandi, eidem & vendendi & concedendi ius eſt.*

¶ NAM † donatio & venditio ſunt ſpecies alienatio- 1
nis. c. nulli. de reb. eccle. non alienan. & plenior videtur alienatio quæ fit per donationem, quia illa abſolutè facta videtur & nullam habet recompenſationem, ſicut in venditione contingit, vbi pretium venditori debetur: & ideo bene dicitur, quòd ille qui habet poteſtatem donandi, & vendendi poteſtatẽ habere videtur: & pari ratione videtur habere poteſtatem concedendi rem, puta in emphyteuſim. vt gl. hic dicit: † quia etiam talis conceſſio alienatio dicitur. d. c. nulli.

¶ Et iſta regula videtur procedere ſubſiſtente eadem ratione, declarando vt dixi: ſecus eſt ſtante diuerſitate rationis, prout contingit in l. fin. C. de præd. cur. lib. x. vbi conceditur ius donandi decurionibus, & tamen iſtis non datur facultas vẽdendi: quia facilius inducerẽtur ad vendendum, quàm ad donandum: vt in d. l. fi. habetur. & no.
per glo. & † iſta ratione emphyteuta licet non poſsit ven- 3
dere domino irrequiſito, donare tamen poteſt: vt no. per gl. & Doct. in l. fi. in ver. vendere. de iure emphy. de quo Alex. conſi. cxx. viſis narratis. lib. iij.

¶ Sic etiam † econtrà, prohibita venditione videtur pro- 4
hibita donatio: vt no. per gl. in l. ij. C. de vſuc. pro empt. vbi Bar. & idem Bart. in l. voluntas. per illum tex. C. de fideic



fideicom. & hoc procedit quando eſt eadem ratio: ſecus ſi ſit diuerſa: vt no. Pau. de Caſt. poſt. Sali. in d. l. voluntas.

### REGVLA CXXIIII.

POENALIA *iudicia ſemel accepta, in heredes traſmitti poſſunt.*

¶ AD idem tex. in l. omnes pœnales. ſ. de act. & obli. in §. pœnales. inſtit. de perp. & tẽp. act. cũ ſi. alleg. in gl.

### REGVLA CXXV.

CVM *quis poßit alienare, poterit & conſentire alienationi. Cui autẽ donare non conceditur: probandum erit nec ſi in donationis cauſa conſenſerit, ratam eius voluntatem habendam.*

¶ DE iſta regula dictum fuit. ſ. in l. aliud eſt vendere.

### REGVLA CXXVI.

QVI *rem alienã defendit, nunquàm locuples habetur.*

¶ De iſta reg. dictũ fuit ſ. in reg. ĩ eo. §. nemo alienę rei.

## In l. Non videntur. Argumenta.

1 Dare, eſt dominium transferre, & accipientis facere.
2 Dare verbum, variis capitur modis.
3 Venditor generis, ad dandum tenetur.

### REGVLA CXXVII.

NON *videntur data quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt.*

¶ NOTA † quod dare, eſt dñium transferre. & colligi-
1 tur iſta reg. in l. vbi autẽ. §. fi. in fi. de verb. obli. in §. [a] ſic
A itaq;. inſti. de act. quæ iura alle. ſunt in gl. facit tex. in l. fi. in prin. ſ. de condi. ob cau. & præciſè verbũ dare, importat dñij traſlationem: vt dicitur in d. §. fi. ibi, oĩno. & ibi quoquo modo, adeò ꝙ etiã ex volũtate partiũ hoc non alteratur: vt concludunt Alex. & Mod. contra gl. in d. §. fi.
2 † q̃q; tñ verbũ dare, impropriè accipitur, propter qualitatẽ perſonæ in qua trãſlatio dñij non põt habere locũ. l. Mæuius. de condi. & demõ. l. ſi quis ita. §. pe. ſ. de ſta. lib.

¶ Quandoque etiam impropriè ponitur ex natura contractus: nam ſi vendo fundum, & promitto dare, intelligitur tradere ſecundùm gloſ. hic per l. ſi ſtipulatus. ſ. de vſuris. quia qui vendit non habet neceſſe fundum emptoris facere. l. ſi ita diſtrahatur. §. j. de contrahen. empt. & vend

[a] ſ. Vbi videas late doct. præmaximè Iaſ. in iii. & iiii. col.

a Poſsidet. Vbi latè Mod. & maximè Iaſ. qui plures quæſt. ponit in materia iſta. & regulariter iudicis autoritas excuſat à pœna. de quo Soci. in ſuo tract. fallen. in reg. ccij. fo. 30. & ſatis remiſsiuè per addi. Dy. in reg. quod quis mādato. hic alleg.
b Excuſet, Adde tamen  autoritas iudicis non excuſat, quin attētata pendente appellatione reuocentur. ita d. Phil. in conſi. cc. incipien in caſu propoſito. in prin.
c Ne ſoluat. Excuſabit etiā à periurio, ſi tēporis facta fuerit prorogatio: vt per dom. Phil. c. de cauſis. de of. dele. iiij. col. in prin. & in c. præterea. de appella. col. j. in fi. verſi. ſucceſsiue. & c. quid enim in compēſatione. Ioan. Fab. in §. in bonę fidei. inſtit. de actio, tenet quod ſic: de cuius veritate ibi per Iaſ. col. xii. in fi.
d Spoliat⁹. Vide eundem d. Phil. in reg. factum à iudice. j. eodē. vbi declarat qualiter hoc intelligatᷣ. & do. Iaſo. in l. iuſtè poſsidet. de acquir. poſſ. in prin. & eundē do. Phil. in c. cōſultationibus. de offi. de leg. in iiii. not. & in cōſi. cxci. incipiē. in cauſa quæ agitatᷣ. col. v. in fine. & conſil. cc. incip. in caſu propoſito. in prin.

& venditor ſolùm ad tradendum obligatur. l. j. ſ. de act. empt. l. ex empto. §. j. eo. tit & hoc in venditore. ſecus eſt in emptore qui tenetur dare pretium. d. l. ex empto. §. j. ver. nummos autē. & ratio videtur: quia venditor in genere ad pretium tenetur. †ideo Bar. ibi infert idem eſſe 3
in venditore generis qui ad dandum tenetur. de quo aliter dixi in l. ij. in prin in vltima concluſione. ſ. ſi cer. pet.

## In §. Qui iuſſu. Argumenta.

1 Iuſſus iudicis excuſat à dolo.
2 Iurās ſoluere certo tēpore, excuſatᷣ ſi per iudicē impediatur.
3 Spoliatus per iudicem, non reſtituitur.
4 Præceptum iudicis quando excuſet facientem.
5 Iudicis præceptum non ligat extra iudicis officium.

QVI *iuſſu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere: quia parere neceſſe habet.*

¶NOTA  qui facit iuſſu iudicis, excuſatur à dolo, 1
quia neceſſe habet facere. facit text. in l. iuſtè poſsidet
[a]. de acqui. poſ. & quod ibi Alex. poſt Pau. de Caſt. & vide A
in reg. quod quis mandato. eo. tit. in vj. Ad idem, quod
iuſſus iudicis excuſet [b], eſt tex. in l. ſi quis id quod. §. doli. B
de iuriſd. om. iud. vbi gl. in l. ait prætor. §. j. in verſi. quid
tamen. de mino. vbi gl. plura iura concordantia adducit.
Ad idem tex. in l. quanquam. in prin. vbi glo. ſ. de. aqua
plu. arc & adde tex. no. in l. mulier. §. ſi. de lege commiſ.
& ibi eſt text. pro dicto Alber. in l. ſi quis id quod. col. ij.
vbi inquit quòd iuſſu iudicis ex cauſa iuſta præcipientis
ne ſoluam, non incurro pœnā ad quam eram obligatus,
ſi non ſoluerem in termino: quia propter iuſſum iudicis
ſum excuſatus. & eſt dictum Hoſt. in tit. de iure iurān. §.
quòd ſpecies. verſi. item iuramento dicentis, †quòd qui 2
iurauit ſoluere in certo termino, ſi iudex præcipiat illi
ne ſoluat [c], excuſatur. & idem Archid. in c. dicit. xiiij. q. v. C
eum ſimi. vt tradit Feli. in c. conſtitutus. de reſcript. vide
allegata. † Et adde, quòd ſpoliatus [d] à iudice nō reſtitui- 3
tur: vt dixi in conſi. cxxv. Felin. in c. dilectus. de reſcript. D
¶ † Et iſta regula ſecundùm glo. hic intelligitur quando 4
præ



præceptum fuit iuſtum, vel in dubio. Secus ſi cōſtaret in-
A iuſtitia [a]: quia illi non eſſet parendum, ſed reſiſti poſſet:
vt no. Bar. per illum tex. in l. prohibitum. C. de iure fiſci.
lib. x. & no. Io. And. poſt Hoſti. in c. ſignificamus. de conſti. cum ſim. & Fel. tradit in d. c. conſtitutus. & adde quod not. Bar. in l. iuſtè de acqui. poſ. in prin. vbi limitat illum tex. quando iudex procedit ſeruato ordine iuris: aliàs ſecus. per l. meminerint. C. vnde vi. de quo ibi plura dixi quæ hic inſeri poſſunt. & in d. conſi. cxxv.
5 ¶† Secundo regula limitatur non procedere quando iudex extra officium eius procedit. ſecundùm gloſſ. hic faciunt dicta in c. dilectus. per Felin. & ad hoc eſt regula. j. eod. factum à iudice. vbi videbimus. & vide Pau. de Caſt. in l. vt vim. de iuſti & iure.

a Iniuſtitia. Ad hoc Andr. Iſer. c. j. colum. vj. qui ſucceſſ. tenean. in vſibus feudor. dixi ad Alex. cōſil. cxliiij. num. 2. lib. ij. Car. M

### REGVLA CXXVIII.

CAPIENDA *occaſio eſt, quæ præbet benignius reſponſum.*

¶DE hoc ſ. dictum eſt in reg. ſemper in dubiis. ſ. eo.

QVOD *factum eſt: cùm in obſcuro ſit, affectione ex cuiuſque capit interpretationem.*

DE hoc ſ. in regu. in obſcuris. & in regula ſemper. nam iſta ſecundùm illam intelligitur.

## In l. Is damnum dat. Argumenta.

1 Facere dicitur is ipſe, qui etiam per alium facit. & nu. 5.
2 Mandans grauius peccat, quam mandatarius, qui aliàs non erat facturus.
3 Pœna ſtatuti puniētis maleficium, extenditur ad mādantem.
4 Mandans quando vere facere dicatur.
6 Statutum loquens de faciente non ſemper habet locum in mandante.
7 Accuſans homicidium an ſuccumbat, ſi probetur mādatum.

### REGVLA CXXIX.

IS *damnum dat, qui iubet damnum dare.*

B ¶EXEMPLIFICA iſtam reg. vt per Dyn. [b] in reg.
1 †qui per aliū. de reg. iur. in vj. ad idē tex. in l. j. §. deieciſ-
ſe. de vi & vi arm. vbi dicitur,  parū refert ſuis manibus deiiciat, an per alium. ad idem tex. in l. non ideo minus. C. de accuſ. cum ſim. alleg. ibi in glo. ad idē tex. in c. cū ad ſedē. de reſti. ſpol. in c. muliere. de ſent. excō. in l. nō ſolū. §. ſi mādato. ſ. de iniur. & no. text. qui dicit, dat damnum.

b Dyn. vbi ſatis remiſsiuè per eius addit. in apoſtilla ſuper litera b.

 & ſic

& ſic denotat veritatem:& hoc expreſſe dicit tex.in c.mulieres.ibi,cum
is vere committit delictum,cuius autoritate vel mandato delictũ com
mitti probatur.

¶ Et iſta concluſio videtur procedere quãtum ad effectum iuris quo ad
pœnam:quia † mandans plus deliquit,quàm mandatarius qui non erat 2
aliàs facturus:& ſic ipſe deliquit, & fecit aliũ delinquere , quod eſt gra-
uius:vt per glo.in l.Athletas.§.Pomponi⁹.in verbo,in ſeruitute.de his
qui not.infa.& no.per glo.fi.in c.gaudemus . de diuor.ideo eadem pœ-
na punitur.d.l.non ſolum.§.ſi mandato.& in l.aut qui aliter.in fi.quod
vi aut clam.quod in cle.j.de pœnis.

¶ Et hoc videtur etiã habere locũ in ſtatuto:vt no.Bar.in l.quemadmo
dum.C.de agri.& cenſi.lib.x.vbi inquit. q̃ † pœna ſtatuti punientis fa- 3
cientem maleficiũ , habet locũ in mandãte.& de hoc late tradit Barth.
Veronen.in conſi.xxxiiij.ſi nunquam magnifice.in vlt dub.char.fi.

¶ Et iſta concluſio videtur procedere quando ſtatutũ lo-
quitur in rem:vt quia dicat,pro homicidio [a] vel pro fur- A
to ſit talis pœna : quia tunc etiam comprehenditur qui
mandauit.d.l.aut qui aliter.§.fi.& ibi Bart.per illum tex.
& idem Bart.in l.hæc verba.ff.de a ful.Abb. in d.c.mulie-
res.de ſenten.excom.Corn.in conſi.ccxlix.licet videtur.
lib.j.Cor.in conſi.lxix.plura ſerioſe.lib.iij.

a Homicidio. an valeat ſtatutum imponens pœnã pecuniariã p furto vel homicidio, vide Hoſti.& Abba. qui tenent q̃ non in c.ij. de delict. pue. vbi ſatis remiſſe p addit. ſup ver. irrationabilis.

¶ Similiter videtur procedere. † quando mandatarius co 4
gitur exequi mandatũ:quia tunc mandãs dicitur verè fa-
cere:vt no.Barto.in l.ſed ſi vnus.§.ſeruus.de iniur.col.ij.
per.l.ita autem.§.geſſiſſe.de admini.tu . vbi infert ad q̃ō.
de procuratore quam refert Ang.Aret.in tract.maleſi.in
verb.Sempronium mandatorem.q.xliij.Abb.in d.c.mu-
lieres.col.pen . † Sed extra dictos caſus,qui facit per aliũ,
non dicitur proprie facere: vt Bar.cõcludit in d.§.ſeruus.
& no.Dy.in regu.qui per alium . in.fi.Bald.in l.j.col.ij.in
ver.in mandante etiam . C.de ſer.fug.cum ſim.vt tradit
Alex.in conſi.lxv.viſa quadã conſtitutione.col.ij.lib. iiij.
vbi infert, q̃ † ſtatutũ quod loquitur de faciẽte , nõ habet 6
locum in mandante.& not.Bal.in l.nõ ideo minus.col.v.

¶ Sic etiam † ſi quis accuſet aliquem feciſſe homicidium. 7
& probaret de mandato,ſuccumberet. [b] vt no.Io.Mon.in 8
regu.qui per alium.& ſequitur Bal.in c.j.§.iniuria,col.fi.
ver.pone, accuſo te.de pac.iur.fir.

b Succũberet. Imo etiã eodẽ iudicio dãnabitur tanquã autor delicti.Car. Mol.

¶ Et ſi quis ſit inquiſitus de mandato, & de caſtigatione
probetur , ſuccumbit:vt no.Bal in l.hæc verba.per illum
text.de his qui not.infa.Alexã.in conſil.cxxviij.quoniam
abunde lib.iiij.& cõcordat iſta regula.ff.eo.l.quod iuſſu.

In.§.



## In §.Eius verò.Argumenta.

1 Mandatarius quo caſu poſsit excuſari.
2 Filius vel ſeruus quo caſu excuſetur per mandatum patris vel domini.
3 Iuſſus minuit pœnam,etiam in grauioribus.

EIVS *verò nulla culpa eſt,cui parere neceſſe ſit.*

¶ Ex hoc poteſt exemplificari † in eo potenti qui mi-
1 hi mandauit quòd occidam Titium,aliàs quòd me in-
A terficeret:nam ego ero excuſatus [a],quia aliter vitã meã
ſaluare non poſſum.ita Bal.in c.j.§.iniuria.col.fi.verſic.
ſed pone.de pact.iur.firm.vbi alleg.Petr.ibi,& Cyn.in l.
ſcientiam.§.qui cum aliter.ad leg.Aquil.& ad hoc vide-
tur gloſſ.in l.ſi familia.in verbo,poterit.in fi.ff.ſi famil.
furt.feciſ.dic.& quòd propter neceſsitatem quis excuſe-
tur.facit tex.in l.Cæſar.de publi.cum ſimil.vt tradit Fe-
lin.in c.ij.in fin.de conſtitut.

a Excuſatus. falſum , quia potius mors ferenda, quàm malo conſentire.& contrariũ tenet Lãcelot. Deci.l.vt vim. col.j.ff.de iuſt. & iure.C.M.

¶ Sed extra neceſsitatem non excuſatur † etiam filius vel
2 ſeruus qui obediret patri vel domino in illicitis grauio-
ribus.l.ſeruus.de acti.& oblig.l.fi.in fi.ff.de bonis dãnat.
facit tex.in l.ea quæ.ff.eo.Secus eſt in leuioribus.in qui-
bus iuſſus patris excuſaret.l.liberorum.§.fin.de his qui
not.infam.& facit text.in d.l.ſeruus non in omnibus.† &
3 in grauioribus licet non excuſetur,vt dictum eſt,tamen
pœna minuitur propter iuſſum ſeu mandatum.l.ſeruos.
C.ad leg.Iuliam.de vi publica.

## In §.Quod pendet.Argumenta.

1 Diſpoſitio cõditionalis ſuſpenditur ante euentum cõditionis.
2 Venditio pura dicitur,quæ ſit de præſenti,licet ſub conditione poſsit reſolui.

QVOD *pendet,non eſt pro eo quaſi ſit.*

¶ ISTA concluſio verificatur in qualibet diſpoſitio-
ne conditionali:† quia ante euentum conditionis,diſpo
1 ſitio ſuſpenditur,& non habet locum:vt glo.hic dicit.

¶ Eodem modo exemplificari poteſt in re quæ in futu-
rum reſolui poſsit,quia de præſenti dicitur certa [b] : illa
B alteratio quæ fieri poteſt,non eſt pro eo quaſi ſit:ſed po-
tius quaſi non ſit.l.ſecunda.& quod ibi glo.ff.in diem ad-
dictio.vbi † venditio de præſenti dicitur pura,licet re-
2 ſolui poſsit ſub conditione.& facit tex.in l.hæc venditio.
§.fin.de contrahend.empt.& quod not.tradit Barto.in l.
Iulianus.in fi.de condict.indeb.vbi concludit,quòd ſi re-

b Certa. Fallit in vltimis volũtatibus,& in ſentẽtia Frãciſ.Areti.conſi. cxxxvj. in fin. argu.l. quibus diebus. §. quidã Titio.ff. de condit. & demonſtrat. Car. Mol.

 præſaliæ

præſaliæ omnes debeant reuideri, & quæ debeant approbari, approbentur vel reprobentur: interim tamen executio[a] non impeditur. & in ſimili caſu idem Bar. in l. A iudex poſtquam. circa fi. de re iudi. & quod no. Barto. in l. publica. §. fin. in j. not. ff. depoſ. vbi inquit, quòd verba illa plus vel minus, nihil operantur, niſi aliud probetur. & idem Bal. in rub. C. depoſiti. in vj. q.

## In l. Nemo ideo. Argumenta.

1 Soluere non eſt melius, quàm ſolutum repetere.
2 Liberare poteſt quis alium pro eodem ſoluendo.

### REGVLA CXXX.

NEMO *ideo obligatur quia recepturus eſt ab alio quod præſtiterit.*

¶ ET eadem regula habetur in l. ff. iter. §. apud ferocem. de aqua plu. arcen. alleg. in gloſſ. melius † eſt enim 1
non ſoluere, quàm ſolutum repetere. arg. l. fin. C. in quib. cau. in integ. reſtit. non ſit neceſ. & in l. j. C. quando liceat vnicuique ſine iud. ſe vindic. Et hoc patet etiam ex eo
† quòd quis ſoluendo pro alio, liberat illum. & contra 2
illum actionem habet l. ſoluendo. & l. cum pecuniam. ff. de neg. geſt. & tamen nullus pro alio ſoluere cogitur.

¶ Et regula iſta videtur generaliter procedere: quia in cõtrariis. & limitationibus poſitis in glo. alia cauſa agendi præcedebat: vt no. Bart. & Doct. in d. §. apud ferocem.

## In l. Factum à iudice. Argumenta.

1 Iudici officium excedenti impune non paretur.
2 Iudex non præſumitur, qui extraiudicialiter procedit.
3 Iudex quis non dicitur, qui facit quæ ad iudicis officium non pertinent.

### REGVLA CXXXI.

FACTVM *à iudice*[b] *quod ad eius officium non pertinet, ratum non eſt.* B

¶ NAM quando † iudex officium eius excedit, vide- 1
tur vt priuatus, & illi non eſt parendum: vt not. per glo. ff. in l. non videtur. §. qui iuſſu. Et quando iudex procedit abſque

a Executio. Sequitur Ang. Iaſ. d. l. Iulianus. in fi. Pau. in l. ſufficit. de cõdi. indeb. Sed malè dicunt, & in contrariũ eſt veritas, quia decretũ reuiſionis tendit directò ad ſuſpenſionẽ de præſenti omnium repræſaliarũ. patet ibi, reuideri. & ibi, vt quæ erunt legitimè approbentur. quòd decretũ reuiſionis & approbationis vel reprobationis nõ eſt cõditionale, nec in diem, ſed purũ. Ergo dictarum repræſaliarum cõceſsio eſt de præſenti à tẽpore dicti decreti reuiſionis & nõ cõditionaliter, in ſuſpenſo. Totalis autem caſſatio vel approbatio pẽdet & cõditionalis eſt. & ſic conceſsio de præſenti ſuſpẽſa nullo modo poteſt exequi, etiã ſi offeratur cautio. Secus ſi ſequẽs diſpoſitio non tenderet ad ſuſpendendũ de præſenti: ſed eſſet merè cõditionalis. vt ſi debitori meo dẽ, vel legẽ liberationem, ſub cõditione ſi fiat cõſul, quia tũc interim manet obligatio pura & poteſt exequi data tamẽ cõditione. & eſt materia legis, pecuniam. ff. ſi cer. pe. & ibi ad Dec. dixi. C. M.

b Iudice. Idẽ dicitur in reg. ea quæ fiunt à iudice. iſto ti. li. vj. vbi videas Dyn. & Doct.



A abſque cauſæ[a] cognitione, dicitur procedere vt priuatus: vt not. Card. in clem. j. §. fi. in fi. de celeb. miſ.

¶ Et quando iudex extraiudicialiter procedit, pro eo nõ
2 præſumitur. † & ideo ſpoliatus tali caſu, à iudice reſtituitur. c. conquerente. & ibi Abb. per illum text. in ij. not. de reſtitu. ſpol. & in not. caſu tradit Pet. de Ancha. in conſil. ccxlix. ad prædicta dubia, in primo dubio dixi in conſil.
3 cxxv. † ſi enim iudex facit quod ad eius officium nõ pertinet, non dicitur factum à iudice, cuius poteſtas videtur limitata reſpectu officij iudicis, qui dicitur iudex, quaſi ius dicens. c. forus. §. iudex. de verbo. ſigni. & cum poteſtas reſpectu certæ qualitatis tribuatur, extra illam qualitatem non valet quod ab eo factum ſit: vt plura ſimilia congerit Fely. in c. cum ordinem. de reſcrip.

## In l. In contrahenda. Argumenta.

1 Pactum in contractibus, beneficiis, & iudiciis, qualem recipiat interpretationem.
2 Verba dubia qualiter ſint in pactis interpretanda.
3 Confeſsio in fauorem confitentis debet interpretari.
4 Interpretatio fieri debet ſemper vt actus valeat.
5 Præſumptio legis potius ad confirmandũ, quàm ad infirmandum adaptari debet.
6 Verba quando ad improprium intellectum ſint trahenda.
7 Princeps quando præſumatur vti plenitudine poteſtatis, & quando non.
8 Actus prior in ordine literæ quando præſumatur proceſsiſſe.
9 Nomen proprium attendi debet in ordine, an procedat appellatiuum.
10 Relatio tunc fieri non debet, ſi per eam actus deſtruatur.
11 Pater curatorem filio impuberi in teſtamẽto dare non poteſt. Tutor venit quandoque curatoris appellatione.
12 Subſtitutio verbis directis facta à pagano eſt inualida.
13 Extenſio fit ſecundum verborum proprietatẽ in materia pœnali.
14 Clauſula valeat eo modo quo poteſt, nõ intelligitur, niſi apponatur.
15 Promiſsio non valet, quæ fit ſine cauſa.
16 Stipulatio quo caſu ſit inutilis iudicanda.
17 Interpretatio in duobus actibus non fit in dubio, vt vterque valeat.
18 Voluntas teſtatoris in nullo lædenda eſt.

### REGVLA CXXXII.

IN *contrahenda vẽditione ambiguum pactũ cõtra venditorẽ interpretandũ eſt. Ambigua autẽ intẽtio ita accipiẽda eſt, vt res ſalua actoris ſit.*

a Cauſæ. Adde Hippo. de Marſil. ſingul. cxcv. incip. nemo, &c. & an, & quando iudici reſiſti poſſit, vide Abb. & ibi latiſ. do. Philip. in j. & ij. colum. in c. ſi quando. de offic. deleg. & in conſi. clj. incip. maximi ponderis. col. iiij. ver. videmus in iudicibus. & adde vnũ caſum, quòd ſi iudex faciat executionem, parte non citata, quòd pars poteſt appellare: & ſi iudex non vult admittere appellationẽ, ſed vult exequi, poterit ei reſiſti de facto. ita Cy. in l. j. C. de iuris & fac. igno. quem ſequitur ibi Iaſon in princ. ii. col. Hier. Chu.

¶ D V O dicta ſunt,& per ſecundum dictum primum
limitari videtur.In primo dicto habetur regula.l.veteri-
bus.ſ.de pact.& concordat text.in l.Labeo ſcribit.ſ.de
contrahen.emp.& eadem regula habetur in cap contra.
eo l.titu.in vj.de quo aliquid dictum fuit in regula,ſem-
per in obſcuris.in fi.ſ.eo.

¶ Et procedit in † contractibus prout loquitur:ſecus eſt 1
in beneficiis principum.vt not.Bart.in l.ex facto.col.j.ſ.
de vulga.& pupil.

¶ Item ſecus eſt in iudiciis:vt not.per gl.hic per tex.in l.ſi
quis intẽtione.ſ.de iudi.vbi Bart.idẽ dicit poſt glo.ibi.&
hoc intelligitur,niſi in probationibus quæ licet fiãt in iu-
dicio.l.quinquaginta.in fi.ſ.de probat.tamẽ in dubio in-
terpretatio cõtra ipſum probantẽ fieri debet:quia proba
tio debet eſſe cõcludens.c.in præſentia.de probat.& glo.
ibi in verbo,dubium.not.Bal.in l.quoties.§.ſi quis ita.ſ.
de hære.inſtit.& late dixi in d.c.in præſentia.in vlti.not.

¶ Item † regula d.l.veteribus.intelligitur quãdo verba 2
ſunt dubia,ex eo quòd verbum ſeu oratio plures habent
ſignificationes: ſecus ſi eſſet propria ſignificatio certa:
quia ab illa non receditur:vt not.Bart.in l.j ſ.locati.vbi
per illum text.ita declarat d.l.veteribus.& ad hoc vide
Imo in conſil xxj.in caſu præmiſſo.col.ij.in verſicu.nec
obſtat prædictis.

¶ † Item dicta regula procedit in contractibus qui pen- 3
dent à conſenſu duorum:ſecus eſt in confeſsione quæ in-
terpretari debet in fauorem confitentis. [a] ita etiam d.l. A
veteribus.limitat Pau.de Caſt.in conſil.ccxxj.primo vi-
dendum eſt.col.fi.in ver.& ſi dicatur.

¶ Vltimo not.eſt quòd licet fieri debeat interpretatio
contra proferentem,vt hic,& d.l.veteribus.attẽditur ta-
men [b] quod veriſimilius eſt.ita Oldra.dicit in conſi.xcv. B
ex forma iſtius ſtatuti.per l.ſemper in ſtipul.ſ.eo.

¶ In ſecũdo dicto habetur,† quòd in dubio interpretatio 4
debet fieri vt actus valeat. [c] ad idẽ gl.alle l.quoties.ſ.de C
ver obli.& ad idem eſt tex.in l.quoties in actionibus.de
reb.dub.facit tex.in l.iij.ſ.de teſt.mili.& in c.abbate ſa-
nè.de ver.ſigni.cum ſimi.ibi alleg.in glo.in verbo,vale-
re poſsit.quæ inter alia allegat l.diuus.ſ.de vſu & habi.
nam † præſumptio legis nõ adaptatur ad infirmandũ:ſed 5
potiùs ad confirmandũ quod agitur:vt no.Bal.per illum
text.in l.ſi quis filio.in princi.de leg.j.& ideo vt actus va-
leat,

a Confitentis. Alexan. conſil. cxvij. nu. 14. (vbi dixi) lib. vj. deci.ca.cum venerabilis.nu me. 24. de ex- cept. conſil. cc- cclxxxij conſil. ccccccxxxix. Ca ro.Mol.

b Tamen Andreas Tiraq. repetit.l.ſi vn- quam.in princ. nume.54.C.de rep.dona.

c Valeat.Ancha.cõſi. cxxix. Iaſ.l.j.in princ. ſ. de eo quod cer. loc. conſil. lxviij. colũ. ix. lib. iij. Deci.l. poſtquam lite. colũ. iij. C. de pact.l.ſi dona- tione. col.ij.C. de colla.l.in te ſtamẽto. col.v. C.de teſt.mil. Aymo. cõſ.lij. quod ampliat Lancelot. De- ci.in l.j.colũ.ij. ſ. de iud. Sed limitat Iaſ.l. ſi quis ante.colũ. iiij.de acquir. poſ.Deci.c.ſu- per eo.colũ.ij. de offic.deleg. C.M.



leat,verba etiam impropriè accipiuntur.l.ſi tibi.vbi Bar.ſ.ſi cer.pet.&
6 in l.ſtipulatio iſta.§.hi qui.in prin.de verb.oblig.† verba enim quæ in
proprio ſignificatu operari nõ poſſunt,ad improprium intellectũ tra-
huntur:vt dicit Ange.in l.ſi cũ ante.C.de dona.ante nup.in l.ſi tam an-
guſti.per illũ tex.ſ.de ſeruit.cũ ſim.quæ nota ſunt,vt dixi in d.l ſi tibi.
¶ Et nota quòd iſta præſumptio validitatis actus,poten-
A tior eſt & præualet [a] aliis præſumptionibus.ita proba-
tur hic,vt primum dictum,quòd fiat interpretatio con-
tra venditorem,in dubio limitatur à ſecũdo dicto dum-
7 modo res valeat.& ad hoc facit † quia licet princeps non
præſumatur vti plenitudine poteſtatis:vt not.Innoc.in c.
innotuit.de elect.tamen ſi aliter actus non valeret,præ-
ſumitur vti plenitudine poteſtatis ad hoc vt actus valeat:
vt no.Paul.de Caſt.in l.ex imperfecto.C.de teſtamen.&
in conſi.cclxxx.in facto præſenti.Alexã.in l.quanquàm.
C.de teſtam.mil.

8 ¶ Similiter † licet præſumatur præceſsiſſe actus qui eſt
prior in ordine literæ:vt not.Bar.in j.cõſtit.C.col.fi.hoc
non habet locum quando actus redderetur nullus: quia
ad hoc vt actus valeat,præſumitur præceſsiſſe actus [b] qui
B in ordine literæ poſterior eſt:vt not.Bald.in l.cum in te-
ſtamento.§.hæc verba.ſ.de hæred.inſti.vbi inquit,quòd
ſi in inſtrumento dicatur,quòd pater donauit filio,&
quòd illum emancipauit non attento ordine literæ,præ-
ſumitur quòd emancipatio prius facta fuerit:& ſequitur
Inno.poſt Ange.in d.§.hæc verba Alexã.in l.ij.§.prius.
de vulg.in l.diuortio.in princi ſ.ſol.matri.in l.cum pro
ponas.C.de codicillis.in conſi.lxxxj.lecto.col.iiij.lib.iij.
& in conſi.cxij.ſuper eo dubio.col.ij.lib.v.

¶ † Similiter licet conſtituatur differentia,an præcedat nomen pro-
9 prium vel appellatiuum,& conſideratur iſtud nomen quod præcedit.l.
ſi ſeruus communis ita ſtipuletur in fine,& ibi Barto.de ſtipula.ſeruo.
hoc non habet locum ſi actus redderetur nullus: quia in dubio debet
iudicari quòd illud nomen contemplatum ſit,quod facit valere diſpo-
ſitionem.argumen.l.quoties.de rebus dub.cum ſimilib.ſ.allegatis.
ita Barto.in dicta l.ſi communis.colum.ij.& in l.ſi vnus.§.ſeruus.ſ.de
pact.Alexand in l.j.in fin.de liber.præter.& dixi in cap.quoniam Ab-
bas.de offic.delega.& ad idem facit: † quia licet aliàs deberet relatio
10 fieri,non habet locum quando ex tali relatione actus deſtrueretur: vt
not.Barto.poſt gloſ.in l.cum vulgari.de dote prælegata.Barto.& Do-
cto.in l.talis ſcriptura.de leg.j.cum ſimilib.vt dixi in ca.ij.requiris.de
appellat.& ſic ampliando regulã ſtat concluſio,quòd iſta præſumptio
quod

a Præualet. Deci.cap quo- niam Abb.col. vii.de offi.de- leg.cõſi.lxx.cõ ſi.cxl.colum.ii. cõſi.ccccxlviii. nu.17. Franciſ. Purpur.l.roga ſti.§.ſi tibi.nu- me.38.ſ.ſi cer. pe.Lãcel.Gal- liau. in l i.§.ſi quis ita.col.vi. in fi.de verbo. obliga. Alciat. tract. præſum. regul. iii. præ- ſumpt. xxxiiii. C.M.

b Actus.Ale- xan. cõſi.lxxxi. numer. 7. (vbi dixi) libr. iii. Aymo. conſil. xxxii. C.M.

quòd in dubio actus præſumitur validus, ſuperat alias
præſumptiones.

¶ Et prædicta regula videtur procedere, quando verba
conueniunt, & aliquo modo adaptari poſſunt ad actum
qui valet: aliàs ſecus. ita iſtam regulam limitat Aret.in
l. à Titio.col.fin.de verb.obl.vbi ad hoc allegat text.in l.
tutores.§.j.ſ.de admi.tut.†vbi ſi pater dedit curatorem 11
in teſtamento filio impuberi, datio non valet.& Bart.ibi
rationem adducit.

¶ Nec obſtat quòd ſaltem largo modo ſub nomine cura
toris comprehendatur tutor: vt no.per gloſ.in authent.vt
qui ſe res minorum obl.hab.perhib.in prin.in verſ.ad cu
ratorē quia illud procedit in diſpoſitione legis per viam
extenſionis: ſecus in diſpoſitione hominis.d.l.tutores.§.j.
& ad idem facit text.in l.verbis ciuilibus.de vulg.& pup.
†vbi ſubſtitutio facta verbis directis à pagano poſt pu- 12
bertatem, non valet & non trahitur ad fideicommiſſum:
quia teſtator noluit ſecundum proprietatem verborum:
& ſic in dubio non receditur à proprietate verborum.l.
non aliter.in princ.de leg.iij.l.j §.is qui nauem.ver.in
re igitur dubia.ſ.de exerc.& non obſtant allega.ſ. quòd
vt actus valeat, verba etiam impropriè accipiuntur: quia
illa procedunt quando apparet de mente.[a] ſecus videtur A
in dubio. Et ſecundum iſtam limitationem reſtringitur
quod ſupradictum eſt, quòd potentior eſt illa præſum-
ptio quæ facit actum valere: nam hoc intelligitur ſerua-
ta verborum proprietate: quia ex proprietate verborum
voluntas [b] diſponentis arguitur.d.l.non aliter. B

a Mēte. Et quā do verba ſunt apta ex proprio ſaltē largo ſignificato, alias non. gloſſ. l. quoties .ſ. de ver. ob. Aret. l. à Titio. eo. tit. C M.

b Voluntas. Vnde non ſit, quādo eſſet cōtra volūtatem diſponentis. Paul. & alij in d. l. verbis ciuilib[9]. Lud. Gozadi. conſ. lxxvij. nu. 14. C. M.

¶ Et videmus† quòd etiam in materia pœnali ſit exten- 13
ſio ſecundum verborum proprietatem.l cum lege.ſ.de
teſta.vbi Are.quia videtur conſtare de mente illud quod
ex verborum proprietate colligitur.

¶ Secundo regula intelligitur, quòd actus valeat in du-
bio eo modo quo agitur: non autem ſit interpretatio vt
valeat eo modo quo valere poteſt, quia de illo modo co-
gitatum non fuit. Et habet locum quod dicitur: quod po-
tui, nolui: quod volui adimplere, nequiui l.multum in-
tereſt C.ſi quis alteri vel ſibi & in c.cum ſuper.de officio
delega.

¶ † Et ideo illa clauſula, quòd valeat eo modo quo pōt, 14
niſi appoſita ſit, non intelligitur: vt not.Ange.in conſilio
ccxc.noua teſtandi ſeu relinquendi forma, circa fin. hoc
tamen



tamen videtur altiorem indaginem poſtulare, quia inef-
fectu pēdet ab illo articulo, ſi nō valet quod ago vt ago,
A an valeat vt valere poſsit.de quo dixi [a] in d.c.cum ſuper.

a Dixi. Et Bar. & poſt eū Iaſ. in l.j.ſi quis ita col.viij.verſic. expedita doctrina.de verb.ob. vbi ponit regu. cum v. limitationibus.

15 ¶ Tertio regula limitatur procedere, † quando in actu
concurrunt requiſita ad validitatem actus. aliàs ſecus.
vnde promiſsio facta ſine cauſa, non valet.l.ij.§.circa.de
do.exceptio.ita dicit Imol.in l.à Titio.col.penul.de verb.
oblig.in verſi.nec obſtat, ſi dicatur. Et huius limitationis
ratio manifeſta videtur, quia actus valere non poteſt non
concurrentibus requiſitis: & ita non ſumus in dubio,
prout regula loquitur, ſed in caſu claro in quo conſtat
actum non valere.

16 ¶ Quarto limitatur non habere locum, † quando con-
tra promiſsorem poſſet interpretatio fieri quæ eſſet illi
multum onerosa: quia tunc potius ſtipulatio debet in-
utilis iudicari: vt not. Fulgo.per illum text.in l.iij.§.ſi
quis inſulam.de eo quod cert.loc.& ad hoc etiam facit
tex.in l.quod in rerum.§.j.[b] de lega.j.vbi potius inutile
B legatum redditur, quàm quòd teſtator videatur grauare
hæredem de redimendo ius finitum per mortem teſtato-
ris.ad idem tex in l.vxor patrui.C.de lega.in l.ſi domus.
§.fi.de lega.j.& in l.dotalem.ſ.de teſta.mili.

b §.j. vbi videas Iaſ.

17 ¶ Quinto regula videtur procedere in vno actu. † Secus
eſt in duobus: quia in dubio non debet interpretatio fieri
quòd vterque actus valeat.l.ſi quis ante.de aquir.poſſ.
vbi ſi quis conducit, & poſtea rem precario roget, vel e-
contra, vnus actus valet. & tamen vterque valere potuiſ-
ſet, intelligendo quòd ex precario non transferatur poſ-
ſeſsio.& ita Iaſon dicit in d.l.ſi quis ante.col.iij.in quar-
to notab.

¶ Sed certè ratio quæ eſt in vno actu, vt præſumatur pro
validitate actus, etiam militat in duobus. Non obſt.text.
in d.l.ſi quis ante.quia de natura precarij eſt, quòd poſſeſ
ſio transferatur.l.certo.§.j.ſ.de precar.& ideo vbi ſimpli
citer dicitur, de precario, ſecundùm eius naturam intelli-
gitur quòd poſſeſsio transferatur. Ex quo reſultat quòd
vterque actus valere non poteſt & ſic ſumus in caſu cla-
ro, quod vterque actus valere non poteſt.

18 ¶ † Sexto & vltimo regula non habet locum quando ex
validitate actus offenderetur voluntas teſtatoris, vt not.
Pau.de Caſt.& Alex.in l.verbis ciuilibus.per illum text.
ibi, ne fiat contra voluntatem.de vulg.& pup.

REG

REGVLA CXXXIII.

*In condemnatione perſonarum quæ in id quod facere poſſunt, damnantur: non totum quod habent, extorquendum eſt: ſed & ipſarum ratio habenda eſt ne egeant.*

¶ De iſta regula dictum eſt ſ. l. diuus in fin.

In §. Cùm verbum. Argumenta.

1 Reſtitutio tantum reddit, quantum læſio abſtulit.
2 Reſtitutus quos recuperet fructus, & quos non.
3 Reſtitutio qualiter omnia in ſtatum priſtinum reponere intelligatur.

CVM *verbum reſtituas in lege inuenitur: & ſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt, tamen fructus ſunt reſtituendi.*

¶ Et dicit Bar. in l. fi. col. iij. C. de ſen. paſ. ꝙ † ſemper 1
reſtitutio tantùm reſtituit, quantum id aduerſus quod re-
ſtitutio petitur, abſtulit. per illum tex. & no. Abb. in c. ve-
nerabili in princ. de off. deleg. quòd non dicitur quis re-
ſtitutus niſi conſequatur plenam reſtitutionẽ. & eſt tex. in
l. videamus la ij. § in Fauiana. in ver. nã prætor. de vſur.
vbi dicitur, ꝙ verbum reſtituas, plenã habet reſtitutionẽ
vt etiam fructus[a] reſtituantur. cum ſimil. alleg. in gl. hic. A
& ad idem tex. in l. cùm prætor. de ver. ſig. no. per gl. in c.
quãuis. de reſcrip. in gloſ. magna in prin. & in l. Attilici-
nus. in gl. fi. de ſerui. ruſt. præd. in c. j. de reſtit. in integ. in
xj. in verb. beneficium. quæ allegat bonum text. in l. ꝙ ſi
minor. §. reſtitutio. de mino. & tradit Ant. de Bu. conſ. xix.
quia hic agitur. col j. And. Sicul. in conſi. ix. col. pen. lib. j.
Ang. conſi. cclxxxviij. viſo themate. col iij.

¶ Et per iſtum text. dum loquitur de fructibus, & in d. l.
videamus. §. in Fauiana. videtur confundi vna communis
concluſio, † quæ habet, quòd reſtitutus nunquam videtur 2
recuperare fructus bonorum perceptos à fiſco, in bonis
etiam non alienatis. vt not Ang in l. Gallus. §. & quid ſi
tantum.[b] col. fin. de lib. & poſth. per tex. authent. idem eſt B
de Neſtorianis. C. de hære. & idem Ang. dicit. authent. de
here. & Falcid. in princ. col. ij. verſic. item nec ratione fru-
ctuum. & idem concludit Bal. in c. domino guerram. col.
pen. verſi ſed ego quæro. in tit. hic finitur lex Corad. cum
ſimil. vt tradit Alexan. in d. §. & quid ſi tantum colum. an-
tepenul

a Fructus. hoc verũ, quando fit reſtitutio ex debito ſeu per viã iuſtitiæ: ſecus ſi per viam gratiæ. vt latè Fortun. Gar. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. col. xcvii. C.M.

b Quid ſi tantũ. Vbi videas Ia. col. xiij. ver. vnum tamẽ diligẽter, &c. vbi dicit, ꝙ reſtitut' ad bona nullo caſu de mundo recuperat fructus perceptos ex bonis etiã non alienatis, ſiue à quocunque alio. & hanc etiam dicit cõmunem opi. finaliter tamen dicit, ꝙ in conſulẽdo & iudicando non recederet ab opi. quã tenet do. Phil & Nellus in tract. Banni. hic alleg. hanc etiã tenet ſubtilis do. meus dominus Carol. Ruin. in rep. d. §. & quid ſi tãtum. col. lxxii. ver. ſubdit etiã Alex. hic: & Io. Crotus de Mõteferrato. in reper. d. §. colum. xxxix. ver. quarto limit. de qua videas Frã. de Cur. in cõſ. l. in ci. memoriæ recolendæ. col. antep. ver. ex quibus omnibus. &c. vſque in fi. conſilii. H.C.



tepenult. verſicu. prædictis adde.

¶ Certè iſta concluſio videtur contra iſtum tex. & contra iura prælleg. ꝙ ita tenet Nellus in tract. bannitorum. in vij. q. in prima parte tertij temporis. & reſpondet ad tex. in d. authen. idem eſt. Primo, quòd non loquitur in reſtitutione. Sed hoc falſum, vt patet ibi, reſtituenda quidem. Secundo reſpondet, & melius, ꝙ loquitur in diſpoſitione limitatiua, & non larga & ſimplici: quaſi dicat, loquitur in reſtitutione limitata abſque fructibus: quia ita diſponitur ibi vlterius procedendo, & videtur ſpeciale in illo caſu contra illos qui à fide receſſerunt.

¶ Et quod dictum de reſtitutione quæ reponit omnia
3 in priſtinum ſtatum, limitatur † non habere locum in
præiudicium tertij. c. quamuis. de reſcript. in vj. not. per
glo. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de liber. & poſth. de
quo ibi Alexand. in char. fin. & Fel. in c. inter quatuor. col.
pen. & fin. de maio. & obed.

In §. Vnicuique mora. Argumenta.

1 Mora ſua cuique eſt nociua.
2 Mora vnius ex reis promittendi, non nocet alteri.
3 Mora principalis nocet fideiuſſori. & num. 5. & 6.
4 Mora filij, in actione de peculio nocet patri.

VNICVIQVE *ſua mora nocet, quod & in duobus reis promittendi obſeruatur.*

1 ¶ Sic ergo † vnicuique mora ſua ſibi nocet, & non al-
teri: hoc etiam habet locum in duobus reis promittendi:
quia mora vnius alteri non nocet. l. mora. §. fi. de vſur. &
hoc intelligitur niſi eſſent ſocij. l. pe. ſ. de duo. reis. & not.
per gloſ. hic & tradit Bart. in l. ex duobus. in vj. q. de duo-
bus reis. Sed iſta ſolutio diuinat: quia in d. l. pe. de ſocio ni
hil dicitur, vt Are. ibi dicit. & vlterius facit, quia tex. ibi lo
quitur in duobus reis promittendi, ergo non videtur lo-
qui in ſociis, quia tunc vti ſocius alter pro alio eſſet obli-
2 gatus, & non reus pro reo de quo text. ibi loquitur. † &
ideo dicendum eſt, quòd mora vnius ex reis promittendi,
A non nocet alteri, vt hic. Secus eſt in alio facto[a] affirmati
uo, prout loquitur text. in d. l. pe. Et gloſ. ibi ita ſecundum
Placen. diſtinguit, & bene. Non ob. quod glo. ibi in contra
rium adducit. l. fi. C. de duo. reis. quia loquitur quo ad in-
terrumpendam preſcriptionem, & non habet locum quo
ad alios effectus moræ: vt Bart. diſtinguit in d. l. ex duo-
bus in xj. queſtio. Et ſic regula iſta indiſtinctè procedit, ꝙ
mora

a Facto. Idem Bart. Alex. in l. iiii. §. Cato. & ibi Iaſ. nu. 33. & ibi Lanc. Galiau. eius diſcipulus. col. xv. ver. tertia ſit cõcluſio. Baſcol. in arbo. diuid. & indiui. char. 27. Sed oẽs errant: dicẽdum quòd nõ eſt differentia an ſint ſocii vel nõ, nec inter facere vel non facere. ſed quod tam mora, quàm factũ vnius alii nocet ad conſeruandam vel purificãdam obligationem, nõ autem ad agendum in vim ſolius moræ vel delicti, vt plenius dixi in nouis intellect. C.M.

mora vnius alteri non nocet etiam in reis promittendi.
¶ Fallit in fideiuſſore, † cui mora principalis nocet.[a] l. 5
mora.de verb. oblig.& hoc intelligitur in fideiuſſore da A
to ante moram vel poſt moram.gl.in l.quoties in diem.
de verb oblig.no. Bart.in l.vinum.circa j.col.ſ.ſi certum
pet.& Alex. in d.l.quoties.in fin.
¶ Sic etiam † mora filij nocet patri in actione de peculio. 4
l.cum filius.de verb.oblig. Et quod dictum eſt de fideiuſ-
ſore, verum eſt quo ad perpetuandam obligationem.
prout iura ſupradicta loquuntur. † Secus eſt quo ad au- 5
gẽdum obligationem: quia mora principalis non auget
obligationem fideiuſſoris.l.j. & ibi no ſ.de in litem iur.
no.per.gl.in l.ſiue in duplũ.ſ.qui ſatiſd.cog. & facit text.
in l.fi.ſ.de fideiuſſ.& tradit Rom.in conſ.cclxx.pro deci-
ſione.in fin.& hoc intelligitur, niſi † fideiuſſor in omnem 6
caſum ſe obligaret.l.quæro.vbi Bart.ſ.loc.

a Nocet. Item mora tutoris nocet pupillo. l. ſi ex legati cauſa.ſ.de ver. obl.quod intellige quo ad periculum interitus ſpeciei debitæ, ſecundũ doct.ibi.

## In §. Dolo facit. Argumenta.

1 Doloſus dicitur, qui petit quod reſtituere tenetur.
2 Reſtitutio cum debet incontinenti fieri, in dolo eſt qui petit.
3 Exceptio, dolo facit, an poſſit in poſſeſſoriis opponi.

DOLO *facit, qui petit quod reſtituturus eſt.*

¶ EADEM regula habetur in regula, dolo facit.in vj.
vbi gl.ponit exemplum in vſurario,ad idem tex.in l.do-
lo facit.de excep.dol.vbi eum declarat.
¶ Et reg.procedit, † ſi reſtitutio debet fieri ei à quo peti 1
tur: ſecus ſi alij.l.ſi ſocer.§.Lucius.ſ.ſol.mat. vbi Bar.no.
per gloſſ.hic, & in d.regul. dolo facit.
¶ Et hoc intelligitur, niſi ille alius deberet reſtituere pe
tenti: quia tunc regula etiam procedit.l.ſi donaturus.§.j.
vbi Bar.per illum tex.de cond.ob cau.Item regula intel-
ligitur † quando reſtitutio debet fieri incontinenti: ſecus 2
ſi ex interuallo.l.fin.verſic.idem quæſiit.ſ. vt leg.no.vbi
Bart. Rom.conſi.cciij.pro diſcutienda. col.pen. & latius
tradit Bar.in d.l.ſi ſocer.§.Lucius.vbi latius inſiſtit. Item
regula non procedit † in poſſeſſoriis: vt not.per gl.hic.& 3
in d.regula,dolo facit.& facit tex.in l.j.§.rediguntur.ff.
quorum legat.& tradit Paul.de Caſt.in d.§.Lucius.poſt
Bar.vide concluſiones octo quas in materia iſtius regulę
tradit Angel.Aret.inſt.de except.char.pen.verſic.quæro
an & quando poteſt opponi illa exceptio, dolo facit.&c.
In l.



## In l. Qui poteſt. Argumenta.

1 Impeditus non dicitur, qui impedimentum remouere poteſt.
2 Inſtitutus ſub poteſtatiua conditione, non poteſt repudiare.
3 Impeditus excuſatur, qui impedimentum tollere nõ potuit.

REGVLA CXXXIIII.

A QVI *poteſt facere vt poßit conditioni parere, tam poſſe videtur*[a].

¶ VLTRA gl. exemplificari poteſt in c.fi. de elect.
vbi tempus ſtatutũ à iure ad eligendum, currit illis qui
prohibiti erant eligere abſq; licentia ſuperioris, quia in
mora fuerũt non petendo licentiam quam de facili im-
petrare potuiſſent.& rationẽ ibi Abb. adducit per iſtam
regu.qui poteſt. Et idem no.Bar. per illũ text.in l.ſed & ſi
1 per prætorẽ.§.j.ver.ſed nec ad eos.ſ.ex qui.cau. ma. † di-
cens, ꝙ non dicitur impeditus ille qui de facili poteſt re-
mouere impedimentum.& idem Bal.per illum tex.in l.
quibus diebus.in prin. de condi.& demon. vbi vide Pau.
de Caſt.vbi etiã alleg.text.in l.iij.§.quid ergo.ſ. de con-
trar.iud.tut.vbi Bal.alleg.concord.tex.in d.c.fi. de elect.
¶ Et regula iſta videtur habere locũ quando aſtringitur
ad aliquid faciendũ, prout loquitur tex.in d. c.fi.de elec.
aliàs ſi nõ aſtringitur, ſecus videtur:& ita videtur proce-
dere limitatio gl.per l.is qui hæres.§.j.de acqui.hær.vbi
2 † inſtitutus ſub conditione poteſtatiua non poteſt repu-
diare: quia ante implementum conditionis non dicitur
delata: poterat tamen facere quòd fuiſſet delata, quia in
poteſtate ſua erat conditionem implere: & tamen talis
poteſtas ibi non conſideratur, quia non erat aſtrictus ad
actum de quo ibi agitur, cum actus eſſet voluntatis. vel
ibi agitur de implemento conditionis in potentia, pro
actu accipitur.l.iij.§.ſed & ſi ſic.de ſta.lib.
¶ Secundo regula intelligitur qñ impedimentũ de facili
remoueri poteſt, prout iura ſupra alleg.loquũtur. Secus
3 † ſi eſſet difficile remouere impedimentũ: quia tunc ex-
cuſatur ſi fecit ꝙ potuit.l.qui cõmeatus. & quod ibi Bar.
de re mili.& quia reputatur impoſsibile, ꝙ cũ maxima
difficultate fieri poteſt.l.apud Iulianum.§.fi.de leg.j.

a Videtur. Alexan. conſi. ccxxiij. lib. vj. conſi. xlix. nu. 5. li. ij. vbi dixi. facit Gale. (quem vide ſi vacat animi cauſa) lib. ij. de motu muſc. vbi eas omnes actiones volũtarias eſſe, cẽſet, quæ iudicio rationis impediri vel induci poſsũt, etiam ſi quandoque inconſideranter fiant. C.M.

## In §. Quod quis. Argumenta.

1 Repudiare poteſt, qui acquirere.
2 Hæreditas repudiari non poteſt conditione pendente.
3 Repudiare non ſtatim poterit, qui adire potuit.

QVOD *quis, ſi velit, habere nõ poteſt: id repudiare nõ poteſt.*

¶ET econtrà. † is poteſt repudiare, qui etiam acquirere poteſt. l. is 1
poteſt. de acqui. hære. repudiatio enim eſt quædã priuatio quæ preſup-
ponit habitum. l. manumiſsionem. ſ. de iuſti. & iur. c. ad diſſoluendum.
de deſpon. impu. & ideo qui non poteſt adire, non videtur nolle adire.
l. nolle adire. de acqui. hære. & facit ſ. eo. in reg. eius eſt velle, & quæ ibi
dicta ſunt. Et † ideo pendente conditione hæreditas repudiari non po- 2
teſt. l. is qui hæres. §. j. de acqui. hære. & idem in legato cõditionali: quia
ante cõditionem repudiari non poteſt. l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub condi-
tione. de leg. ij. Et cum talis repudiatio ſit nulla, nõ impedit quominus
poſtea purificata cõditione hæreditas adiri poſsit ab eo qui repudiauit.
l. homine legato. de opt. leg. not. per glo. in l. is qui. §. fi. in glo. fi. de ac-
qui. hære. Bar. in l. is qui hæres. in fi. de acqui. hære.

¶Et regula iſta negatiua videtur ſemper procedere: quòd non poteſt
repudiare qui non poteſt adire. Sed affirmatiua non ita indiſtinctè pro
cedit: † quia non omnis qui adire poteſt, repudiare poteſt: vt tradit Bar. 3
in l. is poteſt, vbi videndum.

## In l. In omnibus officiis. Argumenta.

1 Serui nec iudices eſſe, nec aliis ciuilibus officiis fungi poſſunt.
2 Seruus neque tutor, arbiter, aut teſtis eſſe poteſt, neque etiam executor.
3 Seruus, miles non poteſt eſſe, nec abſens cauſa Reipublicæ.
4 Seruus non poteſt eſſe tabellio, licet procurator eſſe poſsit.
5 Seruus omnia poteſt quæ liber ab omnibus eſſe credatur.
6 Teſtamentum valet, vbi teſtes erant ſerui, qui credebantur liberi.
7 Seruus an poſsit eſſe iudex de conſenſu partium.

REGVLA CXXXV.

IN *omnibus officiis quæ fieri per liberas perſonas leges deſide-
rant, ſeruus interuenire non poteſt.*

¶ET ad iſtã reg. vide dicta ſ. in l. quod attinet. & in l. perſonã. ſ. eo.
Et ad iſtã regu. facit tex. in l. cum prætor. §. fi. ſ. de iudi, vbi dicitur, † ꝙ 1
ſerui ciuilibus officiis non funguntur, ideo iudices eſſe non poſſunt, vt
ibi dicitur: & ſeruus non habet cõmunionem iuris ciuilis in totum, nec
edicti prætoris. l. qui teſtamento. §. ſeruus. de teſt. vbi dicit. Imo. eſſe no.
quia ius prætorium eſt fundatũ in naturali æquitate. & adde l. j. de iure
delib. vbi dicitur, quòd ſerui apud prætorem pro nullo habentur.
¶† Et ſeruus non poteſt eſſe executor. Bal. ꝙ nõ, in l. id quod pauperi- 2
bus. col. ij. q. j. C. de epiſ. & cler. idem tenet Card. in cle. j. q. xvij. de teſta.
